1.7 101

Digitized by Google

1. 7. 101

I

JULII POGIANI
SUNENSIS
EPISTOLAE ET ORATIONES

OLIM COLLECTAE

AB ANTONIO MARIA GRATIANO

NUNC

AB HIERONYMO LAGOMARSINIO

E SOCIETATE JESU

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE

AC PRIMUM EDITAE.

VOLUMEN I.

CONTINENS SCRIPTAS

AB ANNO M. D. LIII. AD ANNUM M. D. LX.

ACCESSERE

CARDINALIUM CONCILII TRIDENTINI INTERPRETUM NOMINE SCRIPTAE

ANNIS M.D.LXIV. M.D.LXV. M.D.LXVI. M.D.LXVII. M.D.LXVIII.

ROMAE M. DCC. LXII.

EXCUDEBAT GENEROSUS SALOMONIUS BIBLIOPOLA

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

CL. V.

ANTONIO . MARIAE . GRATIANO

PATRICIO . TIFERNATI

QVAS . IVLII . POGIANI . SVNENSIS

EPISTOLAS . ET . ORATIONES

ANTONIVS . MARIA . ALOYSII . ATAVI . FRATER

AMERINORVM . EPISCOPVS . ET . CLEMENTIS . VIII

AD . REMP. VENETAM . NVNCIVS

EDITIONIS . ERGO . VNDIQ. COLLECTAS

IO . FRANCISCO . COMMENDONO . S. R. E. CARD.

DICANDAS . DESTINARAT

EARVM . VOLVMEN . HOC . PRIMVM

HIERONYMVS . LAGOMARSINIVS . E . SOC. IESV

AB . SE . NVNC . DENIQ. EDITVM

ATQ. ADNOTATIONIBVS . ILLVSTRATVM

OBSERVANTIAE . BENEVOLENTIAE . Q. PIGNVS

D. L. M.

Digitized by Google

1.7 104

Digitized by Google

17-101

I

JULII POGIANI
SUNENSIS
EPISTOLAE ET ORATIONES

OLIM COLLECTAE

AB ANTONIO MARIA GRATIANO

NUNC

AB HIERONYMO LAGOMARSINIO

E SOCIETATE JESU

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE

AC PRIMUM EDITAE.

VOLUMEN I.

CONTINENS SCRIPTAS

AB ANNO M. D. LIII. AD ANNUM M. D. LX.

ACCESSERE

CARDINALIUM CONCILII TRIDENTINI INTERPRETUM NOMINE SCRIPTAE

ANNIS M.D.LXIV. M.D.LXV. M.D.LXVI. M.D.LXVII. M.D.LXVIII.

ROMAE M.DCC.LXII.

EXCUDEBAT GENEROSUS SALOMONIUS BIBLIOPOLA

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

CL. V.

ANTONIO . MARIAE . GRATIANO

PATRICIO . TIFERNATI

QVAS . IVLII . POGIANI . SVNENSIS

EPISTOLAS . ET . ORATIONES

ANTONIVS . MARIA . ALOYSII . ATAVI . FRATER

AMERINORVM . EPISCOPVS . ET . CLEMENTIS . VIII

AD . REMP. VENETAM . NVNCIVS

EDITIONIS . ERGO . VNDIQ. COLLECTAS

IO. FRANCISCO . COMMENDONO . S. R. E. CARD.

DICANDAS . DESTINARAT

EARVM . VOLVMEN . HOC . PRIMVM

HIERONYMVS . LAGOMARSINIVS . E . SOC. IESV

AB . SE . NVNC . DENIQ. EDITVM

ATQ. ADNOTATIONIBVS . ILLVSTRATVM

OBSERVANTIAE . BENEVOLENTIAE . Q. PIGNVS

D. L. M.

Digitized by Google

HIERONYMUS LAGOMARSINIUS

E SOC. JESU

LECTORI SUO

S. D.

CUM ante aliquot annos de Julii Pogiani epiſtolis iis, quas Antonius Maria Gratianus olim collegerat, edendis cogitarem, nec, niſi chronologica ratione adhibita atque uſurpata, a me eas edi oportere ſtatuerem, abeſſe autem a magna earum parte omnem temporis, quo quaeque data eſſet, notationem, aut non abeſſe illam quidem, ſed, quod multo incommodius accidebat, mendoſe eſſe adſcriptam, animadverterem, diu eſt a me multumque elaboratum, ut eas, primum in annos, deinde in menſes, denique in ſuum cujuſque menſis diem digeſtas, recenſerem. qua in recenſione, quas Pogianus octo vitae ſuae poſtremis annis ſcripſiſſet, eas videbam ad ſuum cujuſque datae tempus minore negotio poſſe revocari; in iis vero, quae ante eos annos ſcriptae viderentur, tantam perturbationem, tantamque certa ratione diſponendarum difficultatem reperiebam, ut aſſequi, quod vellem, mibique propoſueram, non niſi ſummo cum labore ac longiſſimo tempore, me poſſe diffiderem. quamobrem conſilium boc cepi, ut poſteriores illas prius ederem (quum praeſertim & verbis ornatiores & rebus uberiores eſſent, & opinioni bominum, quae de Pogiani eloquentia atque elegantia erat, magis reſponſurae viderentur): reliquas autem, quae prius ſcriptae eſſent, ad acrius diligentiuſque examen, atque ad poſterius edendi tempus reſervarem. quum autem univerſi operis formam ſic animo deſcripſiſſem, ut omnes deinceps epiſtolae quattuor voluminibus contineri deberent, primumque, ut naturalis ordo poſtulabat, iis epiſtolis, quae prius ſcriptae eſſent, deſtinaſſem, edendi operis initium a ſecundo volumine anno 1756. feci: cui quum tertium quartumque proximis annis adjecerim, atque ita poſteriorum Pogiani epiſtolarum editione defunctus ſim, extremo nunc

loco

loco primum volumen edo, quo priores ejuſdem epiſtolae continentur.

Sed illud mihi ſignificandum atque ante profitendum eſt, nulla me diligentia, quam tamen ſummam atque incredibilem adbibui, conſequi potuiſſe, ut eas (quemadmodum olim ſperaram, quamque potiſſimum ob cauſam earumdem editionem diſtuleram, & illud, ut ita loquar, ὕςερον πρότερον *poſteriores illas prius edendi commiſeram) certis temporibus definitas, atque ordine quamque ſuo, quod in reliquis feceram, collocarem: ita pleraſque, nullis neque menſium neque annorum notis conſignatas, nulloque vulgo cognitae rei, unde epiſtolae ſcribendae occaſio tempuſque argui conjectando poſſet, commemoratione inſignes, in iis, queis uſus ſum, exemplaribus reperi. uſus ſum autem duobus, altero Antonii Mariae Gratiani, altero bibliothecae vaticanae: de quorum utroque in adnotationibus ad ejuſdem Gratiani nuncupatoriam epiſtolam, ſecundo hujus operis volumini praefixam, pag.*xv. *& ſeqq. dixi. quae quidem epiſtola, una cum noſtris enarrationibus, legenda omnino eſt ei, qui de Pogiano ejuſque ſcriptis cognoſcere maxime memorabilia ac ſcitu digna voluerit. Quum igitur majorem ejuſmodi epiſtolarum partem ad certa ac ſua tempora revocare non potuerim (quod fortaſſe ne is quidem, qui eas ſcripſit, ſi viveret, poſſet nunc, hoc eſt ducentis, poſtquam ſcriptae ſunt, annis, facere), eo ferme mihi ordine edendas ſtatui, quo in Gratiani codice deſcriptas reperi, quoque ipſe eas erat, ſi cogitata perficere potuiſſet, editurus. itaque feci: niſi quod aliquot, probabili conjectura ductus, tranſpoſui, ac nonnullas, a Gratiano praetermiſſas, a vaticano autem illo codice ſuppeditatas, non prorſus temere interpoſui.*

Illud quoque novum ac praeter rationem eam, quam in reliquis Pogiani epiſtolarum voluminibus conſtanter retinui, in hoc volumine edendo feci, ut nulla epiſtolis argumenta, quae dicuntur, inſcriberem. neque vero facti me mei, ſive potius praetermiſſionis hujus meae, poenitet. nam, quum eae plerumque ſint aut admodum breves, aut non de maxime inſignibus aut certe admodum diſſimilibus inter ſe rebus ſcriptae, laborem, minime neceſſarium, eumdemque (quemadmodum, ſi qui tale aliquid aliquando experti ſunt, fatebuntur)

Digitized by Google

tur) valde moleſtum , a me non eſſe ſuſceptum , cur me poeniteat ?

Cardinalium , concilii tridentini interpretum nomine litteras , a Pogiano ſcriptas , de quibus in adnotationibus meis ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam pag. LIII. *& ſeq. egeram, quaſque editurum me , pollicitus fueram (edendi autem poteſtatem Benedictus XIV. pont. max. fecerat , quem de ea re mihi conſulendum putaram , cuique , ipſius juſſu , eas per otium inſpiciendas atque adeo recognoſcendas tradideram) voluiſſem equidem in extremum volumen hujus operis quartum , quemadmodum annorum , queis datae ſunt , ratio poſtulabat , conjicere . ſed , quum illud in juſtam jam magnitudinem excreviſſet, negavit typographus , locum illis in eo eſſe amplius poſſe . itaque neceſſario eas in hoc primum volumen tamquam appendicem quamdam contuli : quibus ne locus in hoc quoque ipſo deficeret , coactus ſum meas ſuperiorum Pogiani epiſtolarum enarrationes quaſdam contrahere , quaſdam etiam ſubtrahere atque omnino praetermittere . qua quidem in praetermiſſione ingens animadverſionum mearum in quamdam R. P. Vincentii Mariae Dinellii , olim cathedratici caſanatenſis , epiſtolam , jactura facta eſt : minimo id quidem , ſive potius nullo , reip. litterariae detrimento .*

Alia quaedam , ad has ipſas litteras pertinentia , quae abs te minime ignorari , lector benevole , oportere exiſtimavi , ad eas ubi deveneris , aptiore nimirum , ut mihi quidem viſum eſt , loco , a me commemorata reperies . Vale . Ex collegio romano . Kal. ſextil. an. M. DCC. LXI.

MARIANUS PONGELLI

SOCIETATIS JESU

In Provincia Romana Praepoſitus Provincialis.

CUM Volumen primum Operis, cui titulus *Julii Pogiani Sunenſis epiſtolae & orationes, olim collectae ab Antonio Maria Gratiano, nunc ab Hieronymo Lagomarſinio e Societate Jeſu adnotationibus illuſtratae, ac primum editae*, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtate Nobis a R. P. Laurentio Ricci Praepoſito Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillò noſtro munitas dedimus Romae: die 10. Septembris anni milleſimi ſeptingenteſimi ſexageſimi primi.

Marianus Pongelli.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

D. J. Archiep. Nicomed. Viceſg.

JUlii Pogiani Epiſtolas & Orationes, quas hiſtoricis philologiciſque notis auxit CL. V. Hieronymus Lagomarſinius S. J. juſſu Reverendiſſimi P. Th. Auguſtini Ricchinii S. P. A. Magiſtri, attente perlegi. Nihil in eis irreligioſum, nihil inhoneſtum deprehendi; quin imo latinum orationis nitorem, cum facili quadam ſimplicitate conjunctum, atque incredibilem diligentiam in Adnotationibus ad ſeverioris Critices regulas exigendis, non ſine magna animi admiratione percepi. Eas itaque typis publico Literatorum commodo vulgandas cenſeo. Romae. Idib. Octobr. 1761.

Antonius Baldanus.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Praedicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

JULII

1-7-101

JULII POGIANI
EPISTOLAE
AB ANNO M.D.LIII. AD AN. M.D.LX. SCRIPTAE.

I.

Robertus Card. Nobilius N. N. Cardinali. (*a*) a

CUM omnium cardinalium literae, quibus de meo honore gratulantur, mihi ſunt perjucundae, quod ad hominum exiſtimationem permagni mea videtur intereſſe, hoc de me factum eorum laetitiae ſignificatione approbari, in quorum ordinem ſim ipſe cooptatus, tum certe ad animi mei fructum multo eſt tua gratulatio jucundior. neque enim tu ſummam quandam ac pla-

(*a*) De cardinale Joanne Riccio, ad quem datam hanc epiſtolam ſuſpicamur, paullo poſt dicemus. De Roberto Nobilio, cujus eam nomine Pogianus ſcripſit, vide volumen hujus operis ſecundum, in noſtris adnotationibus ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam, eidem volumini praefixam, pag.II. & ſeqq. atque haec praeterea ex Ciacconii opere in *Vitis Pontiff. & Cardd.* habe: *Robertus de Nobilibus, nec ſanguinis tantum nobilitate, ſed virtute quoque nobiliſſimus, natus anno ſalutis 1541. die dominica, 5. menſis ſeptembris, in urbe Montiſpolitiani ... patrem habuit Vincentium de Nobilibus, equitem, Ludovicae de Monte, Julii papae III. ſororis, filium, matrem vero Magdalenam ex comitibus Montiſacuti, lectiſſimam foeminam. Hic ab ipſiſmet incunabulis ſub materna cura cum ipſo lacte pietatem ſuxit, tamquat vitae inſtitutionem, a qua per reliquam aetatem ne latum quidem unguem deflexit ... Nec ingenii vero acumine minor fuit Robertus, quo tam prompto ſagacique uſus eſt, ut in ipſa pueritia grammaticam vix ab alio, quam a ſe ipſo edoctus perfecte*

ne (*b*) affectum te eſſe ſcribis, ſatis habuiſti tuis humaniſſimis li- *b*
teris, quod per ſe quidem erat ampliſſimum, declarare, ſed certum hominem miſiſti ad me, qui, ſubſecutus humanitatem literarum tuarum, oratione & vultu incredibile tuum gaudium & ſingularem in me amorem oculis meis paene ſubjiceret. quanti vero illud eſt, te diu intermiſſam eo in genere latine ſcribendi conſuetudinem etiam in hac perſequenda gratulatione adhibuiſſe? equidem ſic accipio, te eo feciſſe, ut tacite quodammodo me ad ſtudium latine ſcribendi incitares. vides enim (quae tua eſt prudentia), hanc ipſam facultatem cum omni hominum generi, tum maxime cardinalibus magno eſſe uſui & ornamento; in qua cum longe ipſe excellas, quibus exercitationi-

more ſolito reverendiſſimo domino meo cardinali de Nobilibus, & dedit ei annulum, & denominationem S. Mariae in Dominica &c.

(*b*) Litteras, quibus Julius III. Roberto ſignificavit, eum a ſe in cardinalium ordinem fuiſſe cooptatum, ex *autographo a nobis diligenter* deſcriptas, habeto.

„ Dilecto filio noſtro Ruberto de
„ Nobilibus, notario noſtro, ſanctae
„ romanae eccleſiae diacono cardinali.

„ Julius PP. III.

„ Dilecte fili noſter, ſalutem &
„ apoſtolicam benedictionem. Hodie
„ in conſiſtorio noſtro, cum ſtatus eſ-
„ ſet ſupplendo ordini ſanctae roma-
„ nae eccleſiae cardinalium jejuniorum
„ dies, te, qui ſecundum carnem no-
„ ſter ex germana ſorore pronepos es,
„ in praefatum ampliſſimum ordinem,
„ de venerabilium fratrum noſtrorum
„ conſilio atque aſſenſu, adlegimus,
„ ejuſdemque ſanctae romanae eccle-
„ ſiae diaconum cardinalem creavi-
„ mus: haud ſane in eo magis atten-
„ dentes cognationem ſanguinis, quae
„ tibi nobiſcum intercedit (quanquam
„ & ingraveſcentis noſtrae aetatis co-
„ gitatiō, & chariſſimorum conſangui-
„ neorum noſtrorum quotidianae fla-
„ gitationes non nihil nos, ut huma-
„ nos, ut id ipſum maturaremus, per-
„ pulerunt), quam eam, quam tu
„ jamdudum praefefers, ingenii, pro-
„ bitatis, religionis, omniſque prae-
„ clarae virtutis indolem; quam jam
„ nunc iſto eximio honore excitandam,
„ & ad magnarum rerum tractationem
„ gubernationemque transferendam eſ-
„ ſe duximus: certo ſcilicet exiſti-
„ mantes, honorem hunc tuum non
„ majus olim familiae veſtrae decus &
„ ornamentum, quam univerſae chri-
„ ſtianae reipublicae praeſidium atque
„ opem allaturum eſſe. quare, cum tibi
„ mitteremus biretum rubrum, ex ſo-
„ lemni more per nos benedictum,
„ quod eſt primum iſtius dignitatis
„ inſigne, te, fili, etiam atque etiam
„ in domino hortari monereque volui-
„ mus his literis, ut, quid hodie per
„ nos, Dei omnipotentis munere, fue-
„ ris adeptus, & quantum propterea
„ cum ipſi Deo, tum tuo officio, tum
„ nobis etiam, tantae tuae dignitatis
„ auctoribus, debeas, diligenter in
„ omni vita cogites & meditere; ta-
„ lemque te eccleſiae Dei & huic ſan-
„ ctae apoſtolicae ſedi praeſtare ſtu-
„ deas, ut hunc praeclarum dignitatis
„ gradum, in quo te noſtra benignitas
„ collocavit, tu tua virtute & vitae
„ innocentia, magniſque & perpetuis
„ in chriſtianam rempublicam meritis
„ in dies reddas illuſtriorem. Datum
„ Romae apud S. Petrum ſub annulo
„ piſcatoris die XXII. decemb. M.D.LIII.
„ pontificatus noſtri anno quarto.

„ Pau. Sadoletus Carpent.

bus iſtam laudem conſecutus es, iiſdem me ad eandem cohortari videris. quare ego te ſumma mea voluntate imitabor, nec modo hac in re, ſed in omni cardinalitio munere fungendo & obeundo. cum enim hujus honoris adminiſtrandi ratio magna eſt atque difficilis omnibus, tum mihi praeter caeteros, propter ingenii imbecillitatem & virium mearum. quamobrem te, qui
c non ſolum tuis virtutibus, ſed etiam ſpecie ipſa (c) dignitatem ampliſſimi ordinis cum paucis ſuſtines, unum ex ducibus & au-
d ctoribus mihi libentiſſime propono. quod cum me jam (d) antea natura, nunc etiam ratio adducit, ut faciam, tum ipſa
e affinitas (e), ut grata & jucunda familiae noſtrae, ſic eidem
f perampla & perhonorifica (f), id a me poſtulat & exigit. quin-

(c) Hic primus locus eſt, ex quo cardinalis Nobilii hanc epiſtolam ad card. Joannem Riccium datam ſuſpicari me, ſupra dixi. etenim illi video eamdem corporis atque oris ſpeciem ac dignitatem ab aliis quoque fuiſſe laudis loco tributam; in cujus *Vita* apud Ciacconium leguntur illa: *Ita enim Romae ſemper ſe geſſit, ut juſtitiam, modeſtiam, & ſenatoriam quandam indolem ſpiraret*: afferunturque praeterea Jani Vitalis ad eum de eo verſus illi,

Te pietas, te ſumma fides, & blanda venuſtas ...

Laudibus egregiis hinc uſque ad ſidera tollunt.

De quo quidem cardinale haec quoque ex eodem Ciacconio accipe: *Joannes Riccius in Montepolitiano, Hetruriae tunc oppido, nunc civitate, natus eſt pridie Kalendas decembris anno ſalutis* 1497. *Patrem habuit Petrum Antonium Riccium, virum claronatum genere, integraeque fidei ... Togato poſtea habitu ſumpto clericus camerae apoſtolicae a Paulo III. factus, ab eodem in Luſitaniam primo collector ſpoliorum, deinde in Hiſpaniam, demum in Luſitaniam iterum internuncius legatur. Romam reverſus .... Neapolim ob res graviſſimas miſſus* (ab Julio III.) *moxque ſecretus ipſius theſaurarius renunciatus, archiepiſcopatum ſipontinum, & non multo poſt epiſcopatum cluſinum adminiſtrandum ſuſcepit. Ab eodem Julio in tertia patrum ordinatione inter presbyteros cardinales, titulo S. Vitalis, ſeu Veſtinae, cooptatus* (die 20. dec. an. 1551.) *conſiliis ſuis pontificem ipſum feliciſſime juvit ... Sedente in Petri cathedra Gregorio XIII. anno ſalutis* 1574. *pontificatus ſecundo, aetatis ſeptuageſimo ſeptima, die lunae, V. nonas maji, Romae e vita migravit &c.*

(d) voculas *jam antea*, in Gratiani exemplari omiſſas, addidi ex ingenio, tamquam neceſſarias. Loquutus ſimiliter eſt Nobilius in epiſtola ad card. Polum, ſuo loco recenſenda: *Ego certe*, inquit, *qui te* jam antea *natura, & patris admonitu, poſtea vero etiam ratione, non ſolum amandum & obſervandum, ſed, quantum in me fuerit, imitandum propoſui &c.*

(e) Hic eſt alter locus, ſuſpicionem meam, quam dixi, de hac epiſtola, ad card. Joannem Riccium a Nobilio data, confirmans. intercedebat enim inter utrumque affinitas, quum Julia, Nobilii ſoror germana, Joanni Riccio, S. Poli comiti, cardinalis Riccii fratris filio, ut opinor, nupſiſſet.

(f) Haec tantae amplitudinis & honorificentiae, in Nobiliam gentem ex affinitate, quae illi cum ejus cardinalis familia, ad quem hae datae ſunt litterae, intercedebat, redundantis, teſtificatio facit, ut, ſi quis eas ad card. Guido-

Digitized by Google

quinetiam locus hic, in quo nunc ſum (*g*), ubi te quoque primis g

Guidonem Aſcanium Sfortiam potius, quam ad card. Joannem Riccium, a card. Nobilio datas ſuſpicaretur, valde probabilem *ejus* quoque ſuſpicionem arbitrarer. *Guido Aſcanius Sfortia*, inquir in Ciacconii opere Oldoinius, *Romanus, patre Boſio, S. Florae comite, & Conſtantia* (fort. *matre Conſtantia*) *Pauli papae III. filia, natus die jovis 7. Kal. decembris anno* 1518. ... 15. *Kal. januarii anno domini* 1534. *die veneris SS. Viti & Modeſti in Macella martyrum diaconus cardinalis electus* (Atqui in epigraphe, vitae card. Alexandri Farneſii praefixa, idem Oldoinius paullo ante affirmarat, menſe ejus anni 1534. decembri, illoque ejus menſis veneris die, non niſi unum Farneſium a Paullo III. cardinalibus adjunctum fuiſſe) *cardinalis S. Florae dictus eſt ... eccleſiarum anglonenſis, montis Flaſconis, & cornetanae, cluſinae ac parmenſis adminiſtrator, patriarcha alexandrinus, Bononiae Aemiliaeque legatus, S.R.E. camerarius electus, & in Pannoniam ad bellum contra turcas ab eodem Paulo miſſus, exeitatam apud omnes prudentiae opinionem felici eventu ſuperavit. ſub Julio III. diaconus cardinalis S. Mariae in Via lata Parmam ad Octavium Farneſium* (conſobrinum ſuum) *mittitur* (anno 1551.) ... *E vita migravit in cremonenſi territorio ... nonis octobris anni* 1564. *& ſuae aetatis* 45. *Cadaver ejus Romam tranſlatum eleganti marmoreo ſepulchro in baſilica liberiana Alexandri fratris* (quem Pius IV. die 12. mart. an. 1565. cardinalem creavit, mirorque a Vincentio Coronellio in ſuis *cardinalium chronologiis* fuiſſe praeteritum) *pietate conditum eſt*. Hujus igitur talis ac tanti cardinalis fratri, Sfortiae ſcilicet Sfortiae, S. Florae comiti, Catharina, altera card. Nobilii ſoror, nupta erat, Franciſci Sfortiae, a Gregorio XIII. in cardinalium collegium die 18. dec. an. 1583. adlecti, mater. quem Franciſcum (ut hoc obiter moneam) falſo affirmat Bernardinus Natius in card. Nobilii *Vita*, Romae a ſe edita an. 1728. pag. 3. ultimum ſfortianae gentis cardinalem fuiſſe. nam Fridericum ex eadem gente Innocentius X. die 6. mart. an. 1645. poſtea cardinalem creavit. Sed vereor, ne in eodem Ciacconii opere (itemque in Ughellii *Italia ſacra*, ubi de Tuſculanis epiſcopis agitur) de cardinale Franciſco Sfortia, card. Nobilii ſororis filio, falſo quoque proditum ſit, eum anno 1562. natum fuiſſe. nam, ſi eo natus eſt anno, ſequitur, ut, cum a Gregorio XIII. anno 1583. creatus cardinalis fuit, non niſi primum & viceſimum aetatis annum ageret. atqui, ante cardinalatum, ejuſmodi res, Ughellio ipſo teſte, Franciſcus geſſerat, quae multo adultiorem aetatem requirere vulgo ſolent. *Franciſcus*, inquit, *tanquam fortis a forti parente* (Sfortia Sfortia) *prognatus, proclivior ſemper ad arma fuit, quam ad togam. itaque, cum prius in literis haud temnendos progreſſus feciſſet, loricatus deinde in Flandriam, ubi bellum maxime ardebat, pro rege catholico, ſub auſpiciis Alexandri Farneſii, italici nominis ingenti gloria, ac batavorum terrore, militaturus, profectus eſt. Ibi cum in ſpem incomparobilis ducis futuri, animi ardore ac tolerantia corporis, arma tractat, ac undique circumfert terrorem, Gregorius XIII. Romae cum Sfortianis juncta affinitate, Franciſcum a galea ad roſeum pileum, in cumulum decoris nuper initae affinitatis, nec cogitantem vocat*. Videtur igitur, in Ciacconianam illam atque Ughellianam anni, quo natus Franciſcus eſt, notationem mendum irrepſiſſe, & pro 1562. reponendum 1552.

(*g*) Erat nimirum card. Nobilius, cum has litteras dabat, Népete: de qua urbe haec Phil. Ferrarius in *Lexico geographico* prodit: *Nepet*, *Nepete Livio*, *Nepeta Ptolomaeo*, *Nepita Straboni*, *Nepe-*

b mis cardinalatus inſignibus (*b*) decoratum eſſe audio, has mihi partes, neſcio quomodo, videtur imponere. quae cum ita ſint, ſequitur, ut, cujus exemplum omnium actionum ſententiarum-

Nepetes Procopio, Colonia nepenſis Frontino, Nepi, *vel* Nepe, *Hetruriae urbs epiſcopalis inter urbem Romam & Viterbium ad* 20. *millia paſſ.* (Atqui ſuperioribus annis diligentius dimenſo toto hoc itineris ſpatio, quod inter romanam & nepeſinam urbem interjacet, numerata ſunt paſſuum millia circiter triginta) *& Sutrio proxima, ad* 4. *millia paſſ. diſſidens: quarum urbium hodie epiſcopatus juncti ſunt*. *Populi* Nepeſini. *Silius lib.*8. „ *Hoc juxta nepeſina cohors, aequique faliſci* „. Hujus ejuſdem urbis mentio fit in Hadriani cardinalis illo carmine, quo bononienſe Julii II. anno 1511. iter accurate atque eleganter deſcribitur, cujus carminis initium hoc eſt:

Auguſti memoranda dies vigeſimaſexta
Pontificem magna Roma dimiſit Julium,
Paene omni patrum & procerum comitante ſenatu.
Formello prius excepit Jordanus, & uxor,
Moribus, ingenio, formaque, & nomine Felix.
Poſtera lux Nepete *antiquum, tum proxima Vejos*
Oſtendit: mox, per Cimini montemque lacumque,
Tendimus inſignem per balnea multa Viterbum.

Népeti arcem validam, Paullo III. pontifice, Petrus Aloyſius, ejuſdem Paulli filius, impoſuerat, eique magnificentiſſimas aedes adjunxerat. quibus in aedibus, ad farneſianam familiam pertinentibus, credibile eſt, Nobilium noſtrum, cum Farneſiis magna neceſſitudine ac propinquitate conjunctum, eorum invitatu, fuiſſe diverſatum, quo tempore de cardinalatu eſt ei nuncius allatus, haſque ille ad card. ſive Riccium, ſive Sfortiam litteras dedit.

(*b*) Duplex cardinalatus inſigne a romano pontifice cardinalibus, ab ſe creatis, confertur. primum eſt rubrum, quod vocant, biretum, idque cum ipſo ferme creationis nuncio mittitur: alterum aſt ruber pileus, quod inſigne vulgo non mittitur, ſed ab ipſo pontifice ad ſe accedentibus ac praeſentibus traditur. Nobilio noſtro biretum Népete miſſum eſt eo ipſo, quo cardinalis creatus eſt, die 22.dec. an.1553. ut ſupra vidimus; pileus autem traditus in eo ſenatu eſt, quem anni inſequentis 1554. die 11.dec. Julius pontifex habuit: id quod ex Ludovici Brancae, pontificiis caeremoniis tum praefecti, ms. ephemeride didici. tamdiu autem dilatam hanc pilei traditionem ob eam cauſam puto, quod ejuſmodi inſigne Nobilio non ante tribui convenire pontifex judicarit, quam is ad pubertatis annos perveniſſet. decimum autem & quartum aetatis annum, qui primus pubertatis habetur, non niſi menſe ſeptembri illius ejuſdem anni 1554. Nobilius inierat.

Heic mihi jam Ciacconiana illa conſidera: *Cardinalatus inſignia Anconam ſibi a pontifice miſſa ... accepit ... Ultra integrum annum poſt purpuram Anconae moratus ... ad diem* VI. *februarii anni* 1555. *Romam vocatus eſt a pontifice*. Non *Anconam*, ſed Népete cardinalatus primum *inſigne miſſum* (non *inſignia miſſa*) Nobilio, ex hac ipſa epiſtola, quam in manibus habemus, Népete die 24.dec. an.1553.data, & ex Julii pontificia, ſupra recitatis, ad eum litteris, triduo ante datis, perſpicuum eſt. alterum autem cardinalatus *inſigne* inſequente anno 1554. eidem Nobilio Romae in ſenatu, undecimo decembris die habito, delatum fuiſſe, Ludovico Brancae, qui rei interfuit, teſtificanti non credere nequaquam poſſumus.

Digitized by Google

tiarumque in primis intueri cogito, cum prae omnibus amare, colere & obſervare ſemper debeam. quod quanquam intelligo me cum multis eſſe facturum, tamen operam dabo, ut unum me inter multos eſſe judices. Deus modo ac dominus noſter Jeſus Chriſtus ita mentem & conſilia mea ad ſuam dirigat voluntatem, ut neque Julii pont. max. divino in me & immortali beneficio, neque tanta ampliſſimorum patrum (ut ſcribis) ejuſdem pontificis judicii, quod de nobis fecit, approbatione, tantiſque civitatis plauſibus omnino indignus aliquando fuiſſe videar. Vale. Népete. IX. Kal. Januarii. M.D.LIII.

II.

mus. perſpicuum igitur quoque eſt, falſo illa etiam in Clacconiano opere prodi, Nobilium, *ultra integrum annum poſt purpuram Anconae moratum*; non niſi *ad* VI. *februarii anni* 1555. *Romam vocatum a pontifice fuiſſe*. Eadem aliorum quoque hiſtoricorum, atque adeo Bernardini Narii, omnium recentiſſimi, peccata ſunt. cui quidem Nario eo mirandum eſt magis talia excidere *falſa potuiſſe*, quod habuit apud ſe temporum illorum mss. monumenta, ex quibus tum harum tum aliarum rerum veritatem cognoſcere, ſuamque hiſtoriam illam multo, quam eſt, emendatiorem efficere potuiſſet. poſt Narii mortem, quum apud ampliſſimum quemdam virum eadem illa monumenta depoſita fuiſſe ſcirem, egi atque impetravi, mihi ut ea inſpicere ac pervolutare ſeſquihorae ferme ſpatio liceret. quo tempore nonnulla, celeriter ac carptim deſcripta, in codicillos, quos mecum attuleram, illo praeſente ac permittente, tranſtuli. conſequutus eſt haud ita multo poſt viri illius ampliſſimi obitus: quumque ab ejus fratre, ampliſſimo item viro, idem ut mihi facere liceret, valde ac ſaepe petiiſſem, hoc denique reſponſum abſtuli, illa ſcripta, multum diuque conquiſita, nuſquam jam totis aedibus comparere. credere id quidem me, profiteor: at non mirari tamen rem tam incredibilem non poſſum. ſed non eſt hic admirationis aut querelarum locus. de anconitana illa Nobilii *poſt purpuram pluſquam annua commoratione*, falſitatis illius ipſis, quae Narius habuit, monumentis convincenda, dicendum eſt. quae quidem ego quum, ut dixi, pervolutarem, incidi in aliquot Vincentii patris ad Robertum filium cardinalem epiſtolas, *Romam* Florentia miſſas, ac de romanis Roberti ipſius rebus plerumque agentes, menſibus majo, auguſto, octobri datas, anno 1554. eo nimirum ipſo, quo *integro* Narius, aliique, abfuiſſe Robertum Roma, atque Anconae commoratum eſſe, prodiderunt. ſed rei falſitatem Pogiani quoque, quas prolaturi in hoc volumine ſumus, ad Robertum ipſum epiſtolae, ſeu codicilli, manifeſto coarguent.

II.

a Robertus Card. Nobilius N. N. (*a*)

NEque mihi vel ſine tuis literis quicquam exploratius eſſe
potuit, quam te maximam ex meo honore laetitiam per-
cepturum eſſe, neque, illis lectis, quibus nobis de eodem ho-
b nore gratularis, quicquam (*b*) viſum eſt eo in genere aut gra-
vius aut jucundius ſcribi poſſe; quorum alterum mihi ſumma
c & vetus amicitia, quae tibi cum patre meo (*c*) intercedit, tua-
que in me ſingularis benevolentia facile perſuadebat, alterum
effecit prudentia literarum tuarum. quare, etiamſi antea a te
ſcribendi officium non deſiderabam, tamen, ut tuam legi epi-
ſtolam, amantiſſimorum fideliſſimorumque conſiliorum pleniſſi-
mam, nollem omnino hoc gratulandi & cohortandi officio ſu-
d perſediſſes. ſic enim tu hoc ampliſſimo dignitatis gradu (*d*)
mihi gratularis, ut ſimul me illud moneas, graviſſimum onus
cum cardinalitio honore eſſe conjunctum, quo ſuſtinendo &
perferendo, cum ſummo meo labore ac diligentia, tum ope
atque auxilio divino maxime opus eſſe, adjungis. hortaris prae-
terea me, ut rectiſſima & honeſtiſſima ſtudia complectar arden-
tius, quo expectationem, quam de me concitavi, tueri atque
adeo ſuperare poſſim. quare ego tibi primum de tuis iſtis co-
hortationibus praeceptiſque ſaluberrimis magnas ago & habeo
gratias; deinde polliceor, me daturum operam, ut & innocen-
tia & vehementi optimarum artium ſtudio munus cardinali-
tium ex Julii pontificis max., a quo divino hoc & immortali
beneficio nullo meo merito ſum affectus, & ex patris mei di-
gnitate, queam ſuſtinere. Deum vero opt. max. aſſidue pre-
e cabor, ut conſilia & cogitationes meas (*e*) ita confirmet, ut
omnes actiones ſententiaeque meae cum ejuſdem voluntate con-
ſentiant. de te certe, id quod magnopere videris optare, ſic
meminimus, ut nobis occaſionem dari valde cupiamus, qua
tui, tuaque cauſa totius Tornaboniae familiae memoriam ſum-
ma cum benevolentia nos retinere, intelligas.

III.

(*a*) Ad quemdam ex florentina Tornaboniorum familia datam eſſe hanc epiſtolam, ex iis, quae in ea extrema leguntur, intelligimus.

(*b*) *quicquid* exempl. Emendavi.

(*c*) Vincentio, Ludovicae Montiae, Julii III. pont.max. ſororis, filio.

(*d*) *Gratulari*, cum ſexto nominum caſu conjunctum, Coelium & fortaſſe etiam Ciceronem auctores habet. Vide harum epiſtolarum vol.II. pag.356.

(*e*) Omittit exempl. Addendum putavi.

III.

Robertus Card. Nobilius N. N. (a)

TU vero & omnium maxime mea hac honoris amplificatione laetari & mihi in primis gratulari debuiſti. nemo enim eſt, cum propter tuum in me amorem & obſervantiam, tum propter excellens ingenium & mirificam virtutis indolem, jampridem mihi perſpectam, cujus ego cauſa magis cupiam, quam tua. Quare te etiam magnopere hortor, ut & virtutis optimarumque artium ſtudia diligentius colas, & iſtam latine ſcribendi conſuetudinem ne intermittas, nam, cum magnam probitatis, doctrinae & eloquentiae ſpem mihi attuleris, facere non poſſum, quin a te illud contendam, ut praeclare inſtituta perficias. de me autem tantum tibi polliceor, te neminem habiturum, qui majori praeſidio & ornamento tibi ſit, quam ego: nam, cum mihi natura bonorum & ſtudioſorum amorem ingeneraverit, quem poſtea ratio ac diſciplina confirmavit & auxit, ſequitur, ut, ſi qua nobis facultas data ſit de talibus hominibus bene promerendi, eam ipſis libenter polliceamur & deferamus. quod tibi, cum ob (b) ea, quae diximus, tum etiam pro ſtudiorum & inſtitutionis communione, praeſtare debemus.

(a) Incidi olim in quaſdam latinas litteras, *Joannis Thaurufii* manu ſcriptas, ex Montepolitiano Kal. jan. an. 1554. ad Nobilium noſtrum datas, queis illi cardinalatum gratulabatur. Ad eas Nobilii hanc eſſe reſponſionem crediderim.

(b) *ab* exempl. Emendavi.

IV.

Robertus Card. Nobilius Ricciardo Cervino. (a)

ETSI non dubitabam, quin, pro omnibus amicitiae neceſſitudinibus, quae domui meae cum veſtra familia intercedunt, etiamſi de eo nihil ad me ſcripſiſſes, vehementer hoc meo honore laetatus eſſes, tamen ejuſdem laetitiae tuae per literas declaratio incredibilem mihi attulit voluptatem. ſic enim

(a) Inſcribitur haec epiſtola in noſtro exempl. *Ricciardo & Herennio Cervinis*. ſed ad unum Ricciardum ſcripta ex ejus lectione deprehenditur. itaque *Herennii* nomen ab inſcriptione removi. utrique pater fuit Alexander, Marcelli cardinalis, ac deinde ſummi pontificis, frater, ſed ita frater, ut Marcellum Ricciardus pater ex Caſſandra Bencia, priore conjuge, Alexandrum ex Eleonora Aegidia, conjuge poſteriore ſuſceperit.

his literis cauſas omnes perſequeris, quibus & tibi gaudere & mihi gratulari debeas, ut ſummum tuum in me amorem libenter recognoverim, prudentiam vero ſcribendi & facultatem majorem, quam ab iſta aetate poſtulari poſſit, valde ſim admiratus. quamobrem ego quoque tibi gratulor de mirifica iſta tua ingenii & virtutis indole; in qua cardinalis ampliſſimi
b patrui tui (*b*), omnibus virtutibus & graviſſimis artibus ornatiſſimi, animi & morum effigiem mihi videor agnoſcere. perge igitur imitari domeſticum iſtud exemplum, quod optimus & eruditiſſimus quiſque ſuſpicit & admiratur. equidem & tibi & Herennio, fratri tuo, quem ſummae tuae laetitiae in hac honoris mei amplificatione ſocium fuiſſe ſcribis, cum propter reliquas cauſas, quas elegantiſſima tua epiſtola diligenter & amanter commemoraſti, tum propter benevolentiam erga me veſtram & obſervantiam, qua me colitis, eximium & ſingulare ſtudium meum profiteor ac polliceor.

(*b*) Marcelli Cervini: quem Paullus III. die 18.dec. an.1539. incredibili bonorum omnium laetitia ac gratulatione cardinalem crearat; quos inter fuiſſe etiam Jacobum Sadoletum, carpentoractenſium epiſcopum, eumdemque cardinalem, non eſt certe dubitandum. ſed verum non eſt, quod Petrus Pollidorius in ſuo *de vita, geſtis ac moribus* Marcelli II. Romae anno 1744. edito commentario pag. 26. memoriae prodidit, epiſtolam, quam a Sadoleto ad Marcellum ſcriptam commemorat, de recenti hominis cardinalatu eſſe gratulatoriam. nam ea quidem Sadoletus non honorem illum, ſed neocaſtrenſium epiſcopatum Marcello gratulatus eſt. *Non potui*, inquit, *non magnopere &* EPISCOPORUM ORDINI *gratulari, & pontifici maximo, Farneſioque noſtro, clariſſimo & ſpectatiſſimo juveni, agere gratias, qui talem virum ad chriſtianae religionis gubernacula induxerint.... Ego & tibi tuoque iſti honori, quem jampridem meritus nunc demum adeptus es*, & eccleſiae tuae neocaſtrenſi, quae tam ſpectatum pontificem ſit nacta, *valde ex animo gratulor, Deumque oro, ut iſta res nobis bene feliciterque eveniat, tuque majoribus quotidie honoribus dignus exiſtimere*. Non *majores honores*, ſed unus, iſque maximus, ſummi videlicet pontificatus honor Marcello reliquus, ad quem pervenire poſſet, fuiſſet, ſi haec ad eum cardinalem jam factum ſcriberentur. ſed quid argumentatione opus eſt? quum ipſa epiſtola (quae libri XII. *Sadoleti epiſtolarum* decimaoctava eſt) die 22. ſept. anni 1539. data compareat, Marcellum autem, non niſi die 18.dec. ejuſdem anni renunciatum eſſe cardinalem, conſtet. Utinam Pollidorius hoc unum hoc uno in opere, non etiam in Clementis XI. hiſtoria falſo tam multa alia prodidiſſet.

V.

Robertus Card. Nobilius N.N.

NUnquam aſſequi potuiſſes, ut praeſentia & oratione, quanta honoris mei laetitia eſſes affectus, mihi magis exponeres, quam tuis humaniſſimis literis declaraſti. quamobrem ſcito,

ſcito, vel in maximo concurſu literarum & nunciorum, qui nobis eadem de re quotidie veniunt, tuam mihi gratulationem perjucundam fuiſſe. tibi igitur magnam habemus gratiam de tuo iſto humanitatis officio, quam etiam referre ſummopere cupimus. tu modo perge iſta & latine ſcribendi, in qua, mea quidem ſententia, magnos progreſſus habes, & juris civilis exercitatione, quo in ſtudio multum te profeciſſe audio, tuum animum expolire. me certe, cum his de cauſis, tum propter fidelem & diligentem, atque adeo utilem & honorificam patris tui operam, quam Sfortiae (*a*), viro clariſſimo, affini meo, multos jam annos navat, tui tuorumque omnium fautorem & adjutorem ſemper cognoſces. *a*

(*a*) Sfortiam Sfortiam ſignificat, S. Florae comitem, cui nupta erat Catharina, Nobilii noſtri ſoror.

VI.

Robertus Card. Nobilius Uberto Folietae. (*a*) *a*

Legi tuas literas, *in quibus* ſummum tuum in nos amorem, *pari prudentia* conjunctum, libenter recognovi. nam & mihi ita de meo hoc honore gratularis, ut te id ex animo facere

(*a*) De Uberto Folieta ejuſque ſcriptis nemo accuratius Niceronio diſſeruit, qui multa, falſo de eo ab aliia, Miraeo praeſertim, Teiſſierio, Morerio prodita, rectiſſime coarguit. Eum conſule tomo XXI. *Memoirer pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtres* pag. 209. & ſeqq.

Natum ait nobili loco Genuae anno 1518. denatum autem nonis ſeptembr. an. 1581. Romae, ut opinor.

Admodum incertam rem eſſe dicit, fueritne e ſacerdotum numero Folieta. Equidem fuiſſe arbitror; qui videam, ab eo orationes tres, non niſi ad ſacerdotes deferri fere ſolitas, Romae fuiſſe habitas, primam ad Julium III. pont. max. ipſo omnium ſanctorum feſto die, alteram ac tertiam ad ſanctae romanae eccleſiae cardinales, poſt ejuſdem Julii III. & Marcelli II. prope conjunctas mortes, novo pontifici creando conclave vaticanum ingreſſuros. Illa ipſa ad card. Nobilium noſtrum, quam mox proferemus, ejus epiſtola, ſive commentarius potius *de vitae & ſtudiorum ratione hominis ſacris initiati*, ſcriptoris, qui ſacris ſit ipſe initiatus, plane auctoritatem totis ſententiis praecipiendique genere ac ratione praefert. Denique libris XII. *Genuenſium hiſtoriae*, ab ipſo conſcriptae, Genuaeque apud Hieronymum Bartolum anno 1585. nitidiſſime editae, Folietae imago praefixa conſpicitur eo veſtis cultu, quem ii, qui ſacerdotes eſſent, illa aetate adhibebant.

Neutrius illarum ad cardinales orationum Niceronius meminit. ego non niſi alteram, *Romae ab Antonio Blado impreſſ. camerali* excuſam, vidi. Incipit: *Maxime vellem, patres ampliſſimi, chriſtianae reipublicae felicitate factum fuiſſet, ut, quemadmodum*

cere intelligam, & ea praecepta tradis, quomodo eundem honorem

dum in pontificatu maximo, Marcello II. viro ſanctiſſimo ac ſapientiſſimo mandando, omnes pie ac ſapienter vos dicunt feciſſe, ita pietatis & ſapientiae veſtrae ab eximia illius virtute uberiores & diuturniores fructus percipere potuiſſetis. neque multo poſt oratoe de prima illa ad eoſdem cardinales oratione a ſe habita hanc mentionem injicit: *Cum praeſertim, quae proximis comitiis ex hoc loco in ſummi pontificis electione ſpectanda eſſe dixi, ea vos arbitrer memoria retinere.* Sed de utraque oratione Latinus Latinius, ad Andream Maſium die 21. maj. an. 1555. ſceipſit his verbis: *Folietae orationem, in Marcelli comitiis habitam, opinor tibi a me miſſam eſſe. is nunc iterum de eadem re* (hoc eſt de eligendo ſummo pontifice) *dixit: quem tamen dicentem audire mihi non contigit.*

Folietae opuſculum *de cauſis magnitudinis turcarum imperii*, ait Niceronius, ad Marcum Antonium Columnam *cardinalem* eſſe inſcriptum. At, non ad cardinalem, ſed ad praeſtantiſſimum illum pontificiae claſſis praefectum M. Antonium Columnam, qui tuecas ad Echinadas inſulas navali praelio an. 1571. devicit, inſcriptum eſſe, vel e primis ipſius opuſculi verbis manifeſto deprehendimus. *Magno te*, inquit, *dolore affectum ſcribis, Columna, ex pace, cum turca a venetis facta, chriſtianorumque vicem pudere, quod navalis victoriae, tuo magna ex parte ductu & conſilio, qui celſiſſimi principis, Joannis auſtrii, ſocius in imperio fueris., a foederatis principibus parta .... ingenſque laetitia, ex ea concepta, tam cito nobis luxuriaverit.* Non eſt autem hoc loco omittendum judicium, quod in hoc ipſo opuſculo de alio quodam opere ſuo exſtare ipſe voluit: *Philoſophiae*, inquit, *hoc ſtudium utile ne an damnoſum mortalibus ſit, neque hujus loci, & magnae ac longae diſputationis eſt; noſque in eo inſectando in tribus illis libris* (de linguae latinae uſu & praeſtantia: hos enim ſignificari puto), *quos adoleſcentes edidimus, nimium fortaſſe acres & vehementes fuimus, ardore aetatis incitati, ingenioque ac ſe efferenti copiae indulgentes. qui libri multis in locis corrigendi ſunt; reſque alio ſcribendi genere tractanda fuit, neque acri illo & vehementi agitanda, ſed aequabili & ſedata quaerenda.*

Aliud, ac valde illud quidem peobandum, exſtat apud me mss. ejuſdem Folietae opuſculum hoc titulo: *De cauſis bellorum, religionis gratia excitatorum, ad M. Antonium Amulium cardinalem ampliſſimum.* Incipit: *Pudoris me, Amuli, (ſat ſcio) oblitum putabunt, qui de ea re audeam diſſerere, cujus diſputatio excellens aliquod ingenium, eximiamque doctrinam & eloquentiam poſtulet: quas ego res nullas ſane aut perexiguas in me eſſe, intelligo ... Quaeris igitur ex me, qua re factum putem, ut, cum veterum religiones nullorum unquam bellorum (quod quidem literarum monumentis proditum ſit) aut diſcordiarum hominibus cauſa fuerint, chriſtiana religio tot diſſidia omnibus temporibus excitarit, quae non diſputationibus modo ac verborum contentionibus ſine agitata, ſed armis ſaepe atque armis decreta.* Quod opuſculum, hominum eruditorum cognitione ſane dignum, aliquando, Deo adjuvante, edemus.

Nunc alia quaedam Folietae opera ita recenſebimus, ut ex ſingulis aliquid, ad ipſius vitam pertinens paulloque inſignius, peoferamus. In opere *de ratione ſcribendae hiſtoriae* ad Octavianum Paſquam, epiſcopum hieracenſem: *Deberi*, inquit, *praeterea hoc a me putavi veteri noſtrae animorum conjunctioni, compluribuſque neceſſitudinis cauſſis, inter nos intercedentibus, in primis vero obſervantiae atque adeo pietati, qua Simonem Paſquam* (qui obie-

norem adminiſtrare debeam, ut nihil eo in genere exiſtimem
ſcribi

obierat pridie non. ſeptembris an. 1565.) *patruum tuum, cardinalem ampliſſimum, perpetuo proſequutus ſum, omnibus officiis omnique benevolentiae ſignificatione, cum in urbe & in tridentino concilio* (ſub Pio IV.) *tum multis aliis locis ab eo amplexus.*

In deſcriptione *Tyburtini* ruris ac villae *Hippolyti Eſtii, cardinalis ferrarienſis* ad Flavium Urſinium cardinalem, *Compluribus*, inquit, *& eximiis tuis omnium temporum in me meritis ... magnum cumulum, Flavi ampliſſime, addidiſti hoc poſtremo beneficio, quod opera tua in viri clariſſimi Hippolyti Eſtii, cardinalis ferrarienſis, familiaritatem ac domeſticum uſum veni.... Vale. Dat. Tybure. III. non. aug. 1569.*

In Conjuratione *Joannis Ludovici* Fliſci ad Hieronymum Montenigrum, *Caeterum*, inquit, *cauſarum, cur ad tantam rem* (ſcil. ad ſcribendam ſuorum temporum hiſtoriam) *animum adjecerim, illa non in poſtremis fuit, quod nihil aptius inveni ad exſilii incommoda & taedium conſolandum, quo me cives mei ideo affecerunt, quod ſcriptis meis vulnera patriae ac remedia indicare non dubitaverim, ut, quas ſtili poenas do, eae nulla re convenientius, quam ſtilo levari videantur. facile enim in publicis rebus tractandis ac tota mente agitandis occupatus animus a privatorum malorum ſenſu & cogitatione avertitur. Illud quoque haud mediocre ſolatium acceſſit, optimae mentis conſcientia. nihil enim me aliud ſpectaſſe, quam ſalutem patriae, ac ne curſus ad maximam in italicis rebus potentiam & auctoritatem a levibus impedimentis retardaretur, Deum immortalem, qui intimos ſenſus novit, teſtor. nunc, quando civibus meis rem in aliam partem accipere viſum eſt, crimenque ea in re conſtituere, quam praemio dignam exiſtimabam, aequo animo ferenda eſt voluntas patriae, a cujus charitate nullae me unquam injuriae abducent ... Ex quo aut ex reliquis ſcriptis meis, quae in lucem ſubinde prodibunt, ſi qua utilitas ad homines perveniet, ea non tam labori & induſtriae meae, quam viri ampliſſimi, Hippolyti Eſtii, cardinalis ferrarienſis, virtuti eſt accepta referenda; cujus liberalitate ſuſtentatus, totum animum, a curis & moleſtiis vacuum, in iis ſtudiis defigere penitus poſſum. is me, in familiarium ſuorum numero amanter acceptum, omnibus commodis fovet ac tuetur.*

In *Clarorum ligurum elogiis* ad Joannem Andream Auriam, clariſſimum ducem, *Magno animo*, inquit, *& excellenti ingenio viri, Joannes Andrea Auria, eam eſſe patriae charitatem ſtatuerant, quae nullis injuriis poſſet exhauriri; egregioſque homines nullis, quamvis gravibus, offenſionibus ab republica deberi abduci, exiſtimarunt. Illorum ego veſtigiis inſiſtens, is ſemper fui, cujus incenſa in patriam ſtudia exſilii poena, qua me cives mei affecerunt, numquam aut extinxerit aut imminuerit; quin contra, omnes curae in ejus ſalutem & dignitatem tuendam, augendam, ornandam, quantum pro virili parte poſſem, perpetuo fuerint intentae: quamquam facere non poteram, quin vicem meam interea dolerem, quod me ita omnia fefelliſſent, ut, quam rem mihi laudi & praemio futuram ſore, in ea crimen vel graviſſimum perduellionis conſtitutum eſſet. Verum perpetui mei in patriam ſtudii haud contemnendum, ni fallor, inter caetera ſpecimen fuerint haec, quae nunc edere decrevi, ligurum elogia.*

Quae quidem *elogia* non modo eximiae maximeque commemorandae erga patriam caritatis, verum etiam ſummi ingenii ſingularisque eloquentiae eſſe ſpecimen, haec Paulli Manutii epiſtola, ad ipſum Folietam, atque adeo, quemadmodum, qui eam ſcripſit, ipſe voluit, ad poſteritatem data, luculenter declarat:

Paul-

Digitized by Google

b ſcribi poſſe perfectius (*b*) . quare gratulationem , quanquam ipſa

Paulus Manutius Vberto Folietae S. D.

Etſi tu is es, cujus ingenium & virtus neque meum neque cujuſquam omnino teſtimonium deſideret , me tamen vel amor in te meus vel ipſa veritas adduxit , ut exſtare vellem de tuis Elogiis *judicium meum , non tam apud te , qui te ipſum egregie noſti , quam apud omnes gentes , atque adeo apud ipſam poſteritatem , quae de ſtudiis ingeniiſque noſtris , expers amoris & odii, pro cujuſque merito ſententiam feret . ego enim tua ſcripta & legeram ante multos annos & ita probaram , ut ex iis , qui tunc excellere putabantur , tibi neminem anteferrem . nunc, ut vere dicam , non ut gratiae cauſſa tuis auribus largiri quidquam velim , haec de tuis liguribus illuſtris & diligens & ornata commemoratio ita mihi placuit , ut , qui conferri tecum in hoc genere poſſit , prorſus neminem eſſe judicaverim ... Ac tu quidem materiam cepiſti nobilem & praeclaram . ſed , ut ea ſpecioſior & jucundior , & , ut ita dicam , ſe ipſa major ſit , eloquentiae tuae praeſtantia conſequeris . omitto reliqua , ne ſim nimius (nam ſua quidque laude dignum eſt) : ſed in principiis , tam multis , tantam varietatem , tam ſplendidam , tam elegantem , quis non admiretur , aut quis vidit umquam ? in caeteris enim* Elogiorum *partibus tui numquam non ſimilis , id eſt gravis & ſublimis & ornatus , in hac vero tantus es , ut in illis certare cum aliis , in hac te ipſum vincere voluiſſe videaris . . . Vale . Romae , ex aedibus , prid. Kal. decembris 1572.*

(*b*) En illas ipſas , tantopere a Nobilio , ſive potius a Pogiano , Nobilii nomine,commendatas Folietae litteras, omni certe commendatione digniſſimas.

Vbertus Folieta Roberto Nobilio , cardinali ampliſſimo , S. D.

Etſi hominum , tui ſtudioſorum , neminem omnino eſſe puto , cui ſecundae res tuae jucundiores ſint , quam mihi , tamen , in iſta tua ampliſſimi honoris acceſſione , duae me res a gratulatione retrahebant : altera , quod occupationibus tuis parcendum eſſe ſtatuebam ; nolebamque , in tam magno gratulantium numero , quibus tu omnibus , pro tua humanitate , soles reſpondere , neceſſitatem meis quoque litteris reſpondendi tibi imponere : altera , quod , cum jam diu gradus iſte honoris a pontifice tibi ſit non modo deſtinatus ac promiſſus , ſed pene delatus , exiſtimabam , voluptatem , ex ea re jam ex eo tempore animo conceptam meo , tibi ita cognitam eſſe ac perſpectam , ut litterarum teſtificatione non indigeret : cum praeſertim ſaepe coram tecum hanc ipſam honoris adeptionem gratulatione praecurriſſem . ſed tamen , cum audiſſem , te cardinalem factum , quamvis voluptas , jam , ut dixi , inveterata , cumulata non ſit (neque enim ullus erat cumulo locus) tamen novos quoſdam laetitiae motus eo nuntio mihi ſenſi in animo excitari, quos ita comprimere non potui , ut non hanc epiſtolam ſtatim exararem , qua primum tibi iterum gratularer , atque ita gratularer , ut magis ex animo non poſſem , tuique rem precarer tibi bene feliciterque evenire : deinde ut incredibili meo in te amori obſequerer , in te nonnullis de rebus admonendo . quae res quamquam minime neceſſaria poteſt videri , tum quod virtus tua non egeat monitore , tum quod ſint apud te multi cum eximia doctrina tum ſingulari prudentia praediti viri , qui te admonitionibus & conſilio juvare poſſint & regere , tuus praeſertim optimus & ſapientiſſimus parens , a cujus voluntate numquam tibi eſt diſcedendum ; tamen non omnino alienum duxi a ſingulari meo erga te ſtudio , ſi haec quoque veluti meae obſervantiae ſigna ad te pervenirent : quibus tu tantum tribues , quantum & ipſe tribuendum cenſebis , & ceterorum judicia , qui me prudentia

Digitized by Google

ipſa etiam a benevolentia proficiſcitur, tamen, quod iſtud tibi officium eſt commune cum multis, in praeſentia omittam. quod vero eximii cujuſdam amoris eſt, & proprium pruden- tiae

tia antecedunt, ab iis non diſcrepare intelliges.

Quorum primum eſt, ut divinae bonitatis erga te magnitudinem agnoſcas, quae tibi in tam altum dignitatis locum praebuerit adſcenſum, in ea praeſertim aetate, quae ab eo gradu longiſſime abſit; neque in hac re aut quidquam tibi, aut pontificis maximi propinquitati aſſumas, quaſi idcirco debitus tibi fuerit iſte honor: nam contra ea res majorem animi demiſſionem debet excitare. etenim hoc ipſum, nactum te fuiſſe avunculum magnum pontificem maximum, magnus eſt divinae benignitatis cumulus. quare divino numini tantae gratiae a te ſunt habendae, quantas animus tuus capere poteſt maximas. quod eo etiam facies impenſius, ſi tecum reputare volueris, tam multos homines, partim generis ſplendore, partim innumerabilibus virtutum laudibus florentes, in romana aula conſenuiſſe, neque tamen ad iſtum gradum, quem tu puer es adeptus, pervenire potuiſſe. omnis igitur, ut dixi, tibi aetas eſſe debet in tanto beneficio grata recordatione colendo, gratiaque ob illud Deo habenda, quam debes. cujus rei faciendae una eſt tantum via, ſi te in omnibus non ſolum factis & dictis tuis, ſed etiam cogitationibus ad praeceptorum divinorum praeſcriptum conformabis.

Proximum monitum eſt, ut, cum praeſtantiſſimum inter ſacros homines locum obtineas, ad eas res mentem cogitationemque adjicias, quae ſacerdotis profeſſio poſtulat. etenim plerique noſtra aetate (quod lugendum ſit) dignitatem tantummodo & opes in ſacerdotio ſpectantes, iiſque hiante cupiditate imminentes, quanti oneris quantaeque ſollicitudinis res ſit ſacerdotium, ſibi curandum non putant; eaque re fit, ut nullam officii ſui partem in ſacerdotio gerendo tueantur. qua re quid dici poteſt indignius? nam, ſi nullum eſt tam ſordidum artificium aut tam humile, ut ad illud ſeſe conferentes non ſibi prius quaerendum putent, quod ſit illius artificii officium, quidve ſit illi propoſitum, ut ad illud poſſint induſtriam & diligentiam ſuam accommodare, quam turpe eſt, in re omnium maxima & graviſſima ab infimi generis hominibus vinci, neque reputare, quae ſint ſacerdotis partes, cujuſque muneris colendi cauſſa a Deo inſtitutum ſit ſacerdotium? hoc te genus hominum, a veteri ſacerdotum virtute tantopere degenerantium, nequaquam volo imitari; ſed contra conſiderare (cum nihil aliud ſit ſacerdos, quam inter Deum & hominem internuncius quidam atque interpres, qui precibus & ſacrificiis Deum hominibus propitium reddendo, humana apud Deum, ſacris vero myſteriis hominibus communicandis, iiſdemque divinorum ſermonum uberrimo pabulo alendis, & ad divinum amorem excitandis, divina apud homines legatione mutuo fungatur) quantum ac quam magnum munus ſit ſacerdotium, quamque non modo ad honorem & dignitatem inſigne, ſed ad curam animique ſollicitudinem grave.

Cujus ſuſtinendi cum duplex omnino ratio ſit, morum & doctrinae, in utraque ſumma tibi cura diligentiaque eſt ponenda; &, quod ad mores attinet, danda opera, ut manum, linguam, mentem ab omni ſceleris contagione caſtam & integram ſerves; cavendumque, ne quod in omni vita ullius flagitii veſtigium appareat. omnium praeterea voluptatum & libidinum illecebrae declinandae ſunt; quod nulla res majorem vim habeat ad animos adoleſcentium corrumpendos, & ab officii regione deducendos. quae res tametſi difficultatem nonnullam videtur habere, tamen, ſi ſecum

Digitized by Google

tiae tuae, qui ad me de ratione tuendi cardinalatus diligentiſſime ſcripſeris, id equidem tanti aeſtimo, ut Julii pontificis max. divino in me & immortali beneficio proximum judicem. ille

ſecum reputare voluerint ii, qui ſacris initiantur, ſeſe Dei eſſe adminiſtros, facile intelligent, qui apud homines Deum referunt poteſtate, eoſdem illum ipſum Deum vitae imitatione & ſimilitudine exprimere oportere. neque enim ſacerdotibus communi tantummodo omnium chriſtianorum officio curſus quidam vitae, ab omni vitio disjunctae & cum virtute conjunctae, eſt tenendus, ſed praecipua quaedam & magis neceſſaria ratio virtutis a Deo ipſo illis eſt impoſita, cum illorum vitam edito loco ſitam eſſe diceret, in qua ceteris hominibus exemplum ad imitandum eſſet propoſitum, cumque illos lucernarum perſimiles eſſe praedicaret, in montium vertice conſtitutarum, quarum virtute ac ſplendore lumen ceteris mortalibus praeferretur: quae praecepta ſi noſtri temporis ſacerdotes ſecum ipſi interdum agitarent, & cum Deo majore in gratia, & cum hominibus majore eſſent in honore, minuſque ex invidia & populorum offenſione laborarent. nunc illorum nonnulli, divinorum monitorum penitus obliti, flagitiiſque & ſceleribus contaminati, in ſummo jacent populorum contemptu.

Ab hac tam perdita tamque profligata ratione te volo, Roberte, abhorrere, neque putare (quod plerique ſtulti facere ſolent) in ceterorum vitiis, ſi iiſdem tu, quibus illi, fueris inquinatus, tibi excuſationem ineſſe, ſed contra potius, ea majore laude dignam fore virtutem tuam, quo pauciores ſocios habebis. quare omnis vitae ratio ad eorum ſimilitudinem tibi eſt accommodanda, quorum laude ordo ſacerdotalis, qui ceterorum infamia premitur, ſublevatur. neque tamen, cum ab ipſorum lutulentis vitiis abfueris, perfectum opus tibi debes exiſtimare, ſed alia quaedam ſupereſſe putare, quae tibi nequaquam ſint negligenda: in primis modeſtiae ratio; quae virens ut eſt propria aetatis tuae, ita tibi alia majore ratione ſeorſum a ceteris adoleſcentibus magnopere eſt amplectenda. nihil eſt enim, quod animos hominum ab officio magis abducat, quam ſecundae res bonaque fortuna. haec ſolet animos hominum inflare, ſpirituſque quoſdam, elationis & arrogantiae plenos, ſecum afferre. quae res facit, ut, cum amplitudo fortunae non ſatis aequis oculis ab omnibus adſpici ſoleat, ſi ad illam ſuperbiam praeterea arrogantiamque adjunxeris, intolerabilis res fiat, ſummoque in omnium odio verſetur. quare omni ratione cohibendus eſt hic impetus, modeſtiaeque freno coërcendus, omniſque aſperitas vitanda; contraque ſumma humanitas, atque in omnibus & dictis & factis ſuavitas inducenda: qua virtute ut nulla eſt chriſtianae profeſſioni conjunctior, ita nec quae magis ſecundae fortunae invidiam mitiget, communemque hominum benevolentiam illi conciliet. Neque tamen, ut in unoquaque re magnam habet reprehenſionem nimium eſſe, ita in hac nobis eſt committendum, ut, dum modeſtiae laudem nimium conſectamur, ad levitatem dilabamur; ſed ita temperanda eſt tota ratio, ut, ſimul cum humanitate, gravitatis rationem habeamus. neque enim, cum aditus faciles laudo, idcirco projectam nimiſque familiarem cum quibuſcumque hominibus, etiam ignotis, conſuetudinem probo; neque, ſi ſuperbum ſupercilium & frontis contractionem deteſtor, ideo minorem mihi ſtomachum facit levitatis ac fuci cujuſdam plena ſubmiſſio. ſit igitur in vultu cum gravitate quadam conjuncta hilaritas, abſit humilis blanditia, ſit in ſermone ſuavitas, vitetur aſſentatio, ſit in quotidiana conſuetudine facilitas & comitas, faceſſat

ille enim me ſupra aetatem , ſupra omnia mea merita , cardinalem fecit ; tu , ut vel id aetatis eo me honore non indi-

ceſſet diſſolutio : atque , ut ſummatim dicam , non ita humanitatis laudem amplexemur , ut gravitati & dignitati parum conſulamus ; neque rurſus gravitatis retinendae cupiditate ita efferamur , ut ab humanitatis ratione abhorreamus . quamquam , ſi in alterutram partem peccandum ſit , ad humanitatem potius eſt incumbendum ; quod gravitas & dignitas fortunae ſplendore facile ſeſe tueatur .

Ad mores adjungenda eſt doctrina . in qua re ſi tu , ut reliqui adoleſcentes , liberam haberes voluntatem ad quod te ſtudium potiſſimum conferres, plus operae ſumerem in ſententia mea , ea de re tibi exponenda , plurimumque darem animi tui propenſioni , quam ut ſequereris , te hortarer . cum vero ſacerdotis officium in chriſtiana doctrina hominibus tradenda in primis ſit explicandum , ejuſque doctrinae promulgandae ac cum hominibus communicandae cauſſa a Chriſto ipſo toto orbe terrarum legati ſint ſacerdotes , intelligis profecto, hanc tibi libertatem a ſacerdotis profeſſione praecidi ; theologiaeque ſtudium , quod ceteris quoque hominibus ſua nobilitate omnium ſtudiorum debent eſſe jucundiſſimum , tibi etiam eſſe neceſſarium . hoc igitur tibi propoſitum eſſe debet , eoque omnis labor , opera , diligentia tua eſt conferenda ; ceteraque omnia , quaecumque leges & audies , ad illud ſunt referenda . Ac theologiae ſtudium eſt ejuſmodi , quod etiamſi omnibus ornamentis careat , quibus cetera ſtudia commendari ſoleat , tamen ſubjectae materiae dignitate , quae eſt Deus, maximaque utilitate, quod ad aeternam ſalutem beatitudinemque hominibus iter monſtret ac patefaciat , omnes homines, neglectis ceteris , ad ſe attrahere debeat . cum vero ad materiae nobilitatem omnis generis ornamenta acceſſerint , quam non probanda eſt illorum ratio , ne dicam vituperanda , qui ab hoc ſtudio abhorrent ? cave enim putes , Roberte , ullum doctrinae genus aut majore copia ac rerum varietate , aut majore eloquentia , aut ſubtiliore diſputandi ratione, aut a praeſtantioribus hominum ingeniis unquam fuiſſe tractatum : ut veritas , quae huic ſtudio ſubjuncta eſt , quae etiam ſine ullo fuco nuda & ſimplex ſua pulchritudine & ſpecie eſt jucunda , admirabiliores etiam habeat delectationes luce orationis ornata. nam, ut omittam ſacros ipſos utriuſque teſtamenti libros , qui , cum , divino ſpiritu dictante , conſcripti ſint , ſua ſe majeſtate , ſine ullo fuco aut verborum ornamentis , ſatis commendant , quis Baſilio in diſputando acrior aut ſubtilior aut gravior ? quis majoribus ingenii aut doctrinae opibus inſtructus ? quid ? in Nazianzeni oratione, praeter eximiam ſacrarum rerum ſcientiam , ob quam merito eſt Theologus appellatus , praeſtantemque in omni genere doctrinam , an Demoſthenis ſonitus & fulgura deſideramus ? Chryſoſtomus vero an non beatiſſima illa copia & ubertate , omniumque fere ornamentorum genere , ingenii praeterea nobilitate , Ciceronem nobis expreſſit ? multiplicem vero Hieronymi doctrinam , omniumque magnarum rerum abſolutam notitiam & orationis copiam ; acerrimum quoque Tertulliani ingenium variamque eruditionem quo in gradu laudis collocabimus ? in Auguſtini vero caeleſtis ingenii acie an non praeſtantiſſimorum philoſophorum laudibus chriſtiana gloria reſpondit ? cujus in diſputando , erroribuſque refellendis, ac vera doctrina aſſerenda, acerrimam vim quae ſatis aequare poſſit admiratio ? quid ? recentior haec ſcholaſticorum induſtria an eſt ſilentio praetereunda ? quorum ratio diſputandi quamvis nonnullis paullo anguſtior paulloque exilior ac ſpinoſior videri poſſit , tamen nega-

Digitized by Google

gnum praebere poſſim, effeciſti. quamobrem tibi de tuo iſto munere, quo nullum nobis hoc tempore majus aut melius af- ferri

negare non poſſumus, tamen ab ea prae- ferri, iterque monſtrari, quo minore cum erratione, quae contraria videantur inter ſe, aptare, ambigua diſtinguere, ac denique in ampliſſimis illis ſacrarum librorum ſpatiis liberius poſſimus, minoreque cum offendendi periculo, excurrere.

Deinde, cum ad doctrinas conſequendas magnam partem ſine dubio ordo obtineat, certe veterum ſcripta, ſplendida illa quidem ac prope divina, hac commoditate carent: neque quiſquam ſive de graecis ſive de latinis fuit, qui illud ſuſceperit ac ſpectarit, quemadmodum totam theologiae doctrinam plenam & abſolutam traderet, remque a principio ad extremum ordine quodam perduceret; ſed, modo hanc, modo illam rem tractantes, diſputationes ſuas ad eccleſiae tempora accommodabant. quorum egregia ſcripta cum hac ordinis luce careant, divino conſilio factum puta, ut recentiora haec ingenia exiſterent, quae, quod ſuperioribus deerat, id ipſum acumine & diligentia ſua adderent, confuſaſque illas & ſparſim tractatas quaeſtiones in ordinem digererent; ſeriemque quandam conficerent, qua, rebus aliis ex aliis annexis, & dilucidior eſſet haec doctrina & ad perdiſcendum facilior. quarum hominum labor & induſtria haudquaquam videtur adſpernanda: nam, etſi multa ſaepe inculcent a philoſophis ſumpta, quae fortaſſe omittere potuiſſent, nonnulliſque quaeſtionibus, forte ſupervacaneis, hoc ſtudium conſperſerunt, a quibus abſtinere potuiſſent, tamen, iis rejectis, poſſumus, quae utilia in ipſis ſunt, carpere.

Quid? illa quanta eſt hujus doctrinae commendatio, quod, cum reliqua ſtudia ingenia tantum hominum vimque intelligendi oblectent ac teneant, ſacrae litterae animi quoque affectum poſcant, & eo quidem pabulo, quo nullum ſit aut ad ſenſum jucundius aut ad fructum utilius? animos enim hominum, terrenis his & caducis bonis incubantes, totos immutant, & ad caeleſtium rerum amorem traducunt, ſublimeſque quoſdam ac divinos ſpiritus paullatim inſtillant, quibus humiles has fluxaſque res deſpiciant ac pro nihilo ducant, contra divinas ſuſpiciant, in eaſque omnibus animi motibus tantummodo ferantur. quare fit, ut ſic affectae mentes puriſſima ac perpetua tranquillitate fruantur, nullis aegritudinibus laetrentur, nulla inani laetitia titillentur, nullis denique perturbationibus exagitentur; quippe quibus omnia humana contemptui ſint, futuraque beatitudo ab iis ſtudiis etiam in hac vita fere repraeſentetur. Illud quoque accedit, quod theologiae utilitas non aeterna illa caeleſtique beatitudine tantummodo terminatur, ſed humanarum quoque rerum adminiſtrationem complectitur. neque enim ab ullis philoſophorum ſcholis vitae civilis praecepta aut ſubtilius ſunt aut elegantius aut vero etiam uberius tradita, quam a theologis noſtris. quare, cum tu maximae omnium reip. ſenator creatus ſis, ob eamque rem politicarum rerum cognitio tibi in primis ſit neceſſaria, debes te toto pectore ad illud ſtudium conferre, quod te in illis facere poſſit inſtructiorem.

Neque tamen tam ad theologiam tam vehementer hortor, ut a reliquis bonarum artium ſtudiis plane deterream, ſed ut moneam, tibi in iis ita eſſe verſandum, quaſi ex illis ad divinam doctrinam tibi gradus quidam fiat. ut enim infectores non ſtatim neque temere quamcumque lanam conchylio tingunt, ne per rudem materiam aliquid de purpurae ſplendore detrahatur, ſed lanam prius viliori fuco inficiunt, ac molliorem reddunt, ut ſuperinductum oſtrum ſplendidius niteat, ſic adoleſcentium animi

Digitized by Google

ferri potuit, magnam habeo gratiam; cujus etiam referendae facultatem, ſi qua erit, non praetermittam. reliquum eſt, ut te orem, ut, cum iſtuc (c) redierimus (quod commodo tuo fiat), viſas nos ſaepius etiam, quam antea ſolitus es: tuo enim conſilio uti cupimus.

animi, in quos divina doctrina eſt infundenda, ingenuis prius ſunt artibus informandi atque imbuendi; quibus perpoliti ſenſa illa divinarum rerum non quidem praeſtantiora efficiant (neque enim poſſunt ullo modo), ſed & ad ea percipienda inſtructiores fiant, & percepta majore cum dignitate poſſint efferre. ut, quemadmodum non, ſi ad fructuum copiam & ſuavitatem nihil folia valent, ſunt tamen frondes plane abjiciendae, quod arboris decor plurimum illarum ornatu commendetur, ita nec, ſi divina doctrina nullo extrinſecus praeſidia ſubnixa ſuis tamen radicibus firmiſſime haeret, ſeſeque abunde viribus ſuis tuetur, ſunt tamen ideo ab illa ceterarum doctrinarum ornamenta repellenda; quae, etſi eam meliorem non faciunt, homines tamen, in quibus ea ſunt, non modo exornant, ſed magna etiam illis ad illam tractandam afferunt adjumenta. itaque tibi impedimento eſſe non poſſumus, quo minus aliquot etiam aetatis tuae annos ponas in iis ſtudiis, ſed ita, ut non illa exiſtimes chriſtiano homini, ſacerdoti praeſertim, per ſe eſſe quaerenda, ſed, ut dixi, ex iis pates expeditiorem viam tibi ad divinam doctrinam communiri, neque, quod plerique faciunt, ut omnem tibi aetatem in iis ſtudiis ponendam cenſeas, ſed ſuſceptam in iis diligentiam eo uſque perducendam, quoad te ad graviorem doctrinam ſatis ab illis inſtructum ſentias, ad quam cetera omnia ſtudia & conſilia tua tibi ſunt dirigenda, illiuſque utilitate proceſſus in ceteris artibus terminandi.

Haec fere ſunt, Roberte ampliſſime, quae ego & aetati tuae, & honori, quem es adſecutus, ſingulare meum erga te ac parentem tuum totumque domum veſtram ſtudium debere exiſtimavi: in quibus exponendis cum videam, me epiſtolae modum pene tranſgreſſum, finem tandem faciam cum ea clauſula, ut Deum immortalem tibi iſtum honorem velim fortunare, teque orem, ut parenti ac fratribus, meis verbis, quampluri mam ſalutem dicas. Vale.

(c) Romam ſcilicet: ubi Folieta, patria pulſus, domicilium ſuum conſtituerat, &, antequam Nobilius Nepete (unde datam eſſe hanc epiſtolam, quemadmodum proxime ſuperiorem, non eſt dubitandum) ſeſe conferret, notus illi ac familiaris fuerat. De tempore autem, quo Folieta exſul eſſe coeperit, ita Niceronius diſputat: *Il ſeroit difficile de marquer l'année preciſe du banniſement de Folieta. Il eſt vrai que M. de Thou en parle ſur l'année 1575. à l'occaſion des troubles de Genes: mais on voit par quelques-uns des ſes ouvrages imprimés à Rome avant cette année là, que ſon exil l'a precedée.* Jam romanae Folietae operum editiones, quas Niceronius ſignificat, non ſunt antiquiores anno 1574. Atqui, amplius viginti ante hoc romanarum editionum tempus annis, Romae commorantem Folietam vidimus; cujus propterea exſilii initia ſaltem ad an. 1553. retrahenda ſunt. Peccat etiam idem Niceronius in eo, quod Julium III. Nobilii dumtaxat *oncle* ſua lingua appellat, quem, utpote Ludovicae Montiae, Nobilii aviae, fratrem, *grand oncle* (qui latinis eſt magnus avunculus) appellare debuiſſet: itemque in eo, quod Nobilium ab Julio creatum cardinalem anno non 1553. ſed 1554. dicit. idem tamen (quod initio teſtificatus ſum, iterumque confirmo) accuratius, quam caeteri ante eum, in Folietae rebus ſcriptiſque perſequendis verſatus eſt.

VII.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

a EGO, qui te adoleſcentem, omnibus naturae, proxime etiam fortunae, bonis ornatiſſimum, ſummis, mediis, infimis approbantibus, inſtituendum ſuſcepi, omnem meum laborem, operam, curam denique omnem in eodem te ornando literis atque optimis moribus fixi & locavi. viſus enim mihi ſemper es natus ad ſummam laudem: ut, etiamſi cardinalis non fuiſſes, tamen te iſto honore non ſolum dignum, ſed etiam omnino dignandum maturo tempore, judicarem. vidi igitur ſingularem tuam indolem, & ſtatim (tute ſcis) ſingularia omnia tibi propoſui. non enim ab eo, cui ſupra aetatem ſummos honores deberi intelligebam, mediocria ornamenta ſatis habere poteram. ſed adhuc, ut multum in moribus & literis non profeceris. non parum certe profeciſti. quare nunc te, pro tuis iſtis praecipuis animi ornamentis, per patris tui, viri clariſſimi, eximium in te amorem ſummamque indulgentiam,
b per judicium, quod de te tam tenera tua aetate (*b*) fecit Julius pont. max., per expectationem, quam omnium praeclariſſimarum rerum ſuſtines, per meam in te benevolentiam & obſervantiam

(*a*) Haec epiſtola, & quae deinceps magno numero ſequentur, non tam epiſtolae ad abſentem ſunt, quam praeſentia ad praeſentem codicilli, quibus doctor ac paedagogus, diſcipulum atque alumnum ſuum compellans, ad doctrinam atque virtutem Pogianus inſtituit. ad quem autem ab eo ſcripti ſint, ex inſcriptionibus, quae nullae uſquam neque in noſtro neque in vaticano exemplari illis, praeterquam ſemel uni, praefiguntur, deprehendi non poteſt. ſed, non niſi ad Robartum Nobilium datos (paucis aliquot fortaſſe exceptis, de quibus, cum ad ſingulos ventum deinceps fuerit, dicam) & mihi exploratum eſt, &, qui eos legerit ac paullum modo conſiderarit, facile intelliget. nos tamen, quo propius ad ipſa exemplaria accedamus, longiuſque ab omni errandi periculo abſimus, pro *Roberto Nobilio* litteras *N. N.* unicuique inſcribemus. De tempore nihil habeo dicere, niſi videri, eos medio circiter anno 1553. (hoc eſt ſex ferme ante initum a Roberto cardinalatum menſibus) coeptos, medio item circiter anno 1555. (quo decimumquartum aetatis ſuae Robertus agebat) deſitos fuiſſe ſcribi. Chronologicam in iis edendis ſeriem ſervari a nobis, quamque ob cauſam, non potuiſſe, diximus in praefatione ad lectorem. Initium quidem ab eo codicillo faciendum duximus, quem & ad Nobilium fuiſſe datum, & proxime a cardinalatu, eidem delato, datum, ipſius ſententiae perſpicue declarant. qui vero ſequentur; non propterea univerſos poſt cardinalatum ſcriptos exiſtimari neceſſe eſt.

(*b*) Die 5. ſept. an. 1553. decimumtertium aetatis ſuae annum Robertus inierat; eodem autem anno die 22. decembr. ab Julio III. magno ejus avunculo, creatus eſt cardinalis.

vantiam ſingularem , per Deum denique atque homines , oro ,
obſecro & obteſtor , uti naturam , fortunam & conditionem
tuam reſpiciàs , & eam , quam illa poſtulant , in ſtudio , ſcri-
ptione & vita curam & diligentiam adhibeas , neque quicquam
inſuſurrari in aures tuas abjectum atque humile patiaris ; faci-
lem praeterea in loquendo , reſpondendo , & omnino in omní
congreſſione & collocutione te praebeas . quod ſi me virum
bonum , ſi dignum iis ſtudiis , in quibus verſor , ſi non mini-
mi conſilii , ſi , quod caput eſt , tui amantem & obſervantem
cognoſcis , debet haec mea ratio apud te plurimum valere .

VIII.

Jul. Pogianus N. N.

QUod egomet antea judicaram , fore te eum , qui non modo
doctrina & eloquentia , ſed etiam iis virtutibus , quae ad
vitam & ad mores pertinent , ex omni juventute pa-
rem haberes neminem , id hodie ita vidi , quaſi ea , quae ocu-
lis cernuntur . nam ex tuo ſermone , quantum adhuc in lite-
ris *profeciſſes* , *quantum* etiam non ita multis menſibus fla-
granti iſto ſtudio profecturus ſis , facile intellexi . quam vero
grato animo eſſes in eos , qui de te bene meriti ſunt , ex eo-
dem te libenter cognovi . gratulor igitur tibi utriſque animi
tui ornamentis , virtute & eruditione (*a*) : mihique vehemen- *a*
ter gaudeo , qui te talem habeam diſcipulum , ex cujus ſumma
gloria fore ſperem , ut magna ad me laudis pars redundet .
quid de te ſentiam , vides . quare da operam , ut mea quoti-
die de praecipuis tuis animi bonis duplicetur opinio (*b*) . *b*

(*a*) *Gratulandi* verbum , cum ſexto nominum caſu conjunctum , veterum latinorum exemplo non carere diximus ad epiſt. *Atque mihi* pag.8.

(*b*) Cicero filius ad Tironem lib. XVI. Famil. epiſt. 21. *Gratos tibi optatoſque eſſe , qui de me rumores afferuntur , non dubito , mi dulciſſime Tiro ; praeſtaboque & enitor , ut in dies magis magiſque haec naſcens de me duplicetur opinio.*

IX.

Jul. Pogianus N. N.

SI , quam mihi reſcribendi moram quaeris , eandem aeris
alieni diſſolvendi quaereres , malum omnino nomen (*a*) exi- *a*
ſtimareris ; multique eſſent , qui te vel non ſatis locupletem vel
minus

(*a*) *Mala nomina* dicuntur debitores ii , qui creditas pecunias , quo debent tempore , non diſſolvunt .

Digitized by Google

minus bonum virum judicarent. At inquies, ut lentum petitorem (*b*) interdum, quominus ei ſatisfiat, eſſe in culpa, & bona nomina (*c*), non appellando, mala fieri, ſic me iſtius tuae in ſcribendo tarditatis culpam ſuſtinere, qui non exigam a te literas. At iſtud falſum eſt. ego enim quotidie aliquid ad te do literarum. quindecim dies ſunt, cum tu ne ſchedulam ad me quidem. illud vero non negabis, me ſaepius tecum & per epiſtolam & coram ſummis precibus egiſſe, ut aliquid ſcriberes. quod cum ita diu non feceris, aut te non eſſe ſolvendo, aut fraudatorem fatearis neceſſe eſt. inficiator (*d*) eſſe jam non potes.

(*b*) *Lentus petitor* eſt, qui creditam pecuniam non ſtatim, ac eſt coepta deberi, repoſcit.

(*c*) Columella lib. 1. *de re ruſt.* cap. 7. num. 2. *Nec ſane eſt vindicandum nobis quidquid licet: nam ſummum jus antiqui ſummam putabant crucem. nec rurſus in totum remittendum: quoniam vel optima nomina non appellando fieri mala, foenerator Alphius dixiſſe veriſſime fertur.* Quem locum ſic Budaeus interpretatur: *Quamvis locupletes habeas debitores, tamen, ſi diu judicium ipſis non dictaveris, uſuraſque non petieris, mala tandem fieri, id eſt, ipſos tandem non ſolvendo tanto aeri alieno fieri: ſicque inanem tandem perſecutionem, & nomina ipſa caſſa factum iri.*

(*d*) *Inficiator* eſt, qui creditam ſibi pecuniam negat a ſe aut omnino deberi, aut certe eo, quo petitur, tempore deberi.

X.

Jul. Pogianus N. N.

Quid dicas, neſcio (*a*). ego in te amando nunquam ſententiam mutavi. tu certe meum amorem amare non videris: prae enim me ſunt contemnenda omnia. non potes literas & egregios mores magni aeſtimare, quin me etiam, unde illa diſcis, plurimi facias. quare aut mihi eum honorem habe, qui habendus eſt, aut ſtudia virtutis & bonarum artium pro nihilo puta: nihil enim poteſt mihi, ſejunctum ab illis, a te accidere. ſed eo redeo (*b*). non poſſum iſtam indignitatem perferre. quod quoniam tu timore quodam ſervili diſſimulas, faciam, ut intelligas, me conſecutum hac, qualiſcunque ſit, doctrina, ut liber ſim, nec modo liber, ſed ut etiam ſim

(*a*) Addidi ego ex ingenio vocem hanc *neſcio*, tamquam neceſſariam; quae tamen tum a Gratiani exemplari, tum a vaticano codice pag. 235. aberat.

(*b*) Nonnullos ex his codicillis admodum negligenter in utroque exemplari a librariis fuiſſe deſcriptos, confitendum eſt; qui ſaepe ſive unum ex duobus ſive duos ex uno fecerint, & temere verba ac ſententias alterius in alterum transtulerint. ex quorum codicillorum numero fortaſſe hic eſt; in quo certe poſteriora haec cum ſuperioribus minime cohaerere videntur.

ſim nemini, vel caeſari, addictus. quid te deceat, non amplius commemorabo. quæ ad tuam, ut dixi (c), exiſtimationem pertinent, vel dicam tibi cras, vel fortaſſe reticebo. Remitte mihi has literas, cum primum eas legeris, ut adſcribas vel non adſcribas aliquid. e

(c) Ubi dixit? In hoc codicillo? quo noſtram illam ſuſpicionem concerte nuſquam. An non hoc quoque firmat?

XI.

Jul. Pogianus N. N.

Hieronymi Pontani commendationem te perſecutum eſſe, non arbitror. quamobrem vereor, ne ſpes, quam is in te ſummam collocarat ſuorum commodorum, hominem fruſtretur. cura igitur, ut cras bene mane certum hominem ad eos cardinales mittas, qui ipſum Pontanum eis commendet: ſunt enim illi, qui ei negotio praeſunt, cras omnino congreſſuri.

XII.

Jul. Pogianus N. N.

Venimus in tuum cubiculum Julius (a) & ego, viſendi & ſalutandi tui cauſa, quo tempore rei divinæ te intereſſe, dicebant. quare, quoniam nobis apud amicum communem Romae (b) prandendum eſt, petimus a te, ut id nobis tua voluntate a b

(a) Julium Conſtantinium ſignificari puto: de quo vide vol.III. pag.446.& vol.IV. pag.66. & 80. Neque alium eſſe exiſtimo illum Julium, de quo Vincentius pater agit in quadam ad Robertum filium epiſtola (quam olim una cum paucis aliquot aliis apud card. Aloyſium Matthaeium vidi carptimque deſcripſi.) die 7.aug.an.1554.ex caſtris (apud Senas, ut opinor) data, his verbis: *Dell'andare a viſitare ſua ſantità governatevi ſecondo che parerà a voi & a meſs. Giulio, voſtro ſecretario.* quae non de *Julio* Pogiano dici, manifeſtum eſt. is enim Roberti non *ſecretarius*, ſed praeceptor fuit. duos autem Julios apud Robertum fuiſſe, ex aliis ejuſdem Vincentii ad eum litteris, die 7. maj. eodemque anno 1554. Florentia datis, didici, in quibus, *Tra pochi giorni*, inquit, *me n'anderò in Val di Chiana .... Frattanto non ho ſe non da ricordarvi, che ricompenſiate l'intermiſſione, che havete fatto delli ſtudii con qualche trattenimento virtuoſo & piacevole, & che vi moſtriate ſempre grato & con buon viſo alli ſervitori, ſecondo le loro qualità, preponendo ſempre all' altri il P. Ottavio* (Pantagato) *& li due meſs. Giulii, & meſs. Fabio.*

(b) Hic locus, in quo videbam, hominem, qui Romae eſſet, abeundi facultatem petere, quod ſibi *Romae prandendum*

Digitized by Google

luntate facere liceat : neque enim te a prandio morabimur . Ego undecima hora ſurrexi , ut ea ſcriberem , quae tibi , ſpero, maxime probabuntur . De tuo ſtudio non dubito . tuas quidem literas deſidero , quas elegantes fore , & opto & ſpero .

dendum eſſet , diu me atque incredibiliter torſit , antequam cogitavi , eos , qui tranſtyberinam urbis regionem incolunt , cum ad hanc citeriorem ſe conferunt , tum ſe *Romam conferre* hac etiam noſtra aetate dicere ſolitoa. Porro in tranſtyberina illa regione (quae tum *Burgus* tum *Urbs Leoniana* dicebatur, ac dicitur) Roberti aedes fuiſſe, docet Vincentii patris , quam legi, epiſtola , ad eum die 21.maj.1554. Caſtellione Arrentino data , in qua facultatem illi e *Burgenſi* domo , non admodum ſalubri , alio commigrandi facit . De Leoniana autem urbe haec ex Platina in Leonis IV. *Vita* habe : *Eorum* (Agarenorum , ſive Sarracenorum) *opera , qui vivi Romam perducti ſunt , uſus eſt Leo in reſtituendis eccleſiis , quas ipſi Agareni quondam diruerant & incenderant , & in extruendis moenibus, quibus Vaticanum cinxit , Leonianamque urbem de ſuo nomine appellavit : idque potiſſimum effecit , ut deinceps hoſtibus liceret eccleſiam beati Petri una vel levi incurſione ſpoliare & incendere , ut ante conſueverant .... Hanc autem urbem, primo pontificatus ſui anno* (*Chriſti* 848.) *inchoatam, demum ſexto abſolvit; eamque Corſis , quos Sorraceni ex inſula depulerant , incolendam dedit , aſſignatis viritim agris , unde viverent* . Pius vero IV. longo poſt intervallo , anno 1564. *Leonionam urbem* (ut ait Panvinius in ejuſdem Pii *Vita*), *quam Burgum vocant , craſſiſſimo muro laxavit* . Quae quidem Pii IV. recentior exaedificatio *Burgus novus* appellatur .

XIII.

Jul. Pogianus N. N.

PRudentia , mihi crede , in primis vitam hominum tuetur . Quorſum haec ? ut intelligas , fuiſſe tuas partes , hunc librum , cum primum habuiſti , deſcribendum curare . qui ſcis, ad decem annos fore , ut ſit hic liber ? pereunt impreſſi : vide in quo periculo verſetur praeſtantiſſimum monumentum , & ſcriptum , & unum fortaſſe , in quo tam multa ſunt , quae ad
a tuum officium maxime pertinent . quid igitur , ſi minime (*a*) decet , te tam diu indormire in reſtituendo libro , non jubes deſcribi ? vellem , quanti res eſſent , tanti eas aeſtimares . quod
b etiam de hominibus (*b*) a te intelligi cupio . quae vide ne ſero perſpicias .

XIV.

(*a*) Abeſt ab utroque exempl. vox *minime* , certe neceſſaria .

(*b*) Tacita diſcipuli objurgatio , atque admonitio, ut majorem doctoris ſui rationem habeat .

Digitized by Google

XIV.

Julius Pogianus N. N.

Librum, quem tibi Stella (*a*) legendum dedit, eum mihi concedas velim. audio enim, Sabellum (*b*) cardinalem totum perlegiſſe. quamobrem ejus videndi ſumma cupiditate teneor. dum tu ſomnum capis, ego illum lectione percurram. quaeſo a te, ut mihi hoc des: ne Stellae benignitate ſit utendum potius, quam tua. a b

(*a*) An Fabius, an Vincentius, Fabii pater? ad quos, brixianos cives, Paulli Manutii exſtant litterae libro ejus *Epiſtolarum* ſecundo. an potius Joannes Franciſcus? cujus meminit Paullus Sadoletus in quadam epiſtola, Carpentoracte die 4. jul. an. 1559. data, & inter editas ab Aldo Manutio Venetiis an. 1564. recenſita; tomo III. operis inſcripti: *Lettere volgari di diverſi nobiliſſimi huomini* pag. 179. De quo eodem Jo. Franciſco ſunt illa in Paulli IV. *Hiſtoria*, a Carolo Bromatio ſcripta, & Ravennae an. 1748. edita, lib. VIII. pag. 152. *Contro il Polo non ſolo militava l'operato da lui nella legazione di Trento, ma ancora la famigliarità di perſone ſoſpette, come di Ottonello Vida, Gianfranceſco Stella, Marcantonio Flaminio, Giacomo Bonfadio, ed altri belli ingegni.*

(*b*) Jacobus Sabellus, Romanus, die 28. oct. an. 1523. natus, a Paullo III. die 12. dec. an. 1539. cardinalis creatus fuerat. is Robertum noſtrum aliqua propinquitate attingebat. obiit deinde nonis dec. an. 1587. ejuſque corpus in templo farneſiano Societatis Jeſu, de qua optime meritus ſemper fuerat, ſepultum eſt. Vide Oldoinium apud Ciacconium.

XV.

Jul. Pogianus N. N.

Adeſt, qui me Baſilii Zanchii (*a*) & Guilelmi Sirleti (*b*) nomine accerſat, ut S. Apollinaris fanum (*c*) una cum illis viſam. tu, niſi opera mea uti vis, dabis mihi hanc cum viris a b c

(*a*) Hieronymus Ghilinius in ſuo *Teatro d'huomini letterati*, Venetiis anno 1647. edito, pag. 26. *Bergamo*, inquit, *città principale dello ſtato vinitiano, produſſe al mondo Baſilio Zanchi ſuo cittadino, chiariſſimo ſplendore della religione de' canonici regolari. queſti col ſuo fecondo e fertile ingegno atteſe con tanto affetto a ſtudiare la filoſofia e teologia, & anco a ricrearſi nelle dilettevoli e belle lettere, che in breve & in queſte & in quelle fece grandiſſima, anzi ſtraordinaria riuſcita ... Aſſaiſſimo li devono tutti i ſtudioſi, e devono anco in gran parte riconoſcere dal ſuo infaticabile intelletto la perfezione del fruttuoſo dizionario di Mario Galeſino, il quale fu aumentato e ridotto al termine, che hoggidì ſi vede, che ha per titolo:* Verborum latinorum ex variis auctoribus lib. I. *Vanno anco attorno con molta commendazione del ſuo nome queſte altre opere:* Dictionarium poëticum & epitheta veterum poëtarum;

viris doctiſſimis & optimis, eiſdemque mihi conjunctiſſimis, faciendi pii officii facultatem; & interea te iſto ludo oblectabis: niſi

tarum: De horto ſophiae libri duo carmine conſcripti: Adnotationes in divinos libros: Quaeſtiones in libros regum & paralipomenon: Poëmatum libri octo. *Il ſuo più che ordinario valore in tutte quaſi le ottime ſcienze li fece ottenere l'honoratiſſimo carico di cuſtode della libreria vaticana ... Paſſò da queſta all'altra vita con grandiſſima divozione verſo Dio e Maria vergine l'anno* 1560.

De Zanchii mortis anno conſentit cum Ghilinio Morerius: ſed uterque Latini Latinii litteris refellitur, ad Andream Maſium VII. id. jan. an. 1559. datis, in quibus, *Zanchius*, inquit, *noſter, in apoſtatarum tempeſtate gravi carceris dolore confectus, jampridem obiit*. Tempeſtas illa quae fuerit, docet Panvinius in Paulli IV. *Vita* his verbis: *Monaſticam ſeu religioſam vitam ſemel profeſſos, omnes ad monaſteria, unde quacunque de cauſa exierant, edicto ſuo* (Paulli IV. conſtitutio *Poſtquam divina bonitas* ſignificatur, data apud S. Petrum XIII. Kal. aug. an. 1558.) *redire, nulla admiſſa excuſatione, juſſit. id vero tanta adhibita ſeveritate fecit, ut non ita ſubito obtemperantes* (quos inter fuiſſe Baſilium hunc Zanchium, poſſumus credere), *veluti detrectantes imperium, ſatellitum cuſtodiis adhibitis, tota eccleſiaſtica ditione in vincula, & aliquot in triremes conjecit* (corr. conjecerit), *omnes vero, quotquot potuit, in monaſteria ſua redire coëgit* (corr. coëgerit). *Venetiae tum fuere miſeris, qui obtemperare ob varias cauſas non poterant, refugium*. Hactenus Panvinius: nec quidquam praeterea de *apoſtatarum* illa, quemadmodum Latinius loquitur, *tempeſtate* apud eum reperias, ut mirari ſubeat, eruditum ac diligentem hiſtoricum Bromatium lib. XI. *Hiſtor.* Paulli IV. num. 7. de illa ipſa hujus pontificis *contra apoſtatas* conſtitutione agentem, hanc adnotationem pag. 491. ſubjeciſſe: *Quì vedeſi, che a torto ſi accuſa dal Panvinio e dallo Spondano Paolo IV. di aver comandato agli apoſtati di tornar alla lor religione, e di non aver comandato ai lor ſuperiori di riceverli: come ſe per queſto i miſeri apoſtati foſſero coſtretti a fuggire pel mondo affin di ſchivare dopo la bolla i gaſtighi di Paolo*. Nihil tale a Panvinio, ſed ab uno Spondano proditum eſt, qui in *Annal. Eccl.* ad annum Chriſti, non 1558. ut debebat, ſed 1559. ita ſcripſit: *Qui varias ob cauſas edicto parere non poterant, id tutiſſimum perfugium Venetias elegerunt. ad quam civitatem triginta eorum millia confugiſſe dicuntur. quorum plerique deſperatione coacti in turcarum oras proficiſci, vel in Germaniam migrare ſtatuerant. nonnulli domorum parietibus incluſi rei exitum ac propinquum ſenis pontificis lethum praeſtolabantur: coenobiarchis, quod durum nimium videbatur, intra monaſteriorum ſepta homines hujuſmodi excipere abnuentibus, utpote qui ad id praeſtandum edicto non cogerentur*.

Idem Bromatius, Baſilii Zanchii calamitate commemorata, haec de Octavio Pacato, ſive Pantagatho, ſubdit: *Ottavio Pacato, che fuori della ſua religione* (de' Servi di Maria) *godeva i frutti di una commenda, ed aveva molto credito in Roma e fuori, ed era ſtato maeſtro del cardinale de' Nobili, ed aveva ſcritto aſſai ſu gli annali eccleſiaſtici, ſembra certamente, ch'egli pur ſoggiaceſſe a qualche ſequeſtro, almeno mite, forſe perchè men reo degli altri*. Sed re vera ne leviſſimae quidem poenae tum obnoxius Pantagathus fuit aut eſſe potuit, quem Paulli IV. conſtitutioni illi ſine recuſatione obtemperaſſe conſtat. atque ille quidem initio nulla ejuſmodi ſe lege teneri obligarive arbitra-

niſi id eſt & omni tempore te indignum, & tum praeſertim, cum Deo optimo maximo tuae vitae rationem reddere debes.

 non

bitratus fuerat, card. Jacobi Putei, juris pontificii conſultiſſimi, in ea re ſententiam atque auctoritatem ſequutus, teſte Latinio, qui ad Andream Maſium XI. Kal. ſept. an. 1558. ſcribens, *Pater*, inquit: *Octavius noſter jam aliquot dies non levi ſollicitudine laboravit, quonam tandem apoſtatarum cauſa ventura eſſet. nunc, publicato decreto contra illos, patroni mei, decreti illius verba diligentiſſime veriſſimeque interpretantis, auctoritate fretus, acquieſcit, ſibique licere omnino putat & extra ſodalium ſuorum contubernium vivere, & monaſterii, olim ſibi commendati, fructibus pro ſuo jure frui.* ſed poſtea, voluntate pontificis diligentius explorata penituſque perſpecta, neminem ex omni monachorum numero a clauſtris ſuis abeſſe patientis, confeſtim ad ſuos ſe ſodales recepit. *Edicente* (inquit Joannes Baptiſta Rufus in ejus *Vita*, Romae Vareſii typis an. 1657. vulgata pag. 19.) *Paulo quarto pontifice, ne amplius vagi & divisi agerent, qui legibus & inſtitutis initiati tenerentur, dicto parens, dimiſſa ſtatim libertate, ſepſit ſe clauſtro S. Mariae in Via, eoque* (fort. *eo*) *ſeceſſu adeo delectatus, nunquam ſatiatus, ut raro inde pedem extraxerit*. Neque vero illa, quae ex Latinii ad Maſium epiſtola, VII. id. jan. an. 1559. data, Bromatius profert, quidquam huic Rufi narrationi contrarium continent, *Pater Octavius ita eum caſum tulit, ut, praeter moleſtum illum tot ſcalarum adſcenſum, in libero, ſed anguſto ſublimique cubiculo nihil prorſus illi ademptum eſſe videatur*: non enim hoc ſignificare Latinius voluit, in *anguſtum ſublimeque cubiculum*, tamquam in carcerem, Octavium compulſum ac detruſum fuiſſe, ſed illud, Octavio, cum is ad ſuos ſodales, Paulli edicto propoſito, ſe recepiſſet, anguſtum quoddam in ſuperiore aedium contignatione cubiculum obtigiſſe, quo per multos ſcalarum gradus eſſet adſcenſus, eamque ipſam rem illi moleſtam accidiſſe. cujus quidem moleſtiae cauſam ex ipſius Latinii ad eumdem Maſium epiſtola, VII. id. nov. ejuſdem anni 1559. data diſcimus, in qua, *Pater*, inquit, *Octavius valet, ſicilienſique ſacerdotio apud ſodales ſuos etiamnum ſuſtinetur, homo jam gravis aetate, & vetere quoque cruris morbo impeditior*. Sacerdotium autem illud ſicilienſe Octavius ipſe, in ſuis ad Joannem Metellum litteris, Kal. febr. an. 1559. datis (quas inter *clarorum virorum epiſtolas*, Venetiis an. 1568. editas, pag. 123. reperies) *ab Eugenio IV. D. Mariae Jumoriorum, mazarienſis dioeceſis, abbatiae Gancii veteris, tanquam ab omni jure regio liberum, attributum fuiſſe* dicit: quod quidem cardinalis Joannis Salviati, apud quem diu vixerat, opera ac benignitate adeptus fuerat. Sed de Pantagatho nunc quidem ſatis: de quo plura qui velit, reliqua hujus operis volumina conſulat, quartum praeſertim pag. 358. & ſeqq. Nos ad Zanchium revertamur.

Zanchii caſum illum quam graviter Paullus Manutius tulerit, ejus epiſtola 18. libri IV. ad Laurentium Gambaram, Venetiis data, ipſo ſtatim initio declarat: *Baſilii*, inquit, *Zanchi, poëtae ſummi, hominis non vulgariter eruditi, miſerabilis & indigniſſimus interitus hilaritatem mihi prorſus omnem eripuit. quem enim donare ſummis praemiis ob excellentem virtutem, decorare honoribus ob ſingularem integritatem atque innocentiam aequum fuit, eum tam ignominioſe necatum, tam acerbe, tam crudeliter extinctum, quis non ferat indigniſſime?* Fuiſſe eum *poëtam ſummum*, facile Manutio aſſentietur quicumque hominis libros duos *de horto ſophiae*, ad Petrum Bembum heroi-

non poſſum ea ſilentio praeterire , quae & dignitati & ſaluti tuae maxime ſunt contraria . Sed jam abibo , ſi mihi per te lic uerit .

XVI.

heroicis verſibus ſcriptos, legerit, Romae apud Antonium Bladum aſulanum Kalendis ſeptembr. an. 1548. primum vulgatos : quibus libris aliud opus in ea editione praefixum eſt oratione ſoluta, ſic inſcriptum , *Baſilii Zanchi in* IIII. *Regum & Paralipomenon libros Quaeſtiones ad Hieronymum Saulium , archiepiſcopum Borienſem* : ad quem Saulium epiſtolae nuncupatoriae illa ſunt extrema , ex quibus totius operis ratio ſatis intelligi poteſt: *Haec autem omnia, quae mihi ad ſuſcepti operis propoſitum pertinere videbantur , ex Theodoreti , Cyrenſis epiſcopi, monimentis , verbis ad noſtram conſuetudinem aptis converſa ſunt , ita tamen , ut illum imitati potius quam interpretati ſimus . cui quidem viro , praeter excellentem in omni omnium bonarum doctrinarum genere cognitionem , in explicandis divinae philoſophiae libris inter authores graecos , ſecundum Johannem Chryſoſtomum (hunc enim ſemper excipio) primas (bona aliorum venia dixerim) deferendas puto .*

Quae de Baſilio Zanchio a Latino Latinio in ſuarum *epiſtolarum* ſecundo volumine , Viterbii edito an. 1667. prodita ſunt, ad Maſiumque aliis atque aliis temporibus perſcripta , ea in eruditorum gratiam collecta extremo hoc loco ſubjiciam . Pag 69. *Zanchi libros audio in Alfonſi Carafae, cardinalis neapolitani , poteſtatem illico perveniſſe .* Inter Zanchii libros fuerat etiam olim Targum (quae vox chaldaea *interpretationem* ſignificat) , auctore Jonatha , Uzielis filio : de quo libro non pauca inferius ex Latinio cognoſcentur . Pag. 96. *Sirletus valet utcunque , notaſque illas a librario adſcriptas* Hes. *Heſichium* , H. *Hieronymum ſignificare, reſpondit . quae tamen , non ex varietate vaticani codicis, ſed ex Baſilii Zanchi diligentia obſervata , librarius , ne quid praetermiſiſſe videretur , ex ſirletiano codice in meum transtulit.* Pag. 111. *Narravit mihi pridie Sirletus , eſſe apud card. Borromeum Jonatae quod vocant Targum , caldaicis litteris & verbis ab initio Joſue uſque ad calcem ſacrorum librorum ſcriptum . fuit is codex aliquando Aegidii cardinalis viterbienſis . eum tu fortaſſe numquam vidiſti . nam quinque primos Moiſi libros non magno labore multis in locis videre licuit . hos autem , id eſt , poſt illos , reliquos , non facile putat alibi reperiri Sirletus .* Pag. 113. *Targum Jonatae & tu melius divinaſti , quam mihi explicarat Sirletus , & non caldaicis verbis aut litteris , ſed latino ſermone loquitur .* Pag. 116. *Sirletus mihi rem de Jonatae Targum plane explicuit . Scito igitur , eum librum , latine verſum , a Joſue initium habere , atque inde , quos canonicos hebraei habent , omnes continere , praeter unum Danielem , qui caldaice ſcripſit . Is liber olim a Baſilio Zanco quingentis fere denariis emptus fuit : atque ex ea animi ſignificatione data Marcellus ſecundus tanti hominem aeſtimavit , cum adhuc cardinalis eſſet , ut vere litterarum cultorem , ſciendique cupidiſſimum unum omnium Baſilium judicarit .*

(*b*) De Guilhelmo Sirleto vide , ſi lubet , ſequentia hujus operis volumina , quartum praeſertim . hoc , quo ſcriptum hunc codicillum puto , tempore , nempe anno 1554. Romae Sirletus vivebat , & erudiendis Ricciardo & Herennio Cerviniis , Marcelli cardinalis fratris filiis , operam admodum privatus dabat .

(*c*) Hoc fanum agonali foro proximum eſt : feſtus autem S. Apollinaris dies in XXIII. Julii menſis incidit : quo ipſo die ſcriptus fortaſſe eſt hic codicillus .

XVI.

Jul. Pogianus N. N.

Epiſtola tua ad me lentum ſane negotium . quare belliſſimam eſſe oportet, cum eam ſex ipſos dies jam in manibus habeas, neque tamen adhuc confeceris. tu vide , ut, quod tardius fit, diligentius etiam factum eſſe appareat. niſi enim ita feceris , non tam iſtud judicio feciſſe (*a*) , quam aut negligentia aut inſcitia atque infantia commiſiſſe videbere .

(*a*) *fuiſſe* cod. vatic. e quo depromtus hic codicillus eſt. Ne autem poſthac id ipſum monere in aliis cogar , heic eorum omnium indicem exhibebo , quos , a Gratiano praeteritos, ex eo codice depromtos ſive jam protuli , ſive deinceps prolaturus ſum .

Antequam mihi
Cras ſenatum
Cum intelligerem
Dum epiſtolam
Ego etſi quid
Ego qui te
Ego vero non
Epiſtola tua
Eſt quiddam
Expecto tuas
Ex proximis
Haec ad te
Hic dies
Heri quod te
Legi commentarium
Mihi veſperi
Moleſtia tua
Nemo eſt
Niſi te
Niſi tuae
Non eſt
Non paſſum
Nunquam exiſtimaſſem
Praeclarae iſtius
Quae , malum ! eſt iſta latine
Quae , malum ! eſt iſta ratio
Quae me cauſa
Quam non eſt
Quam ſint inania
Quatuor omnino
Quod antea
Si quid ex me
Videar tibi.

XVII.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

Ego nihil te perditius (*b*) neque audivi neque vidi unquam . nihil enim eſt eodem te ad literarum ſtudia negligentius , nihil ad congreſſiones & ad (*c*) collocutiones ineptius . frigent apud

(*a*) Tria codicilli hujus exſtant exempla , unum in Gratiani , alterum ac tertium in vaticanae bibliothecae codice 3432. pagg. 236. & 270. b. quorum omnium non eadem eſt ubique lectio. nos primi illius codicis lectiones nota hac *Grat.* ſecundi hac *vat.* 1. tertii hac *vat.* 2. deſignabimus ; idemque in aliquot aliis , qui deinceps occurrent, facturi ſumus .

(*b*) Acriorem profecto , quam res ipſa & veritas pateretur , objurgationem , & heic & alibi , ad optimum hunc adoleſcentem , alumnum ſuum , Pogianus

non poſſum ea ſilentio praeterire, quae & dignitati & ſaluti tuae maxime ſunt contraria. Sed jam abibo, ſi mihi per te licuerit.

XVI.

heroicis verſibus ſcriptos, legerit, Romae apud Antonium Bladum aſulanum Kalendis ſeptembr. an. 1548. primum vulgatos: quibus libris aliud opus in ea editione praefixum eſt oratione ſoluta, ſic inſcriptum, *Baſilii Zanchi in IIII. Regum & Paralipomenon libros Quaeſtiones ad Hieronymum Saulium, archiepiſcopum Barienſem*: ad quem Saulium epiſtolae nuncupatoriae illa ſunt extrema, ex quibus totius operis ratio ſatis intelligi poteſt: *Haec autem omnia, quae mihi ad ſuſcepti operis propoſitum pertinere videbantur, ex Theodoreti, Cyrenſis epiſcopi, monimentis, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis converſa ſunt, ita tamen, ut illum imitati potius quam interpretati ſimus. cui quidem viro, praeter excellentem in omni omnium bonarum doctrinarum genere cognitionem, in explicandis divinae philoſophiae libris inter authores graecos, ſecundum Johannem Chryſoſtomum (hunc enim ſemper excipio) primas (bona aliorum venia dixerim) deferendas puto.*

Quae de Baſilio Zanchio a Latino Latinio in ſuarum *epiſtolarum* ſecundo volumine, Viterbii edito an. 1667. prodita ſunt, ad Maſiumque aliis atque aliis temporibus perſcripta, ea in eruditorum gratiam collecta extremo hoc loco ſubjiciam. Pag 69. *Zanchi libros audio in Alfonſi Carafae, cardinalis neapolitani, poteſtatem illico perveniſſe.* Inter Zanchii libros fuerat etiam olim Targum (quae vox chaldaea *interpretationem* ſignificat), auctore Jonatha, Uzielis filio: de quo libro non pauca inferius ex Latinio cognoſcentur. Pag. 96. *Sirletus valet utcunque, notaſque illas a librario adſcriptas* Hes. *Heſichium*, H. *Hieronymum ſignificare, reſpondit. quae tamen, non ex varietate vaticani codicis, ſed ex Baſilii Zanchi diligentia obſervata, librarius, ut quid praetermiſiſſe videretur, ex ſirletiano codice in meum tranſtulit.* Pag. 111. *Narravit mihi pridie Sirletus, eſſe apud card. Borromeum Jonatae quod vocant Targum, caldaicis litteris & verbis ab initio Joſue uſque ad calcem ſacrorum librorum ſcriptum. fuit is codex aliquando Aegidii cardinalis viterbienſis. eum tu fortaſſe numquam vidiſti. nam quinque primos Moiſi libros non magno labore multis in locis videre licuit. hos autem, id eſt, poſt illos, reliquos, non facile putat alibi reperiri Sirletus.* Pag. 113. *Targum Jonatae & tu melius divinoſti, quam mihi explicarat Sirletus, & non caldaicis verbis aut litteris, ſed latino ſermone loquitur.* Pag. 116. *Sirletus mihi rem de Jonatae Targum plane explicuit. Scito igitur, eum librum, latine verſum, a Joſue initium habere, atque inde, quos canonicos hebraei habent, omnes continere, praeter unum Danielem, qui caldaice ſcripſit. Is liber olim a Baſilio Zancho quingentis fere denariis emptus fuit: atque ex eo animi ſignificatione data Marcellus ſecundus tanti hominem aeſtimavit, cum adhuc cardinalis eſſet, ut veri litterarum cultorem, ſciendique cupidiſſimum unum omnium Baſilium judicarit.*

(*b*) De Guilhelmo Sirleto vide, ſi lubet, ſequentia hujus operis volumina, quartum praeſertim. hoc, quo ſcriptum hunc codicillum puto, tempore, nempe anno 1554. Romae Sirletus vivebat, & erudiendis Ricciardo & Herennio Cerviniis, Marcelli cardinalis fratris filiis, operam admodum privatus dabat.

(*c*) Hoc fanum agonali foro proximum eſt: feſtus autem S. Apollinaris dies in XXIII. Julii menſis incidit: quo ipſo die ſcriptus fortaſſe eſt hic codicillus.

Digitized by Google

XVI.
Jul. Pogianus N. N.

EPiſtola tua ad me lentum ſane negotium. quare belliſſimam eſſe oportet, cum eam ſex ipſos dies jam in manibus habeas, neque tamen adhuc confeceris. tu vide, ut, quod tardius fit, diligentius etiam factum eſſe appareat. niſi enim ita feceris, non tam iſtud judicio feciſſe (a), quam aut negligentia a
aut inſcitia atque infantia commiſiſſe videbere.

(a) *fuiſſe* cod. vatic. e quo depromtus hic codicillus eſt. Ne autem poſthac id ipſum monere in aliis cogar, heic eorum omnium indicem exhibebo, quos, a Gratiano praeteritos, ex eo codice depromtos ſive jam protuli, ſive deinceps prolaturus ſum.

Antequam mihi
Cras ſenatum
Cum intelligerem
Dum epiſtolam
Ego etſi quid
Ego qui te
Ego vero non
Epiſtola tua
Eſt quiddam
Expecto tuas
Ex proximis
Haec ad te
Hic dies
Heri quod te
Legi commentarium
Mihi veſperi
Moleſtia tua
Nemo eſt
Niſi te
Niſi tuae
Non eſt
Non poſſum
Nunquam exiſtimaſſem
Praeclarae iſtius
Quae, malum! eſt iſta latine
Quae, malum! eſt iſta ratio
Quae me cauſa
Quam non eſt
Quam ſint inania
Quatuor omnino
Quod antea
Si quid ex me
Videor tibi.

XVII.
Jul. Pogianus N. N. (a) a

EGO nihil te perditius (b) neque audivi neque vidi unquam. b
nihil enim eſt eodem te ad literarum ſtudia negligentius, nihil ad congreſſiones & ad (c) collocutiones ineptius. frigent c
apud

(a) Tria codicilli hujus extant exempla, unum in Gratiani, alterum ac tertium in vaticanae bibliothecae codice 3432. pagg. 236. & 270. b. quorum omnium non eadem eſt ubique lectio. nos primi illius codicis lectiones nota hac *Grat.* ſecundi hac *vat.* 1. tertii hac *vat.* 2. deſignabimus; idemque in aliquot aliis, qui deinceps occurrent, facturi ſumus.

(b) Acriorem profecto, quam res ipſa & veritas pateretur, objurgationem, & heic & alibi, ad optimum hunc adoleſcentem, alumnum ſuum, Pogianus

d apud te literarum ſtudia, flagrant ludi (*d*), &, qui jam annum
tantum abeſt ut quicquam profeceris in literis, ut multum etiam
e f g dedidiceris (*e*), nunc totos (*f*) dies turpi (*g*) iſta luſione conſu-
h mis (*h*). qua in re, praeterquam quod ludendi cupiditate videris
i k incenſus (quo nihil poteſt ingenuo & liberaliter educato (*i*), ne (*k*)
l m dicam cardinale (*l*), alienius videri), das etiam omnibus (*m*) &
n colluſoribus (*n*) tuis & ludi ſpectatoribus permulta ſigna avari-
o tiae, ut (*o*) ſtupeant omnes. eo ne reciderunt paternae admo-
p nitiones, praecepta (*p*) & cohortationes meae, tot doctorum &
q r bonorum de te judicia (*q*), pontificis (*r*) maximi in te adornando
beneficium, ut is eſſe velis, in quo magnum dedecus futurum
ſit tuis omnibus? vix me contineo, quin exclamem in medio
foro: tanto afficior dolore ex tua iſta importunitate morum.
ita ne vero? ita me pudet & miſeret tui, ut pudore & miſeri-
cordia lacrymas tenere non poſſim. & mihi crede, cui nun-
ſ quam credidiſti, delata ſunt quaedam, ut mane audivi, ad (*ſ*)
cardi-

nus adhibuit: cujus tamen conſilii ſui rationem in iis litteris, quas continuo poſt has exhibebimus, & in aliquot aliis, ingenue ac diligenter expoſuit. de quibus litteris ſemper cogitare ad eaſque recurrere lectores velim, quotieſcumque in ſimilem orationis acerbitatem ac prope intemperantiam inciderint. mihi quidem eo illuſtrior atque ſpectatior Roberti Nobilii indoles ac virtus videtur fuiſſe, quo majorem objurgandi ſui Pogiano licentiam dabat, ac diutius ſub tam ſeveri durique monitoria diſciplina perſtitit; a qua ſe ſubducere illi, qui & patre amantiſſimo indulgentiſſimoque uteretur, & cardinalis eſſet, facillimum factu fuiſſet. neque vero Pogianus ipſe, niſi diſcipuli ſui modeſtiam ac bonitatem cognitam ac plane perſpectam habuiſſet, non ſibi ab hujuſmodi odioſae orationis genere abſtinendum putaſſet.

(*c*) Omitt. vat. 1.

(*d*) Non rectus pluralis, ſed patrius ſingularis numeri caſus hic eſt, cum *ſtudia* conjungendus, & pro *ludendi* ſive *luſionis* ponitur. in vat. 2. eſt *ludum*: ex quo fortaſſe *ludorum* fieri poſſit.

(*e*) *dedieeris* vat. 1.

(*ſ*) *tot.* id.

(*g*) *in turpi* vat. 2.

(*h*) Confer Pogiani haec, & concilia, ſi potes, cum Narii illis in Nobilii *Vita* pag. 9. *Non fu mai poſſibile indurlo a giuocare* (fort. *giuoco*) *di ſorte alcuna; allegando, che chi giuoca, ſempre perde, perdendo, ſe non altro, il tempo, che più non ſi acquiſta*. Gravius ab hiſtorico, Nobilium numquam luſiſſe prodente, quam a Nobilio ludente peccatum exiſtimo; Pogianum vero, ſi quid peccavit, in eo peccaſſe, quod, ut alumnum ſuum a ludendo, inſigni ejus rei deformitate propoſita, deterreret, ludendi ſtudium multo majus, quam quantum re vera in illo adoleſcente fuerit, verbis ſuis fecerit.

(*i*) *educato* * *alienius* &c. Grat.

(*k*) Omitt. ad *alienius* vat. 2.

(*l*) *cardinali* vat. 1.

(*m*) *pro omnibus* vat. 2.

(*n*) *colluſionibus* vat. 1.

(*o*) & id.

(*p*) & *praecepta* Grat. & vat. 1. Omitt. ad *meae* vat. 2.

(*q*) *judicia* * *ut* &c. Grat.

(*r*) Omitt. ad *ut is* vat. 2.

(*s*) *ad* * *de* &c. Grat. *ad de* &c. vat. 1. *ipſe ad deferet. milliies mori mallem quam haec. ſed* &c. vat. 2

Digitized by Google

cardinalem Montium (*t*) de te, quae (*u*) ipſe ad (*x*) pontificem (*y*) deferet (*z*). ſed (*aa*) millies mori malim, quam haec audire. quam vellem nunquam apud te docuiſſe! ſed cras apud te & alteram teſtatam relinquam officii mei rationem. *t u x y z aa*

(*t*) Innocentium intellige, a Balduino Montio, Julii III. fratre, in filii locum jure adoptionis adſcitum. cardinalem Julius crearat pridie Kal. jun. an. 1550. & immenſis opibus auxerat. de eo vide Ciacconium, & hujus noſtri operis volumen III. pag. 354.

(*u*) *quem* vat. 2.

(*x*) *ad * deferet &c.* Grat.

(*y*) Omitt. vat. 2. (*z*) *defert* vat. 1.

(*aa*) *ſed nequeo prae dolore audire &c.* Grat. & vat. 1. *millies mori malim quam haec. ſed nequeo prae dolore audire &c.* vat. 2. Ex utraque lectione tertiam quamdam, fortaſſe veram, certe non incommodam, conflavi.

XVIII.

Jul. Pogianus N. N.

SI in mediocri ſtatu ſermonis & praedicationis res tuas eſſe intelligerem, ſi non omnia eximia & praeter aliorum conſuetudinem a te poſtulari audirem, ſi non omnino te ſummam doctrinae & eloquentiae expectationem ſuſtinere animadverterem, *facile paterer*, interdum te (*a*) in ſtudendo latineque ſcribendo negligentiorem eſſe. ſed, cum iſta omnium aetatum, generum atque ordinum ſermone celebrentur, quoties te ad ſtudendum aut ad ſcribendum ſegniorem eſſe video, non poſſum ſegnitiem lente ullo modo ferre. hinc clamores nonnunquam efficio, furenter iraſcor, acerbiora mihi verba imprudenti excidunt, &, quod neſcio quomodo videor te & doctum & eloquentem praeſtare debere, efferor iracundia. quae ſi tu pro tua prudentia, longe majori, quam iſta aetas ferre poſſe videatur, recte cogitare volueris, non modo mihi non ſuccenſendum, ſed gratiam etiam habendam exiſtimabis. ego unum opto & vehementer cupio, ut hominum praeclaro de te judicio *reſpondeas*. quod ſi aſſequor, nihil praeterea requiro. ut autem id poſſis efficere, omnem meam operam & diligentiam tibi praeſtabo. *a*

(*a*) Omitt. exempl. Ego neceſſario addendum putavi.

XIX.

Jul. Pogianus N. N.

LIteras *meas*, quas ad te nudiuſtertius dederam, mihique redditas, ut ad eas reſponderes, tibi iterum veſperi attuleram. a te remiſſas mihi, valde mirarer, ſi ſcribendi conſuetudinem

dinem tibi gratam eſſe, unquam cognoviſſem. ſed, cum a me nihil praetermiſſum ſit, quod te ad latine tum ſcribendum tum loquendum paratum & inſtructum omnino reddere poſſet, a te vero nihil adhibitum, quo utriuſque rationis cupidus eſſe videreris, non equidem miror, ſi & meas literas modo rejeciſti, & orationem antea contempſiſti. qua in re cum illud praeſtitero, ut ſingularem meam in te diligentiam & obſervantiam nemo deſiderare poſſit, efficiam quoque, ne, fines eos praetergreſſus, qui mihi a ratione circumſcripti ſunt, cuiquam aliquando inſanire videar (*a*).

(*a*) Hoc ſignificare ac tacite comminari Pogianus videtur (quod facit etiam alibi apertius), ſe, niſi majorem ſui ſuaeque inſtitutionis rationem Robertus duxerit, ab eo amplius inſtituendo omnino deſtiturum.

XX.

Jul. Pogianus N. N.

Dionyſium Athanaſium (*a*), doctum & probum virum, tui vero obſervantiſſimum, cardinali Sfortiae (*b*) velim ita commendes, ut, quod ipſe Dionyſius maxime cupit, per eum conſe-

(*a*) *Cale* (inquit Phil. Ferrarius in ſuo *Lexico geograph.*) *etiam Anton. poſtea Callium in lib. Conc.* Cagli, *urbs Umbriae ad Candianum* (al. *Cantianum*) *fluv.* (ubi recipit Boaſim, ad radices Apennini) *in duc. urbinate, inter Urbinum ad bor. & Eugubium ad merid. 15. mill. paſs. non vicina Anconae, ut ſcribit Ortel. a qua ſupra 50. mill. paſſ. diſtat, epiſc. ſub archiep. urbinate.* Hanc ipſam urbem Dionyſii Athanaſii patriam fuiſſe, videtur ipſemet ſatis indicare in ſuis ad Athanaſium Monaldum fratrem litteris die 20. mart. an. 1557. Callium Roma datis: in quibus, *Io*, inquit, *per la mia lunga lontananza, ho perduto delle coſe di Cagli quaſi ogni notitia*. In quibus iiſdem litteris haud obſcura athanaſiae gentis nobilitatis indicia reperies. exſtant autem eae litterae cum aliis Athanaſii multis in volumine III. operis inſcripti *Lettere volgari di diverſi nobiliſſimi huomini &c.* edit. venet. an. 1564. ex quarum particulis, quas deinceps afferemus, nonnulla, quae inſignora viſa ſunt, ad eum pertinentia, ejus ipſius verbis ſane cognoſcantur. Ad Conſtantinum Brancaleonem die 21. ſeptembr. 1555. *L'avvertimento mio intorno al ſuo bel ſonetto fu più toſto per compiacere al Carga, che me ne richieſe con molta inſtantia, che perchè io lo giudicaſſi buono o degno di venire in conſideratione di così dotti & eccellenti huomini, come ſon quelli de la voſtra nobiliſſima academia. che oro ſia ſtato tanto approvato da' cenſori di quella, di ciò ho io più obligo al loro benigno giuditio, che al mio: & prego V.S. che ſia contenta d'offerirmi & di donarmi a loro & a ſe & a gli altri academici tutti per amico & per ſervitore: che tale voglio & debbo eſſere, così per la loro virtù, come per l'amore che hanno al Carga, & per la oſſervanza verſo il Sig. Caro: l'apologia del quale, tanto da loro & da tutto il mondo deſiderata, piacendo a Dio verrà pure quando che ſia in luce, non ſenza farne loro la debita parte*

conſequatur . hoc mihi gratius facere nihil potes . de quo etiam

parte innanzi a tutti gli altri . Ad Jacobum Cincium : *La fortuna può bene fare , come fa , de le ſue , in tenermi di continuo tormentato hora con febri, hora con vertigini , & hora con queſte & con quelle , & con mille altri canchéri appreſſo : ma non può già , nè , fin che havrò vita , potrà far mai , ch' io non tenga fiſſi nel cuore i miei corteſi amici & ſignori : che , non eſſendomi alcuna altra conſolatione rimaſa , che la dolce memoria de l'amore , che mi portano per loro gratia & bontà , il quale io metto in contrappeſo a tutte le male venture mie , mi guarderò bene , che per niuno accidente non mi ſia tolta . . . Salutate per mia parte i ſignori voſtri fratelli, & tutti coteſti gentilhuomini, miei ſignori, & particolarmente meſſer Pompilio Peraſchi , ancora che non mi ſi moſtri amorevole , come ſuole . Di coſa .* Ad Antonium Gallium die 26. oct. 1557. Callio : *Ella non contenta de le antiche dimoſtrationi nè de le nuove fattene per ſue lettere ad Atanagio mio fratello , & al noſtro meſſer Bernardin Pini , ha voluto ancora moſtrarlo più chiaramente ne la ſua lettera . . . A monſig. il veſcovo di Urbino , mio padrone , ho fatto le raccomandationi di V. S. le quali gli ſono accettiſſime , come di ſuo honoratiſſimo amico : & m' ha commeſſo , ch' io glie le renda duplicate in ſuo nome . Holle fatte ancora al gentiliſſimo Pino .* Ad Ludovicum Senſium Callio (ſort. februar. an. 1558.) : *Io non ho coſa in queſto mondo , ch' io poſſa più ſicuramente opporre a la nemica fortuna , & mettere in contrappeſo di tante avverſità , che ancora non ceſſano d' aggravarmi , ſe non l'amicitia di molti huomini per virtù eccellenti & per fama chiariſſimi . . . & perchè l'amicitia , che ho con V. S. come è di quelle , che mi honorano , così è de le più antiche & de le più ſtrette (tanto che una volta ne' noſtri anni più giovani , come vi potete ben ricordare , vi moſſe , ſiccome ancora moſſe il Guidalotto , buona memoria , quello ch' io haveva con lui , a voler di tutti i denari , che ambedue per diverſe vie potevate mettere inſieme , che non erano piccola ſomma , fare una borſa , & me , che poco o niente poteva contribuire , far terzo padron di quella , per andar tutti & tre inſieme per lo mondo pellegrinando) io deſiderava nel ritorno , ch' io feci due meſi ſono da Roma a la patria , paſſar da Perugia , per riveder V. S. con tanti altri communi amici . . . Ma quella perverſa , che 25. anni continui m' ha tenuto in Roma afflitto & tribolato , & a la fine coſtretto di ritornarmene a caſa vecchio , povero & infermo , quella medeſima m' ha impedito la conſolatione di queſto mio giuſtiſſimo deſiderio ; percioche , havendomi ella con diverſe malatie tolto le forze del poter cavalcare , m' è convenuto venir ne le ceſte , & far la ſtrada , che è piaciuta a' mulattieri . . . Signor mio , di molte coſe , che , oltre ad ogni mio credere , ho trovato in queſti noſtri monti , le quali mi rendono meno amara & ſpiacevole l'acerbità , ch' io ſento de la lontananza di Roma & di tanti amici & padroni , ch' io v' ho laſciato , niuna m' è ſtata , che più m' habbia dilettato & diletti , che l'amicitia fatta con alcuni galanti huomini ; tra' quali uno de' primi è ſtato M. Claudio Seiri da Caſteldurante , che pochi giorni ſono ſe ne ritornò a Perugia per dar fine a' ſuoi ſtudi . . . Et perchè intendo , ch' egli è ſcolare de la Sapienza nuova , de la quale V. S. è priore , non ho voluto mancare di far con lei queſta mentione . Mi tenga la gratia ſua & in quella del reverendo M. Mariotto Paolucci , & de' miei ſignori Meniconi .* Ad urbinatium ducem (Guidonem Ubaldum Roboreum) die 26. dec. 1557. *Ancora che il freddo , nimiciſſimo de' corpi magri & mal ſani , come il mio è , mi ſpaventaſſe dal metter mi in viaggio a queſti tempi , nondimeno , inteſo per la ſua lettera la volontà de*

Dionyſio tantum tibi polliceor , tuam in doctos & bonos pro hac

l'eccellenza voſtra , mi diſpoſi a doverla mandare ad eſſecutione ... Dato dunque , ch'io habbia alcun ordine neceſſario a le coſe mie quì , che ſarà fra due o tre dì al più , monterò a cavallo , & verrommene di boniſſima voglia per eſſeguire quanto a l'eccellenza voſtra piacerà comandarmi , così intorno al poema di M. Bernardo Taſſo , come in qual ſi voglia altra coſa , dove io ſia atto in alcun modo a ſervirla : pur che Iddio mi faccia gratia , ch'io ſtia ſano , & che nel reſto io non rieſca in tutto diverſo da quello , che il ſignor Cappello & il ſignor Taſſo me le hanno per loro corteſia figurato & dipinto . Ad Guidonem Guidarellium Callio : *Che coſa non può la corteſia ? voi , meſſer Guido mio , m'havete così ben ſaputo pigliar con eſſa , che , ancora che io ſia per ordine de l'illuſtriſſimo ſignor duca occupato ne la reviſion de l'opera del ſignor Taſſo , quanto ſapete , & involto ne le liti , quanto non ſapete , & non potreſte imaginar mai , nondimeno l'obliga , che io v'ho , m'ha coſtretto a dover furarmi ad ogni altro affare , per por la mano ne' quattro ſonetti de l'amico voſtro ; gli quali ho veduti & conſiderati , & fattoni ſu alcuni avvertimenti , & due ancora riformatine , il meglio che s'è potuto . gli altri due , parendomi , che male ſi poteſſero ridurre ad alcuna laudabil forma , ſenza torgli in tutto da la loro prima idea , per non eſſere i concetti , quantunque belli , veſtiti con quella leggiadria & dignità , che a buon poema ſi richiede , io gli ho laſciati ne l'eſſer loro ſenza toccarli : havendo notato in eſſi ſolamente alcune coſette , pertinenti a la lingua .* Ad Joannem Cargam die 26. aug. 1559. Venetiis : *Egli è il vero , ſignor Carga mio , come voi ricordate , che a l'tre volte io fui a Macerata con la felice & immortal memoria di monſignor Giovanni Guidiccioni , veſcovo di Foſſombrone , quando dal buon papa Paolo terzo egli fu mandato generale governatore de la Marca , che fu nel 1541. ove in pochi dì , in quella città ſteſſa , morì per mia grandiſſima infelicità : perchè dapoi io non ho mai havuto un ſol giorno di bene .* Ad Gabrielem Faërnum die 6. jan. 1560. Venetiis : *Se a la felice novella de la creatione a ſommo pontefice del reverendiſſimo cardinal de' Medici , padron di V.S. io non rompeſſi tutti quei legami , che due anni continui , tenendomi annodata la lingua , m'hanno fatto parer mutolo con eſſo lei , non ſolamente non crederei di non meritar più alcuna ſcuſa di così lungo ſilentio , ma di dichiararmi da me ſteſſo ingrato , & di rendermi del tutto indegno de l'amor ſuo . Mi rallegro adunque con V.S. & ringratio Dio benedetto con tutto il cuore de la gratia che ci ha fatto , concedendoci un papa di quella ſomma bontà , prudentia , giuſtitia , clementia , & carità , che in queſti travaglioſiſſimi & malvagi tempi era più neceſſaria & deſiderato , che creduto & ſperato ... Me ne rallegro adunque , & ringratio S.D. Maeſtà , oltre a l'intereſſe publico di tutti , per lo particolare ancora di tanti miei ſignori & padroni ; de' quali V.S. ſa bene , che meritamente tiene uno de' primi luoghi , per li molti & gran beneficii , che con tanta amorevolezza & corteſia mi fece & procurò , etiandio da ſua beatitudine , ne le mie ſciagure di Roma : de' quali ho la memoria così freſca & riplena , che mi par . che pur hieri gli riceveſſi : di che poſſono fare veriſſimo teſtimonio M. Pompeo Pace , M. Paolo Manutio , M. Carlo Sigone , & molti altri gentilhuomini , & chiari ingegni , co' quali più volte mi è occorſo di ragionarne .*

Videtur etiam Dionyſius hic Athanaſius aliquam imbuendae latinis litteris Roberti noſtri Nobilii pueritiae operam impendiſſe . eum enim ſignificari puto in epiſtola Petri Victorii tertia libri III. ad eumdem Robertum Florentia Anconam data , in qua illa ſunt:

Vale ;

Digitized by Google

hac in eundem benignitatem (c) ab eo in primis praedicatum iri apud omnes. c

Vale, & opera mea, ſiqua in re tibi utilis eſſe poteſt, arbitrio tuo utere: Dionyſiumque tuum, probum & eruditum, ut video, virum, ac ſemper cognovi, ſaluta. quomodo enim non praeclare ſentire de doctrina ipſius & officio meo debeo, cum, praeter alia documenta, quae hujus rei habeo, tam egregie diſcipulum inſtruxerit, & hac, quae in tuis litteris perſpicitur, facultate latinae ſcribendi exornarit? quod vero eumdem mei cupidum eſſe narras, non miror: facit enim ille, ut ſolet. gaudeo tamen immortaliter. nulla enim res me tantopere oblectat, quantopere audire, rationem ſtudiorum meorum doctis ac prudentibus hominibus probari; gratoque animo ab illis accipi incommoda, quae ſuſtineo in eorum laboribus minuendis, & elegantioribus litteris excolendis.

(b) Omnino Guido Aſcanius Sfortia cardinalis intelligendus eſt; de quo vide epiſt. I. *Cum omnium*. In cod. vatic. p. 235. b. legitur *card. Sforciae affini tuo*.

(c) Locus fortaſſe corruptus.

XXI.

Jul. Pogianus N. N.

Nihil propius eſt, quam ut in domum veterem (a) remigremus: &, ut caeteri omnes habeant, ubi commode habitent, ego ſolus, qui te doceo, cui animus tuus excolendus eſt commiſſus & traditus, non habeo. quae ſit iſtorum hominum ratio, qui rem domeſticam adminiſtrant, non equidem intelligo. illud certe ſcio, eos tui, ut de me taceam, rationem non habere. quomodo enim animo perturbato, quo equidem ſum, ut non poſſim (b) magis, tibi operam dare potero? ſed id illis curae non eſt. me miſerum! ſed finem faciam.

(a) In Vincentii patris ad Robertum noſtrum litteris die 21. maj. 1554. datis (de quibus ad epiſt. XII. pag. 24. diximus) facultas illi datur ex *tranſtyberina*, parum ſalubri, quam tum incolebat, domo, in aliam, quamcumque optaſſet, cum domeſticis ſuis ac familiaribus demigrandi. id factum fortaſſe fuit, & Pogiano nova in domo cubiculum minus commodum aptumque attributum eſt: quae res illi deſiderium in veterem remigrandi videtur commoviſſe.

(b) *poſſem* exempl. ſed alterum putavi eſſe a Pogiano, hoc a librario.

XXII.

Jul. Pogianus N. N.

Conſtitui juri civili operam dare. cum enim tu me ad id ſtudium ac munus maxime & natum & aptum eſſe dixiſti, tum, ut id ipſum faciam, hujus cubiculi, quod mihi ad ſum-

mam quietem datum eſt, opportuuitate vehementer adducor. cauſae enim forenſes pertinacium concertationum plenae ac refertae ſunt. quamobrem fortem & experientem hominem requirunt, & omnino eum, qui concitatae multitudiuis clamores ſtrepituſque contemnat. ad hanc naturam meam, ei rei accommodatam, maximam exercitatio vim afferet. nam, ſi legimus, Demoſthenem propter neſcio quam naturalem timiditatem (*a*) ad fluctum declamare ſolitum eſſe, ut fremitum voce vincere aſſueſceret, idque homini plurimum profuiſſe: quantum mihi, ſatis quidem audaci, hunc locum credis profuturum, qui non ſolum ſuperi aut inferi maris, ſed oceani inſtar eſt? habebis igitur brevi valentiſſimum cauſidicum, & quidem, qui melius aliis, quam ſibi, cavere poſſit, quippe qui poſſeſſionem ſuam per interdictum (*b*) non repetat. ſed, extra jocum: ego noctem clamorum & fremitus pleniſſimam habui.

(*a*) Non *propter timiditatem*, ſed propter ſpiritus anguſtiam, vociſque exilitatem, quibus incommodis mederi volebat, ſe ad fluctum exercere Demoſthenes ſolitus erat. de quo Cicero lib. 1. *de Orat.* c. 261. *Cum ſpiritus ejus eſſet anguſtior, tantum continenda anima in dicendo eſt aſſequutus, ut una continuatione verborum (id quod ejus ſcripta declarant) binae ei contentiones vocis & remiſſiones continerentur. qui etiam (ut memoriae proditum eſt) conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronunciare conſueſcebat, neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque adſcenſu ingrediens arduo.* Et lib. V. *de Fin.* c. 5. *Quo in loco* (in Phalerico) *ad fluctum ajunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret voce vincere.*

(*b*) Decreta praetoris, quibus, praeſertim in poſſeſſionum controverſiis, aliquid is fieri jubet aut vetat, *interdicta* vocantur.

X X I I I.

Jul. Pogianus N. N.

SI tibi nulla re deſum, neque quicquam eſt, quod ad officium in te inſtituendo meum pertineat, quod a me poſſis requirere, patere etiam, tum cum nulli tibi ſum uſui, me eam fidem, quam cardinali Cervino dedi, praeſertim tanto viro, liberare: atque illud cum animo tuo aliquando cogita, illud ipſum, quamobrem me accerſi jubes, neque tibi honori, & mihi magno eſſe dedecori.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV.

Jul. Pogianus N. N.

VArie me affecerunt heſternae tuae literae. quod enim te & graecis & latinis literis, in primiſque Ciceroni diligenter operam dare confirmas, vehementer laetor. ſpero enim fore, ſi ita feceris, ut brevi tantum in utraque lingua proficias, ut ea ex animis fere omnium evellatur opinio, quae ſane magna eſt, te jam annum fruſtra in ſtudio literarum conſumpſiſſe. quod vero in tua hac ad me epiſtola tam multa a Cicerone verba, tamque multas ſententias (ut leviſſime dicam) mutuatus ſis, vereor, ne parum latine ſcribendo proficias. nam, ſi inde omnia ſumpſeris, quid tu auditione, cogitatione & plane ſtudio aſſequaris, non equidem intelligo. itaque magnum mihi attulit dolorem veſpertina tua epiſtola, quam totidem verbis ex quadam Ciceronis ad Atticum translatam eſſe cognovi. cave igitur in poſterum ne quicquam ejuſmodi committas; contraque da operam, ut ciceroniana verba ad tuam ſententiam accommodes, non ut cogitata tua illius verbis inſerviant. quod *facile aſſequéris*, *ſi ſaepiſſime* illum ſcriptorem legeris, & ejus *imitationem* ad eam normam regulamque direxeris, quae tibi a me ſaepius & ſcribendo & loquendo propoſita eſt. Expecto tuas literas, in quibus aliquod ingenii & doctrinae lumen elucere cupio.

XXV.

Jul. Pogianus N. N.

SI meum amorem & ſummam in te erudiendo diligentiam tanti feciſſes, quanti vel debuiſti, vel te facere adhuc belle ſimulaſti, nunquam commiſiſſes, ut meas literas, & amoris & diligentiae teſtes, conſcinderes. ſed profecto mihi gratiam non habuiſti. quare non erit mirandum, ſi te poenitebit. ego interea fortunam meam lugebo, qui ab eo, qui mihi omnia debet, improbiſſime tracter.

XXVI.

Jul. Pogianus N. N.

SI, quoties ad te ſcribo, toties uſitato aliquo literarum genere uti voluero, omnia triduo facile conteram. tria enim, id quod optime intelligis, ſunt genera epiſtolarum

a rum (*a*); ut, ſi his ſcribendi finibus concludi me paſſus fuero, nihil jam reliquum ſit, quod ad te ſcribam. ſed profecto me tu his legibus ſolves, cui & facultas adeſt, & voluntas non abeſt. non enim a me ejus generis literas expectare te arbitror, quibus de iis, quae ſcire aveas, certior fieri velis. nam non modo in eadem urbe ſumus, ſed ejuſdem etiam domus parietibus continemur. de ſeveris & gravibus rebus ut nihil ad te ſcribam, adducor & tua ipſius aetate, & otioſa iſta vivendi ratione, quibus nihil ejuſmodi convenire videatur. reliquum eſſet, ut jocoſas darem literas; quibus certe delectareris ipſe. at eas neque tempori conſentaneas, neque perſonae meae accommodatas exiſtimo. haec ſunt fere argumenta literarum: quibus tamen permulta alia poſſem adjicere, quae tribus illis generibus continentur. ſed neque tibi neque mihi ad ſcribendum ſunt neceſſaria. una nimirum reſtat epiſtolarum ratio, quae vereor ne mihi perpetuo ſit adhibenda, ut te cohorter ad ſtudia literarum. haec, ut video,
b ne Metonis quidem anno (*b*) conteretur. ago igitur tibi gratias immortales, qui, cum hoc mihi, ut ad te quotidie aliquid ſcriberem, negotium dederis, ne ſcribendi argumento egere poſſem, effeciſti.

(*a*) Cicero ad Curionem lib.II.epiſt. 4. *Epiſtolarum genera multa eſſe non ignoras. ſed unum illud certiſſimum, cujus cauſa inventa res ipſa eſt, ut certiores faceremus abſentes, ſi quid eſſet, quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorum intereſſet .... Reliqua ſunt epiſtolarum genera duo, quae me magnopere delectant, unum familiare & jocoſum, alterum ſeverum & grave.*

(*b*) *Meto athenienſis* (inquit Julius Pontedéra, vir doctiſſimus, mihique, dum viveret, amiciſſimus, in ſuis *Antiquitatum latinarum graecarumque enarrationibus atque emendationibus*, Patavii anno 1740. editis, pag.239.) *ut octaeteridis inconſtantiam tolleret, qua utentes graeci unum vel alterum diem addere aut demere ſolebant* (*quod in* IV. Verrina *M.Tullius nos docet*) *quo propius lunae ratio ad ſolis motum accederet, annorum* XIX. *circuitum edixit, qui poſt dies* LXIII. *diem unum de menſe eximit, ſeptieſque intercalanda, annis nempe* III. V. VIII XI. XIII. XVI. XIX. *redintegratur. qua regula menſibus plenis* CXXV. *inſtruitur, cavis* CX. *Hunc anno Nabonaſſari* CCCXVII. *ſive Olympico* CCCLV. *incepiſſe, Ptolemaeus oſtendit.*

XXVII.

a ## Jul. Pogianus N. N. (*a*)

NEque tu mei deſiderio, & ego aliquando tui ſatietate teneor. alterum facit recognitio temeritatis, & profuſi cujuſdam ſtudii in te mei, alterum inſolentia tantae humanitatis tua,

(*a*) *Cardinali de Nobili* cod. vatic. pag.223. Aſt omnibus reliquis codicillis omnis inſcriptio abeſt. vide epiſt.7. *Ego, qui te* pag.20.

Digitized by Google

tua, & animus abhorrens a ſtudio virtutis & artium optimarum. quare praeſtat, te ſervire ingenio tuo, me rationi, id eſt Deo, parére.

XXVIII.

Jul. Pogianus N. N.

QUanquam de meo in te amore nihil detrahitur, tamen de judicio multum remittitur. quid enim agam, cum te videam a literis (loquor ex animo) ita abhorrere, ut, cum primum aliquid legere inſtitueris, ſtatim inde cum faſtidio & ſatietate quadam diſcedere cupias? non poſſum, quod te plus nimio diligo, non dicere quod ſentio. vidéris mihi parum amans ſtudiorum, parum cupidus virtutis, parum ſtudioſus ſalutis tuae, parum denique pius in Deum. facit ſummus meus in te amor, ut aperte loquar. vereor, ne qua ſit latebra animi tui, ut Deo non ſis reconciliatus. quam difficili in loco verſer, video, qui & nimis te diligo, & tibi prodeſſe non poſſum. dic ſemel, quod ſentis, te omnia potius acturum, quam literis operam daturum. nunquam animo perturbatiore fui tua cauſa. *quae (malum!) iſta* eſt ratio, ut ita alienus ſis ab iis rebus, quae ſummam habent dignitatem & laudem? vis te & tuos perdere? age, ut lubet. quid enim plus facere poſſum, quam fecerim? Remitte mihi meos libellos. utinam nihil unquam vel dixiſſem, vel audiſſem, vel vidiſſem, vel docuiſſem. haec ſumma eſt: nihil ſimulatum poteſt eſſe diuturnum: Deus non fallitur.

XXIX.

Jul. Pogianus N. N.

NON potui vitare Bellajum (*a*), qui me iterum praetereuntem ex ſpecula acceſſivit, & in hortos adduxit, ubi horam mecum erudito ſane ſermone conſumpſit. expoſuit mihi om-

(*a*) *Joannes Bellajus, natione gallus ... in lucem editus eſt circa annum ſalutis* 1492. *non minus genere, quam litteris & dignitate conſpicuus .... Ex abbate S. Gildae primo epiſcopus bajocenſis anno* 1532. *renunciatus eſt; poſtea pariſienſi praefuit eccleſiae, tum lemovicenſi: adminiſtravit etiam cenomanenſem, & archiepiſcopus rexit burdigalenſem eccleſias. Orator ad anglorum regem Henricum VIII. & ad romanum pontificem miſſus, dum Romae eſſet regius orator, ipſo rege* (Franciſco I.) *requirente, presbyteris cardinalibus titulo S. Caeciliae adſcriptus eſt .... Epiſcopus poſtea praefuit albanenſi, tuſculanae, portuenſi, ac oſtienſi eccleſiis, & ſacri collegii, Joanne Petro cardinale Carraſa ad-*

omnem ſuae vitae rationem. in quo miratus ſum, tot & tantas illum res geſſiſſe in ſummorum chriſtianae reipublicae principum negotiis, quot & quantas mihi commemoravit. ſed, quod magis admirationem movet, neminem unquam audivi, qui vel plures ſcriptores legerit, vel melius ex tempore loquatur. longum eſſet perſequi, quae mecum commemorarit; quae, ut dixi, magna ſunt, vel potius admirabilia. haec ſumma fuit, me nihil ei gratius facturum, quam ſi omnem meam curam & diligentiam in te erudiendo poſuero, atque in adhortando ad virtutem & probitatem, quam in primis quaerendam, & ſine qua omnia perire, affirmavit. arbitratur, te totos dies ſtudere, & innocentia & pietate chriſtiana caeteris omnibus antecel-
b lere. quid multa? magnam in te ſenatus (*b*) ſpem collocat. ſi te haec non movent, neſcio jam qua re poſſis ad virtutem & bonarum artium ſtudia inflammari. denique dixit, brevi ſe facturum periculum de doctrina tua & eloquentia, quae omnium fama & praedicatione celebratur. ſed, cum illum cogito, ſummis occupationibus diſtractum, tantum legiſſe & eſſe in literis conſecutum, vix jam eſt de me quod ſperem, nedum de multis aliis, qui minus ſtudiis delectantur. ſed plura coram. corrige ſi quid eſt errati. effudi enim omnia.

ad ſummum pontificatum aſſumpto, decanatu ornatus eſt. Prorex Lutetiam rexit, abſente Franciſco rege, cui fuit cariſſimus .... Romae obiit die veneris 16. febr. hora quinta, anno Chriſti 1560. aetatis octavo ſupra ſexageſimum, in hortis quirinalibus in ſuo palatio, quod juxta Diocletiani Thermas exquiſita magnificentia conſtruxerat, in eccleſia S. Trinitatis de monte Pincio ſepultus. Ciaccon.

(*b*) Omitt. exempl. Addidi ex cod. vatic. Significatur autem cardinalium collegium.

XXX.

Jul. Pogianus Joanni Bellajo Card. (*a*)

a ME vero, Bellai, rebus omnibus ornatiſſime, heſterni tui ſermonis humanitas & benignitas ad literarum ſtudia ſic incendit, ut nulla jam mihi neque librorum neque otii copia ſatisfacere poſſe videatur. languebam enim (ut vere dicam) antea ad haec ipſa ſtudia, neque mihi perſuadere poteram, in iis elaborandum eſſe artibus, quas in nullo aut honore aut amore apud eos, qui rerum potiuntur, eſſe intelligebam. nam, etſi literarum

(*a*) Conjunxi cum ſuperiore hunc codicillum non aliam ob cauſam, niſi quod ad eum ipſum ſcriptus eſſet, de quo in altero illo tam multis agitur. de tempore autem, quo datum ſuſpicor; infra dicam.

rum fructus in ipſis eſt literis, neque earum ſcientiam in quaeſtum conferre decet, neminem tamen in ea ratione, niſi turpiter (*b*), egere exiſtimo. extitiſti igitur tu, pater ampliſſime, qui, ut olim Achilles, ſe vivo, Calchanti nihil timendum eſſe dixit (*c*), ſic mihi, te incolumi, de rebus neceſſariis minus laborandum affirmaſti. egregia ſane vox, & plane tuo genere, ordine, rebus geſtis, anteacta vita digniſſima! quid aliud eſt divini numinis vicem in terris referre, quam retinere homines in iis ſtudiis, quibus ſibi aditum ad caelum comparare poſſint? aut quae caeleſtis vis major afferri poteſt hominum mentibus, quam cupiditatem praeſtantiſſimarum rerum paene extinctam inflammare? equidem omnino ingratus ſim, niſi praeclaram iſtam animi tui erga me voluntatem, cujus ſignificatio me jacentem (*d*) erexit, vehementer & amem & admirer. quod vero poſſum in praeſentia, Deum opt. max. precor, ut ſummi illius honoris (*e*) aſſequaris inſignia, cujus vim & virtutem & ſententiis & actionibus ſoles exprimere. Haec amplitudinis tuae ſtudioſiſſimo homini ſtatim dictavi; dum abs te prudentiam & eloquentiam meam, quam grati animi ſignificationem, deſiderari malo.

(*b*) Turpe atque indignum eſt, *literatos homines in egeſtate vivere, neque eorum inopiam locuplétum beatorumque opibus ſublevari.*

(*c*) Apud Homer. lib.I. Illad. verſ.88.

Οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
Σοὶ κοίλῃς παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
Συμπάντων Δαναῶν.

Nemo, me vivente, & terram intuente,
Tibi cavas apud naves graves manus inferet
Ex omni Danaorum numero.

(*d*) Jacebat Pogianus ac paene animum deſponderat, quod, cum illius in docendo opera cardinali Nobilio jam non eſſet amplius neceſſaria, certo patrono, cujus facultatibus vitam non incommode tolerare poſſet, deſtituebatur. id poſt Julii III. aut Marcelli II. obitum an. 1555. in ipſo interregno contigiſſe ſuſpicor. quam quidem conjecturam ea, quae ſequuntur, adjuvant.

(*e*) Pontificatum maximum intellige. non videtur autem Pogianus, vivente etiam tum Julio III. aut Marcello II. quibus pontificibus apud Nobilium fuit, quidquam tale Bellajo optare atque adeo precari debuiſſe. fit igitur veriſimile (id, quod ſupra dicebam) in Julii III. aut Marcelli II. interregno hunc codicillum fuiſſe ſcriptum. & ſane de Bellajo ſunt illa apud Ciacconium memoriae prodita: *Poſt Marcelli II. obitum, quorumdam cardinalium ſuffragiis poſtulatus eſt, ut ſupremum ſedis apoſtolicae pontificatum adipiſceretur.*

XXXI.

Jul. Pogianus N. N.

EQuidem tuam iſtam rationem ſatis mirari non poſſum, qui, praeſente me, totum tibi tempus ad aliorum arbitrium in ſermone de rebus leviſſimis conſumendum putes. ſi

animus tuus & a literis & a graviori oratione abhorret, quid me tecum adducis ? itane mea facilitate abûteris ? videorne tibi is, quo praeſente, cum aliis ac (a) de quibuſvis rebus colloquare ? ſi, quid te dignum ſit, non vides, habe certe mei rationem. mitto, quod nullum habes honorem & doctori, & Julio doctori (juvat enim, praeter conſuetudinem meam, de me magnifice loqui, praeſertim ad eos, qui neſciunt, quid cuique tribuendum ſit). at, ne tum quidem, cum a nobis digreſſus es, nos dignos judicaſti, quibus ſalutantibus reſponderes. Ad ſtudia tua venio: in quibus iſta conſuetudine nihil, nihil inquam, proficies. plus laboris, induſtriae, diligentiae opus eſt: vel, quod jam millies dixi, aliud agamus. Quod tecum agere volebam coram, neque poſtea egi, ad tuam exiſtimationem maxime pertinet; neque tamen eſt literis committendum. tu de te, ego de me videro. Reſponde, ſi potes, & ſi vis.

(a) *at de quibus rebus &c.* exempl. Quae fortaſſe lectio vera eſt, modo interrogandi nota apponatur ſic, *at de quibus rebus ? &c.*

XXXII.

Jul. Pogianus N. N.

NON habeo quid ſcribam, quod aut a me, aut ad te ſcribi debeat: & omnino, nihil ſcripſiſſem, niſi, cum is, quem ad me miſiſti cum mandatis, mihi ea renunciavit, adfuiſſent nonnulli, quibus praeſentibus, alienum duxi officio meo tibi id denegare, quod poſtulares. ſed tamen perinde erit, ac ſi nihil ſcripſiſſem. ſunt enim inanes literae, & dignae eo homine, qui meas literas, humanitatis & amoris pleniſſimas, conſciderit. habes igitur epiſtolam te dignam.

XXXIII.

Jul. Pogianus N. N.

VIdeo, me hic nihil agere; ut praeſtet hinc migrare. faciam igitur id, te auctore, ſumma mea voluntate. patri tuo per literas ſatisfaciam. vale; & me, unum tibi virtutis auctorem, óderis tuo arbitratu. pluris eſt apud me Deus & conſcientia mea, quam tuum corruptum judicium; quod ego & damno & damnabo ſemper: ne aliquando Deus a me eas ſumat poenas, quas a te graviſſimas, mihi crede, brevi expetet.

XXXIV.

Digitized by Google

XXXIV.

Jul. Pogianus N. N.

UTranque epiſtolam tuam laudo & admiror (a). magno enim mihi argumento eſt, te in gratiam cum Deo rediiſſe (b). quare te hortor, ut pergas recte & facere & cogitare. ſic enim facile & omnia tibi in mentem venient, quae aut dicenda aut ſcribenda erunt, &, quibus verbis ea explicare poſſis, videbis. ſummam vero laudem ab omnibus conſequéris, cum illud percrebruerit, te adoleſcentem, omnibus fortunae bonis ornatiſſimum, etiam latina ac vulgari ſcribendi facultate paucos habere, qui tecum his laudibus conferri poſſint, ſuperiorem vero neminem. ego, quam te amem & obſervem, magis amare & obſervare non poſſum.

(a) Videa, ut Pogianus in alumno ſuo inſtituendo dulcia acribus miſceat, nec ſemper objurgationibus, ex quo genere proximus codicillus fuit, ſed aliquando etiam exquiſita verborum *lenitate & laudum illecebris* utatur. qui quidem in utraque tum objurgandi tum laudandi ratione non fere videtur intra modum conſiſtere.

(b) Qui dicitur in gratiam cum Deo rediiſſe, non continuo exiſtimandus eſt, prius ab ea gravem aliquam ob noxam penitus excidiſſe, ſed aliquid levioris etiam peccati admiſiſſe, ex quo minus Deo gratus evaſerit. Pogianum, ſimiliter de optimo hoc adoleſcente alibi etiam loquutum, ſimiliter interpretari lector non iniquus ubique debebit.

XXXV.

Jul. Pogianus N. N.

QUanquam & mihi ita reſponderis, ut, utrum conceſſeris, te vel ſerio vel joco dixiſſe, mihi injuriam te feciſſe fatearis neceſſe ſit (a) (dixiſti enim, te rei divinae, ſi tibi per me licuiſſet, interfuturum), non tamen propterea aut ſtudium meum, aut judicium amittes. viſum eſt ita Deo, ut te unum diligerem & obſervarem maxime omnium. quare mihi non tam videndum eſt quanti tu me facias, quam ut ipſe amori in te meo & obſervantiae conſtem. mitto, quod ita a me diſceſſiſti, ut, cum quaererem abs te quid acturus eſſes, nihil reſpónderis. At inquies, me vel minimis offendi. Ego vero offendor. videor enim mihi eam perſonam ſuſtinere, praeſertim apud te, ut vel minima momenta officiorum ponderare & obſervare debeam. ſed profecto Deo & patri tuo in te inſtituendo ſatiſfa-

(a) *eſt* exempl. Emendavi,

ſatisfaciam. verum ſatis, vel fortaſſe nimis multa de me. tu fac, ſi modo aequa tibi videor poſtulare, ut ſciam, an mea opera uti velis hodie, & quota hora. mihi nihil magis deliberatum eſt, quam mea negligere, ut tua curem.

XXXVI.

Jul. Pogianus N. N.

Reſpondeo ad duas epiſtolas tuas, eodem tempore mihi redditas: quarum altera mecum agis, ut aliquando alio ad te utar ſcribendi argumento, altera quaeris ex me, quam con-
a jecturam faciam belli ſenenſis (*a*). his igitur literis utrique epiſtolae

(*a*) Ex hac belli ſenenſis mentione pronum eſt conjicere, ſcriptum fuiſſe hunc codicillum per id ferme tempus, quo Latinus Latinius ad Andream Maſium de eodem bello illa ſcribebat. Die 18. aug. 1554. *Quae hic* (Romae) *publice aguntur, quoque in ſtatu ſenenſium, ducisque Florentiae* (Coſmi I.) *res in praeſentia ſint, ideo ad te pluribus non ſcripſi, quod multorum literis, & praeſertim Reſchi tui, putavi, te certiorem eſſe factum. Strozius* (Petrus) *vel ſuo malo fato, vel, quod magis credendum eſt, divini numinis vindicta, pene toto exercitu exutus* (die 2. aug.) *Ilcinium* (Italis *Montalcino*) *equitibus octo ſeptus aufugit: cum antea, ſe unum hodie ducem eſſe tremendum hoſtibus, jactaret. ſed verum illud: „Quam quiſque novit artem* (ſupple, *in hac ſe exerceat*)„. *A claſſe turcica, quae, violatis foederibus, in adriaticum mare furtim ſe inſinuavit, direptum oppidum eſt, ad radices Gargani montis ſitum, Veſtium ab incolis dictum, unde ferunt avecta capitum quatuor millia & amplius. ea claſſis, niſi hiemare ſive in ſupero ſive in infero mari noſtro ſtatuerit, nihil ad ſenenſis belli commoda ſpectare videtur, ſed tantum, ut latrociniis infeſtam oram Apuliae redderet, atque ita impediret, quominus ex eo regno auxilia in Etruriam mitterentur ... Quinto idus legatus Galliae regis, cum Senas inter agreſtium agmen pedes proficiſceretur, captus a caeſarianis eſt, Florentiamque perductus &c.* In alia epiſtola (cui valde oſcitanter atque inepte ita adſcriptum eſt, *Pridie IX. octob.*) de eodem bello agens, *Senenſes*, inquit, *laborant in dies magis, eoque jam ventum eſt, ut tenuiſſimi quique, propriis laribus focisque pulſi a civibus, miserando ſpectacula infirmam puerorum, ſenumque, & mulierum turbam ſecum trahentes, huc & illuc vagentur, non meliores ſedes, ſed quo tandem pacto famem aegre tolerent, quaeritantes. lignorum inopiam tantum apud eos eſſe audio, ut jam, publico conſilio, integrum frequentemque urbis vicum, ad ſuppeditandam igni neceſſariam materiam, demoliri ſint. quod ego ſummum paene deſperatae veniae a caeſare paciſque, argumentum eſſe exiſtimo. quamquam inter ſenenſes florentinoſque ea fuit ſemper animorum voluntatiſque diſſimilitudo, ut extrema omnia paſſuros prius ſenenſes credam, quam ut ullis conditionibus ad deditionem perduci pellicique ſe patiantur.* Reliqua ſenenſis belli in binis inſequentis anni 1555. ad eumdem Maſium literis Latinius perſequitur. die quidem 10. febr. *De ſenenſium*, inquit, *miſera conditione in dies augeſcit rumor. ſuſtinent tamen, &, quod ciboriorum reliquum habent, quo diutius duret, paucioribus diſtribuunt. id autem callida ratione perſtetrunt. cum enim loci natura*

Digitized by Google

ſtolae perſolvam, & quidem ordine. quod ſcribis, cupere te, fieri finem reprehendendi tui, niſi in extrema epiſtola *gratiae cauſa* addidiſſes, dicerem, non tam a me iſtud ipſum, quam a te poſtulari debere. cum enim ſemper literas ad tuam & ſtudendi & vivendi rationem adhibeam, niſi te ipſe mutaris, epiſtolarum genus quomodo mutari poſſit, non intelligo. ſed tamen obſequar ſtudio tuo. Quod ſententiam meam requiris de ratione belli ſenenſis, mallem de pace requireres. cum enim ego ab omni non ſolum armorum tractatione, ſed etiam a belli cogitatione maxime abhorream, tum certe pacis conſilia propriae partes ſunt perſonae, quam ipſe geris. quare, ſi quid poſthac a me volueris, quaere de literis. nihil enim illa quaeſtione vel gravius, vel utrique noſtrum accommodatius eſſe poteſt. vides, me nulla re adduci poſſe, ut mei inſtituti obliviſcar.

tura atque arte urbs egregie munita ſit, paucilſque propugnatoribus indigeat, crebris eruptionibus civitatem multitudine levant. itaque ſperant, fore, ut, quoad nova auxilia a gallorum rege mittantur, obſidionem tolerent. ſed ſunt, qui nulla ratione effugere eos poſſe contendant, quin eandem in poteſtatem hoſtium veniant. quod ſi fiat, vides, qualis futura ſit forma civitatis, qui ſtatus civium, quum, poſt rerum omnium jacturam, etiam libertatem amiſerint. mihi certe eorum calamitas ſummum moerorem eſt allatura, propterea quod ea civitate undecim annos uſus, patriae eam loco diligo, ſenenſiumque conſuetudine delectatus, & ingenium hominum, & miram in exteros comitatem benignitatemque ſemper admiratus ſum. Die autem 21. maj. *Senenſes*, inquit, *ad deditionem faciendam certis conditionibus jam menſem adducti ſunt, praeſidiumque in urbem acceperunt, impetrata prius libere omnibus abeundi facultate. itaque, quorum opera conſiliiſque a caeſare civitas jam pridem deſciverat, ii ad unum omnes verterunt ſolum.*

XXXVII.

Jul. Pogianus N. N.

PEto a te, ut ad haec, quae abs te quaero, ex animo reſpondeas id, quod & ratio & tuum officium poſtulat. a me ſi quid ſcire aves, ſcribe: obſequar enim ſtudio tuo. primum igitur ſcire velim, an apud te unquam ſis quenquam habiturus, qui ad te docendum aptior ſit futurus (a), quam ego; deinde, a
qui majori in te amore ſit & obſervantia; tum, quomodo meum diſceſſum laturus eſſes; illud etiam, ſecundum quos me ames; denique, an putes, me eorum, quae mihi commiſiſti, quicquam unquam ulli eſſe dicturum; & an ipſe paſſurus ſis, ut ver-

(a) Hoc, non ex re ipſa, quae praevideri non poterat, ſed ex Nobilii opinione, mallem ita Pogianus quaeſiſſet, *An apud te unquam ſis quenquam habiturus, quem ad te docendum aptiorem futurum exiſtimes &c.*

verbum ex iis, quae tibi credidi, ullo tempore ex ore tuo excidat. ad haec omnia ſtatim (neque enim difficile eſt) re-
b ſcribe, & ita, ut ſi tibi cum Deo loquendum eſſet (*b*).

(*b*) Hiſce verbis in Gratiani exemplari codicillus abſolvitur. at in codice vaticano alia quaedam continuo ſequuntur, quae tamen Pogiani non eſſe, ſed Nobilii ad Pogiani hunc ipſum codicillum reſponſionem, manifeſtum eſt: ex quibus quam multum adoleſcens ille in latine concinneque ſcribendo, Pogiano doctore, profeciſſet, plane intelligitur. ſunt autem hujuſmodi: *Ego vero nunquam me doctorem habiturum puto, qui & majorem diligentiam adhibere poſſit, quam tu, & aptior ſit, & qui magis me amet. Tuam a me profectionem ſemper iniquo animo feram; teque, ſecundum patrem, & ſemper amavi & amo; neque exiſtimo; te unquam ea aperuiſſe, quae tibi credidi (neque enim commiſiſſem); & idem velim de me exiſtimes. Haec ad te raptim ſcripſi ex animo. nunc ea lego, quae in Pyrrhi libro de numiſmatibus ſunt*. Neſcio quo caſu non niſi haec ad hunc codicillum, itemque altera ad alterum, cujus initium eſt *Expectavi tuas*, Nobilii reſponſio manſerit, caeterae autem ad reliquos interciderint.

XXXVIII.

Jul. Pogianus N. N.

EGO vero, ut ſcribis, in reſcribendo plus negotii ſuſtineo, quam ſi literas rerum novarum pleniſſimas ad me dediſſes. quid enim reſpondeam, cum nihil ex me quaeras? & tamen hoc ipſum reſcribendum eſt, quando ita vis, me nihil habere, quod reſcribam. utar igitur hoc loco te magiſtro, cum
a me tu ſemper antea doctore uſus ſis (*a*). Quam pauca quam
b multis! (*b*) vetera illa etſi contrita non ſint, ſupervacanea eſſe vehementer gaudeo. quid enim in meis ſuperiorum temporum literis ad te fuit, praeter aſſiduam cohortandi & praecipiendi rationem, quibus jam nihil opus eſſe, ex tuis literis mihi dupliciter intelligere videor. nam, cum ipſe novum argumentum videris requirere (cum ſcribas, contrita eſſe omnia), tum ego intelligo, te non tam adhortandum eſſe ad hanc ſcribendi conſuetudinem, quam laudandum, quod in ea ita diligens ſis, ut & tempus, quieti ereptum, impertias huic rationi, & ejuſmodi literas ſcribas, quae cum latine loquuntur, tum in illis mirificum ingenii lumen elucet.

XXXIX.

(*a*) Suſpicor, hunc eſſe codicilli hujus finem, ea vero, quae ſequuntur, alterius initium. cujus confuſionis exempla librarii, qui Pogiani hos codicillos deſcripſerunt, alibi etiam quaedam extare voluerunt.

(*b*) Admirationis hanc notam, quae nulla in noſtris codicibus erat, ego ex ingenio appoſui. videtur autem Nobilii litterarum, quas ad Pogianum dediſſet, μακρολογία quaedam his verbis carpi. ut enim laudem habet multa paucis complecti, ſic vitioſum eſt pauca multis ſive dicere ſive ſcribere.

XXXIX.

Jul. Pogianus N. N.

AVeo ſcire, quid agas; num tenearis ullo deſiderio ſtudiorum? magno enim, ſi ſe ita res habet, id argumento eſt, te cum Deo eſſe in gratia. nam, ſi is errata tua tibi ignovit (*a*), fieri non poteſt, ut leve quicquam tibi in mentem veniat. magnum ſignum divini amoris diſcendi cupiditas & cura rerum optimarum; contra, certum divini odii argumentum negligentia quaedam & ſocordia. habes, quomodo poſſis intelligere, num in Dei gratiam ſis reſtitutus. nam (*b*) Auguſtinus certatim cum Sicinio epiſtolas ad Atticum in communem ſermonem convertit. fuit modo apud me. ardere ſtudio videtur. unas a ſe converſas Ciceronis literas mihi oſtendit. qua in re miratus ſum, tantum illum quatuor vel quinque diebus profeciſſe. Ego loca ſacra cum Sirleto (*c*) velim viſere, niſi opera mea uti volueris. omne enim reliquum meum tempus, praeter id, quod tibi impertio, Deo & rectiſſimis ſtudiis deſtinavi. nam reliqua omnia, etſi peccata non ſunt, tamen caduca, fragilia, Deo odioſa eſſe, intelligo. reſponde, an mea opera uti velis.

(*a*) *condonavit* mallet fortaſſe aliquis. ſed *ignovit*, quod maluit Pogianus, non eſt improbandum. Plautus in Amphitr. a. 1. ſc. 1. v. 101. *Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum*. Virgil. l. 4. Georg. v. 489. *Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere manes*.

(*b*) Difficile eſt dicere, quo modo haec cum ſuperioribus cohaereant. ſed neque, quis Auguſtinus, quis Sicinius hic fuerit, habeo dicere.

(*c*) Guilhelmo: de quo alibi & diximus & dicturi ſumus.

X L.

Jul. Pogianus N. N.

VIxdum a nobis, exercendi (*a*) tui cauſa, diſceſſeras; cum in ſermone illo de te hoc judicium fecimus, nihil tibi minori curae eſſe, quam literarum ſtudia, in quibus ſex

ipſis

(*a*) Corporis, ut opinor, exercitationes ſignificantur: de quibus Cornelius Celſus lib. I. cap. 2. *Prima autem*, inquit, *ejus* (corporis) *curatio exercitatio eſt, quae ſemper antecedere cibum debet; in ea, qui minus laboravit & bene concoxit, amplior; in eo, qui fatigatus eſt, & minus concoxit, remiſſior. commode vero exercent clara lectio, arma, pila, curſus, ambulatio: atque haec, non utique plana, commodior eſt ... Melior autem eſt ſub divo, quam in porticu; melior, ſi caput patitur, in ſole, quam in umbra; melior in umbra, quam pa-*

ries

b ipſis menſibus (*b*) nihil omnino te profeciſſe, confirmavimus. atque illud nobis mirum eſt viſum, te adhuc tam inopem tum a ſententiis tum a verbis eſſe, ut ne vulgari quidem & communi lingua literas ſcribere poſſis. ſed minime mirandum, quippe qui, tum cum ſtudio opus eſt, ſemper aliud agas. quinetiam mane, cum meas literas legeres, tantum abeſt, ut quid diceretur attenderes, ut totus eſſes in circumducendis lineis, & in illis vinculis & nodis, quos Salomonios vocant, calamo depingendis. ſed nolo pluribus. nam me jamdiu omnia in te & admonendo & docendo profundere intelligo.

ries aut viridia efficiunt, quam quae tecto ſubeſt; melior recta, quam flexuoſa &c. Illa *paries aut viridia* codicis antiquiſſimi lectio eſt, & quidem, ut opinor, veriſſima. vulgati libri fere exhibent *parietes aut viridaria*.

(*b*) Quibus quidem menſibus valetudine minus commoda Nobilius uſus, non ita aſſiduam ac diligentem operam litterarum ſtudiis dare potuerat. id per vernos aeſtivoſque anni 1554. menſes fortaſſe contigerat. in Vincentii enim patris ad eum litteris, die 25. aug. ejuſdem anni Florentia datis, illa legi: *Cominciandoſi horamai a rinfreſcare, vedete di ripigliare le lezioni laſciate, e la ſolita diligenza negli ſtudj, come facevi il verno paſſata.*

X L I.

Jul. Pogianus N. N.

a PRaeclarae iſtius conſuetudinis legendi libri numiſmatum (*a*) quamobrem intermiſſio facta ſit, non equidem intelligo. illud certe ſcio, haec ſtudia, ſi remittantur, nullam habere utilitatem.

(*a*) In adnotatione *b* ad epiſt. 37. *Peto a te*, pag. 46. attulimus, quae ad eam ipſam Nobilius reſponderit; in quibus fuerunt illa: *Nuac ea lego, quae in Pyrrhi libro de numiſmatibus ſunt.* eumdem hunc librum ſignificari heic a Pogiano crediderim. Pyrrhus autem hic quis fuerit, mihi non ſatis conſtat. fortaſſe fuit is, de quo Nobilii noſtri exſtat epiſtola, ad quemdam Petrum Joannem, Vincentii patris Romae procuratorem, die 20. maj. 1552. Anconae data; quam Narius in Nobilii *Vita* pag. 10. protulit, noſque heic, inde deſcriptam, exhibemus.

Rev. M. Pier Giovanni. Io non vi ſcrivo troppo ſpeſſo, per non aggiungere alle fatiche, che vi dà il ſignor padre, ancora le mie. nondimeno per le coſe virtuoſe, e che apportano onore e laude, non poſſo fare, ch'io non vi dia queſta briga.

E' quì in Ancona un meſſer Didaco Pirro, *portugheſe, conoſciuto molto tra gli nomiai letterati; e forſe tra le librarie lo conoſcete per fama. egli vien quì quaſi ogni giorno inſieme con M. Nicandro, dove non ſi ragiona mai ſe non di lettere; e da'loro ragionamenti e lezioni ne cavo non meno utile che diletto: talchè abbiamo quì ordinata quaſi un accademia, e, ragionando ſempre latino, mi ſento molto giovare dalla pratica loro.*

Queſto M. Didaco è un gran poeta e gran letterato greco e latino: & io, dilettandomi di favorire ſimili perſone e giovar loro, per quanto ſi ſtendono le mie

Digitized by Google

ſitatem. Tu quare me non acceſſieris, mihi ſcribas velim. non enim poſſum mihi perſuadere, te, cum omnino conſtitueris velle ſarcire tempus amiſſum, & eam operam literis dare, quae cardinale, & Roberto Nobili cardinale, digna ſit, ita repente ſententiam commutaſſe. omnis enim inconſtantia turpis, iſta vero turpiſſima. Expecto tuas literas.

mie forze, gli ſo molte carezze e lo trattengo, per quanto ſi conviene.

Eſſo deſiderario, per eſſere circonciſo, avere un ſalvo condotto da noſtro ſignore di potere ſtare in Roma a ſuo piacimento, ſenza pericolo dell' inquiſizione; ſiccome egli per le molte ſue virtù l' ha ottenuto in molte città d'Italia.

Pertanto intenderete diligentemente, ſe è coſa facile, e come ſi potrà fare a compiacerlo di queſto ſuo deſiderio, e ſcriveretemene: che in ogni modo lo voglia favorire & ajutare, atteſo che è perſona, oltre le lettere, molto gentile & umana, e, convertendolo, come ſpero, diſſegno di ſervirmene; come farò ancora degli altri, ſe mai potrò, avendo fermo propoſito di vivere e morire con le perſone dotte.

Altro non accade dire, ſe non che voi vi ſerviate di me in tutte quelle coſe, che vaglia: perchè non ho minor deſiderio di giovarvi del ſignor mio padre. e ſtate ſano, che noſtro ſignor vi contenti. D'Ancona a' 20. di maggio del 52.

Fortaſſe etiam (idque probabilius exiſtimo) Pyrrhus ille Ligorius, nobilis architectus, & romanae antiquitatis ſtudioſiſſimus peritiſſimuſque, ſignificatur, cujus inſigne illud opus habemus, inſcriptum: *Libro di M. Pyrrho Ligori napolitano delle antichità di Roma . . . con le paradoſſe del medeſimo autore. In Venetia per Michele Tramezino* 1553. Idem librum quoque de numiſmatibus fortaſſe compoſuerat, ejuſque legendi copiam Nobilio fecerat: quorum quam ſtudioſus quantuſque aeſtimator Ligorius fuerit; illa, quae ipſe in quodam ſuo apud Oldoinium in Paulli IV. *Vita* commentario memoriae prodidit, abunde declarant. *Cum die quodam*, inquit, *religioſiſſimus iſte praeſul* (Paullus IV.), *qui dies noctesque de re Christi & religionis cogitabat, ſermonem inſtitueret de ornatu tabernaculi illius, quo Christi corpus in ſolemni publicae ſupplicationis feſtoque die deferri ex conſuetudine debebat, ac typi aliquot in medium proferrentur, illud in primis placuit, ut ad vitis ſpeciem exornaretur, cujus racemi ſmaragdis ac ſapphyris, folia ex auro integro & puro intexerentur. unde, prolato caniſtro, quod in ſuo cubiculo cuſtodiebatur, eduxit eo, inter alias res charas* (fort. *raras*), *quae ibi aſſervabantur, numiſmata quaedam aurea, in quibus erat & Trajani imperatoris effigies, dicens: „ Haec forte in noſtros uſus non male transformari poſſunt „. Tum Pyrrhus, cui res antiquae erant cordi „ Rectius*, inquit, *ni fallor, faciet ſanctitas veſtra, ſi, quae Trajani ſunt, ſollicite cuſtodiat. fuit enim princeps ille in chriſtianos mitis ac benevolus, & vir, ut inter infideles, ſummae pietatis, adeo ut Italiae populo ſimul ac ſemel victum veſtitumque miniſtraverit. ad cujus ſimiliter exemplum Annia Fauſtina Auguſta, Magni illius Antonini Pii uxor, omnibus Italiae noſtrae, caeterarum certe provinciarum reginae, puellis dotes elargita eſt: unde cognomen adhibitum Fauſtinianas illas puellas celebravit „. Quarum rerum mentio cum pii pontificis mente altius inſediſſet, ſubinde dicere ſolitus eſt: „ Tu mihi, Pyrrhe, in aure, quod ajunt, pulleem „.*

XLII.

Jul. Pogianus N. N.

CUM intelligerem, quantum poſſes gratia & auctoritate apud pontificiae familiae magiſtrum, egi tecum, ut Antonium
a meum (*a*) homini diligenter commendares. tu vero (credo, ut magis te & morem & ſermonem romanum memoria tenere mihi probares, quam quod ulla ejuſmodi admonitione indigeres) juſſiſti, ut aliquid ſcriberem memoriae cauſa, quod tibi opportune redderetur. judicium & teſtimonium meum de illo jam habes: quanquam, ad probandam illius officii rationem, diligentiam & religionem, ſatis, puto, res ipſa loquitur, cum
b ſuae (*b*) curiae quatuordecim annos ita operam dederit, ut invitiſſimis illis curialibus ab eo munere ſit diſceſſurus. quid ipſe Antonius cupiat, quando tibi coram dixi, ſi illud per literas iterarem, tuae memoriae viderer diffidere.

(*a*) Pogiano noſtro fratres duo fuerunt, Joannes Antonius, & Barptolemaeus. priorem illum hoc loco ſignificari puto. non eſt autem inuſitatum, eos, qui binomines ſunt, altero dumtaxat nomine appellari.

(*b*) Fortaſſe mediolanenſi: in qua eadem curia Joſephus Blanchinius, Pogiani affinis, admodum honeſtum munus aſſequi, ipſo Pogiano apud card. Othonem Truchſeſium interprete, anno 1564. contendit: ad quem Truchſeſium Pogianus ſcribens, *Habeo*, inquit, *affinem, juriſperitum, verſatum aliquot annos Mediolani in cauſis civilibus & capitalibus. cuperet ille aſſequi magiſtratum, quem appellant mediolanenſes* procuratorem fiſcalem. *multi minore & conditione & doctrina & uſu illud officium conſecuti ſunt. omnino hic Joſephus Blanchinius, affinis meus, cumulate poteſt illi muneri ſatisfacere.* Vide vol. III. pag. 408.

XLIII.

Jul. Pogianus N. N.

a HEri quod te accerſieram (*a*), non tam me id mea, quam tua cauſa feciſſe, velim exiſtimes. erat enim quod te do-
b cerem de eo, quod de te Gulielmus (*b*) egiſſet cum Franciſco Sanſo-

(*a*) *accerſeram* exempl. Ex *accerſio* recte atque uſitate *accerſivi* & *accerſiveram* derivatur: ex *accerſo* autem recte item *accerſi* & *accerſeram* derivari poſſe Pogiano, analogiam certe aliquam ſequuto, viſum eſt. ſed negant grammatici, verborum tertiae conjugationis, in *ſo* exeuntium, praeterita, quae dicuntur, tempora aliter in primis perſonis, quam ſyllaba *vi*, terminari debere, ſolere certe. quod ſi quis Ciceronem objecerit, qui in oratione in Q. Caecilium cap. 14. (al. 46.) *faceſſeris* uſurparit, praeſto erit Priſcia-

Digitized by Google

ſcianus, qui non *faceſſeris*, ſed *faceſſeris* in libris quibuſdam a ſe repertum fuiſſe, teſtificetur. eorum ego rationem atque auctoritatem ſequutus, Pogiani *acceſſeram* in *accerſieram* commutavi. In *Theſauro* quidem *linguae latinae* edit. Baſil. an. 1576. ita legitur: *Accerſere auxilia ex aliquo, vel ab aliquo loco. Caeſ. 7. bel. Gal.* 134. (al. 33.) „ *Atque ea part, quae minus ſibi conſideret, auxilia a Vercingetorige accerſerat* „. Sed, qui Caeſaris locum ipſum adierit, totamque ſententiam conſiderarit, manifeſtum *Theſauri* mendum illico deprehendet. integer locus hic eſt: *Caeſar, etſi a bello atque hoſte diſcedere detrimentoſum eſſe exiſtimabat, tamen, non ignorans, quanta ex diſſenſionibus incommoda oriri conſueſſent, ne tanta & tam conjuncta populo romano civitas, quam ipſe ſemper aluiſſet, omnibuſque rebus ornaſſet, ad vim atque ad arma deſcenderet, atque ea part, quae minus ſibi conſideret, auxilia a Vercingetorige accerſeret, huic rei praevertendam exiſtimavit.*

De recta autem ejuſdem verbi ſcribendi ratione, haec eſt Gerardi Joannis Voſſii lib. 1. *de vitiis ſermonis* cap. XII. ſententia. *Perſolvi*, inquit, *quae de nominibus me dicturum promiſeram, nunc ad verba tranſeamus: ubi verie itidem peccatur. eſt, cum non obſervatur* ὀρθογραφία, *ſive vera ratio aliquid convenientibus literis exprimendi, ut, cum* accerſo *ſcribunt pro* acceſſo &c. In quem Voſſii locum eruditus quidam anonymus, de quo poſtea aliquid dicam, haec adſcripſit in libri, qui apud me eſt, margine, Amſtelodami anno 1645. editi: *Papirianus grammaticus, Donato poſterior, apud Caſſiodorum de orthographia, Accerſo, inquit, ſignificat* advoco; *Arceſſo*, repello, prohibeo. *Velius autem Longus, & Donato & Papiriano & Caſſiodoro Magno aliquot ſeculis major, In eo, inquit, quod eſt* Arceſſo & Accerſo, *putaverunt, quandam differentiam eſſe, ut* Accerſo *ſit* Voco, *tractum ab accendo;* Arceſſo, Summoveo, *ab arcendo tractum. ſed erraverunt. Arceſſo enim pro eo, quod eſt Arceo, nunquam poſitum eſt. Verum, quod putant,* A *litteram obſtare ſignificationi, errant.* D *enim non minus in* R *litteram tranſit, quam in* C, *dum dico* Accedo & Accommodo, *quam apud antiquos in* Arvorſo & *in* Arvorſario: *unde pro* Audiculis *ab audiendo,* Auriculas *dicimus, &* Meridiem *pro* Medio die *loquimur. Id ergo nihil intereſt, utrum* Arceſio *an* Accerſo *dicant, eodem ſignificatione manente. Haec Velius; quem Papirianus Voſſiuſque non viderunt, ejuſq ie meminiſſe non potuerunt. debuerant enim inductionem confutare: cur in* Auriculis, *in* Meridie, *in* Arvorſo, *in* Arvorſario *littera* D *mutotur* (fort. *mutetur*) *in* R, & Adcerſo, *mutato* D *in* R, Arceſſo *eſſe non poſſie? Confutet haec Voſſius orgumenta, deinde pronunciet. Illud etiam argumentum Velii Longi magnum eſt, quod* Arceſſo *pro* Arceo *nullum eſt. autorem cedo, ſi eſt. Bene etiam Velius docet, in* Arceſſo & Accerſo *quamdam eſſe litterarum tranſpoſitionem & tranſmutationem, ſicuti fuit in* Forcipe & Forpice *apud antiquos. Neſcio quid ſimile contingit etruſcis in vernacula lingua, qui pro* Claudio, Craldio, *pro* Cardellino, Calderino, & *pro* Religione, Regilione *pronunciant. Velii ſententiae ſubſcribunt omnes Plauti, Virgilii, & Ciceronis interpretes, ex antiquiſſimis autem grammaticis Chariſius & Julius Romanus, quem optimum vocat magiſtrum Chariſius. ſed aevo utriſque* (fort. *utroque*) *major Q. Terentius Scaurus, quem Auguſto in lingua latina praeferebat imperator Hadrianus: ut apud Chariſium in particula* Obiter *Julius Romanus refert. Scauri verba ſunt haec in lib. de orthographia. Quamvis, inquit, alii* Arceſſo *dicant non ſine ratione, quod etiam* D *in ejuſmodi compoſitionibus in* R *tranſit, ut in* Arripio: *ſed quidam diſferentiam eſſe voluerunt, ut* Arceſſo *quidem ab eo verbo eſſet, quod eſt* Arceo, Accerſo *vero ab eo, quod eſt* Accio.

cio. ſed nobis ad eamdem ſignificationem pertinere videtur. utcunque ſcribendum. Sive ergo ſcribatur Arceſſo, *ſive ſcribatur* Accerſo, *idem, Scauro judice, utrumque ſignificat. verum libro primo; capite de numero litterarum apud veteres, hanc varietatem omnium eruditiſſime Priſcianus edocuit. Littera* D, *inquit, tranſit in* R, *ut* Aſſideo, Meridies. *antiquiſſimi vero pro* ad *frequentiſſime* ar *ponebant*, Arvenas, Arventores, Arvocatos, Arfines, Arvolare, Arfarique *dicentes, pro* Advenas, Adventores, Advocatos, Advolare, Adfari. *unde oſtenditur, recte* Arceſſo *dici ab* Arcio *verbo, quod nunc* Accio *dicimus, quod ex* ad *&* cio *compoſitum eſt*. Arger *quoque dicebatur pro* Agger. *Addere poterat* Arferiam aquam *ex Feſto*, Arrige aures *ex Terentio*, Arrepo, Arrodo, Arrogo *ex M. Tullio, ex aliis alia. Illud etiam quod ajunt*, Arceſſo *eſt* Arceo, repello, ſubmoveo, prohibeo, *& numquam eſt* Advoco *vel* attraho, *vel* evoco, *vel* voco, *pinguioris id & craſſioris Minervae mendacium eſt. Plautus actu* 3. *ſc.* 2. *Amphitruonis*:

> *..... Evocate huc Soſiam*
> *Gubernatorem, qui in mea navi fuit,*
> *Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat.*

& ſcena 3.

> *Tu gubernatorem a navi huc evoca verbis meis.*
> Blepharonem, *ut, re divina facta, mecum prandeat.*

Eumdem ad prandium evocat arceſſitque. idem eſt enim evoco *&* arceſſo. *Ex eodem Plauto exempla poſſem mille arceſſere. ſed contentus ero ſcena ſecunda Caſinae actus tertii*

> *Ut properarem arceſſere hanc ad me vicinam meam ...*
> *Nunc adeo nequaquam arceſſam ...*
> *Miror hinc jam non arceſſi in proximum uxorem meam,*
> *Quae jam, ſi arceſſatur, dudum ornata exſpectat domi.*
> *Sed eccam, opinor, arceſſit ....*
> *Ubi tua uxor? Intus illa te, ſi ſe arceſſas, manet.*
> *...... Flagitium hominis, qui dixit mihi*
> *Suam uxorem hanc arceſſituram eſſe.*

M. Tullius frequenter etiam uſurpat hoc verbum. Haec libro 1. *cap.* 43. *de arte Grammatica Voſſius inſinuavit, ſed decem poſt annos edidit hunc librum de vitiis latini ſermonis, & in vitium incidit, quod damnaverat*. Verum ego, utriuſque libri locos ſententiaſque conſiderans, in quod ejuſmodi vitium Voſſius inciderit, ſane non video. Hujus autem animadverſionis, aliarumque, toti paſſim Voſſii *de vitiis latini ſermonis* operi anonymi manu adſcriptarum, auctorem fuiſſe hominem e ſocietate noſtra, mihi eſt exploratum; nominatim quis fuerit, non queam dicere. ſed tamen, conjectura mea quadam ſatis probabili ductus, fuiſſe unum e tribus illis ſuſpicor, de quibus Carolus de Aquino in ſuo *Lexico militari*, Romae an. 1724. edito, ad vocabulum *Audientia* agit his verbis: *A quinquaginta fere annis huic decurrendo ſtadio, omniſque Latii ſcriptoribus ac monumentis pervolutandis, curam ſedulam & diligentem impenderunt patres in hoc litteraturae genere verſatiſſimi; collatoque multorum annorum ſtudio innumera fere aut ab aliis non animadverſa notarunt, aut perperam intellecta verae germanaeque lectioni atque ſententiae reſtituerunt. In ejuſmodi labore exantlando, immenſo ſcilicet & laborioſiſſimo, prae caeteris eminuerunt P. Albertus de Albertis, P. Hieronymus Petruccius, & P. Dominicus Muſantius, in rhetoricae facultate olim praeceptor meus. Horum, eo ſuper* Vocabulario, *volumina manu exarata, & ſchediaſmata, ut ipſe in poſterum quantulacumque meae diligentiae acceſſione obſervarem, augerem, & caſtigarem, atque iiſdem perficiendis, atque adeo typis edendis, meam etiam conferrem ſymbolam, mandarunt mihi moderatores mei*.

(*b*) Guilhelmum Sirletum ſignificari puto.

San-

Digitized by Google

Sanſonio (c), non nihil praeterea de epiſtola & de ſtudiis tuis. c
ſed quando occupationibus eſt factum tuis, ne tu ad nos ire (d) d
potueris, aut nihil tanti putaſti, quo illum itineris laborem ſuſciperes, ne nunc quidem te urgeo. tantum a te peto, de rheda ne fruſtreris. eſt enim mihi & Gulielmo craſtinus dies dictus viſendis ſeptem fanis (e), cujus ego voti ſponſione Deo e
ſum obligatus.

(c) Sanſoniorum familia apud ſavonenſes praecipua cum vetuſtate tum nobilitate cenſetur.

(d) Ejuſdem domus parietibus Pogianus atque Nobilius, ut alibi dictum eſt, continebantur. ille igitur, ſive quod minus belle haberet, ſive quod valde occupatus eſſet, e ſuo ad Nobilii cubiculum aliquem miſerat rogatum, ut ad ſe accedere, rei, quae ad eum pertineret, cauſa, ne gravaretur. id quod facere Nobilius praetermiſerat.

(e) Eadem *ſeptem fana* hac etiam aetate frequenter admodum ac religioſe inviſuntur. ea autem ſunt ſeptem urbis, quae dicuntur, baſilicae, videlicet S. Petri, S. Paulli, S. Sebaſtiani, S. Joannis euangeliſtae, S. Crucis, S. Laurentii, S. Mariae majoris. quae quum omnes non niſi quatuordecim ferme paſſuum millibus obiri poſſint, valde ad ejuſmodi iter conficiendum currus commoditas & equorum celeritas expeti ſolet.

XLIV.

Jul. Pogianus N. N.

Quae me cauſa primum impulit (a), ut te inſtituendum a
ſuſciperem, eadem nunc facit, ut in ea ſententia libenter maneam. ego enim, cum audirem, te omnibus naturae bonis eſſe inſtructiſſimum, & praeterea ſtudio artium opti-

(a) *impedit* cod. vat. in quo uno codicillum hunc reperi pag. 254. cujus lectionem hanc, certe mendoſam, ita, ut vides, emendavi. Illud etiam dicam, dubitare me, ad Nobiliumne an ad alium datus ſit hic codicillus, in quo extremo *Coſmus* quidam, *conſobrinus* ejus, ad quem ſcriptus eſt, *tuus* appellatur, qui Nobilio fortaſſe nullus ejuſmodi fuit. multos certe alios, praeter Nobilium, adoleſcentes aliis atque aliis temporibus Pogianus inſtituit. praeter enim eos, ad quos datas ab illo litteras, hujuſce rei teſtes, ſuis deinceps locis proferemus, de uno nuper didici, cum Scipionis Ammirati opus inſcriptum *Delle famiglie nobili fiorentine* lectitarem; in quo pag. 149. leguntur illa: *Gio. Battiſta, figliuolo di Bartolomeo* (Concini), *nato l'anno* 1532. *hebbe per precettore delle lettere humane Giulio Poggiani; ma, paſſato agli ſtudj delle leggi, udì in Padova Guido Pancirola, e in Piſa Giulio Solerno, e Girolamo Malavolti.* Pogiani etiam in humanioribus litteris diſcipulus fortaſſe fuit Claudius ille Strambonius ad quem Paulli Manutii exſtat epiſtola libri IX. decimanona, VIII. id. maj. an. 1569. data, in qua *Amo*, inquit, *tuos mores: ingenium plurimi facio: ſtudia laudare numquam deſino. poſſum autem, ex iſta mente quae virtutum ubertas aliquando futura ſit, facile divinare. & hac quidem ſpe, ſi verum ſcire vis, jacturam illam, quam interitu Julii Pogiani romanae litterae fecerunt, aliquanto levius fero.*

optimarnm incenſum, ut reliqua omnia prae illis contemnere videreris, nihil tantopere cupiebam, quam apud te docere, meamque operam tibi navare. factum eſt divino plane conſilio, ut tu me praeceptore utereris. vidi ingenium, vidi cupiditatem diſcendi tuam. omnium mihi feliciſſimus ea re videbar. acciderunt interdum nonnulla, quibus ad optima ſtudia languere viſus es. non deſperavi: ſed vehementer dolui, eum adoleſcentem, qui ſummam ſpem omnibus doctrinae & eloquentiae attulerat, in medio fere curſu turpiter conſiſtere. ſed non eſt ita; non remiſiſti diligentiam; verum mihi, quod vehementer optabam (*b*) ita viſus es. nunc non modo me non ſpem abjicere dico de te, ſed melius ſperare, quam antea fecerim. quare te etiam atque etiam rogo, ut te (*c*) eundem praeſtes, qui & mihi ſemper cognitus & a laudatis viris commendatus es. haec ſcripſi ita repente, ut nihil unquam minore cogitatione. Coſmus, conſobrinus tuus, te de hac re faciet certiorem.

(*b*) Aliquid huic loco deeſſe videtur. (*c*) Omitt. cod. vat. Addidi.

X L V.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

DUM epiſtolam, quam in latinum convertas, ad te mitto, velim mihi exponas, quid tibi in animo ſit facere; meque ne celes quid ſit, quod me tam mature & accerſieris & dimiſeris: qua omnino in re hujus diei tempus ponere decreveris, quae tua ſit cogitatio, quae cupiditas, me certiorem facias velim. ego totus in hoc ſum, ut pontificem poeniteat ſui judicii, qui illam noctuam (*b*) Romae videri velit, te vero cogat domeſticis finibus te continere. quod ſi mecum in hanc voluntatem incumberes, brevi, omnibus bonis & doctis comprobantibus, quorum jam ſtudia habemus, ageremus triumphum cum de ipſo pontifice, tum de noctua, ac de omnibus (*c*) non tui ſtudioſis. ſed quid potiſſimum hoc tempore te delectet, quid cupias, quid velis, me ut certiorem facias, a te, pro meo ſummo in te amore atque obſervantia, etiam atque etiam peto.

(*a*) Hic quoque codicillus a ſolo codice vaticano eſt.

(*b*) Neque, quis *noctuae* nomine ſignificetur, Pogianus ſcire nos voluit, & nos nimis curioſi ac valde intemperantes ſimus, ſi ſcire voluerimus.

(*c*) *omnibus tuis ſtudioſis &c.* cod. vat. Loco, certe non ſano, quam potui medicinam adhibui.

peto. unum oro atque obſecro, ne cui rei mane (*d*) operam a
des. perirent enim nobis omnia, quibus adverſarios & ſuperamus, & propediem ſumma cum gloria noſtra ſuperabimus.

(*d*) Haec quoque ſana non ſunt. fortaſſe legendum eſt *inani*, non *mane*.

XLVI.

Jul. Pogianus N. N.

EGO vero non te jam, ut antea, ad ſtudia literarum cohorter. nihil enim proficeres iſta mente atque animo, de quo id affirmo, quod hodie tibi coram dixi; illud praeterea, quod improbiſſime a te tractor, nihil poſthac mihi tecum fore conjunctum. quare etiam tibi perpetuas inimicitias denuncio: vive, loquere, ſtude, ut ſoles: nihil ad me. Li-
brum numiſmatum (*a*) reddas neceſſe eſt. Pyrrhus (*b*), quod a a b
te perlectum jam putat, eo uti vult. ſed quid ago? ne id quidem ad me pertinet.

(*a*) De *numiſmatum* hoc *libro* vide epiſt. 41. *Praeclarae* pag. 48.

(*b*) De Pyrrho vide eamdem epiſtolam.

XLVII.

Jul. Pogianus N. N.

VIX arbitror, fieri poſſe, ut ex ſenatu (*a*) rediens nullam lite- a
ris operam des. an non te ille adſpectus accendit ad ſtudia?
non ille conſeſſus (*b*) praeſtantiſſimus ampliſſimorum patrum de b
eo admonet, te patris nomen (*c*) aſſecutum eſſe, nullamque tibi c
poſthac cum pueris conſuetudinem eſſe debere? quid? ſummae expectationis onere cum opprimeris, non laudis, tibi propoſitae, fulgore praeſtringitur acies animi atque ingenii tui? non patris (*d*) d
deſiderium, non aſſiduae cohortationes meae, non denique
facta (*e*) ac promiſſa tua tam multa in eam mentem impellunt, e
ut virtuti & bonis artibus ſtudeas? quid dicam? illud dico, vereri me, ne oblitus ejus perſonae, quam ſuſtines, id eſt tui ipſius, quam alte adſcenderis non intelligas, propterea que in iſtis pue-
rilibus

(*a*) *ſenatum* Pogianus dicit, quod vulgo *conſiſtorium* appellant. eſt autem *conſiſtorium* cardinalium conſeſſus, pontifice maximo praeſidente, cum iiſque de publicis rebus agente.

(*b*) *conſenſus* cod. vatic. pag. 245.

(*c*) In ſenatum adlecti, *patres* nominantur.

(*d*) Vincentii.

(*e*) Fort. *pacta*.

Google

rilibus nugis totum diem conſumas. concipe jam animo Britanniam, Germaniam, caeſares, reges, provincias adminiſtrandas. haec ad cardinales in primis pertinent. tum tui officii memineris, cum illa animo cogitaveris. ad illa autem obeunda munera, quando cardinalis es, literarum itineribus facile pervenies: quarum ſtudia contemnens (id, quod mihi facere vidéris, cum hodie nihil legeris, audieris, ſcripſeris) non modo honores illos ſperare, ſed ne optare quidem debes. ad ea ſtudia ſi
f g nihil te aliud incitat, inflamment Theatini (*f*), Poli (*g*), Cer-
h i vini (*h*), Moroni (*i*); quos cum tantopere laudes, ita negligenter ſtudendo vidéris id, quod in illis ipſis maximam laudem habet, aut ignorare aut nolle imitari.

(*f*) Theate, ſive Teate, marucinorum urbs eſt in Aprulio citeriore, non archiepiſcopalis, quod Philippus Ferrarius & Michaël Antonius Baudrandius in ſuis *lexicis geograph.* affirmant, ſed epiſcopalis. hujus urbis epiſcopus card. Joannes Petrus Caraffa cum eſſet, *cardinalis theatinus* vulgo audiebat.

(*g*) Card. Reginaldus Polus: de quo pluribus agemus, cum, haud ita multo poſt, ad Nobilii ad ipſum datas litteras venerimus.

(*h*) Card. Marcellus Cervinius: de quo vide epiſt. 4. *Etſi* pag. 9.

(*i*) Card. Joannes Moronus: de quo conſule Ciacconium, & volumen hujus noſtri operis tertium.

XLVIII.
Jul. Pogianus N. N.

QUam vana ſunt, quae toties de te polliceris! calent jam non modo aures meae pollicitationibus tuis, ſed omnium eorum, qui apud te diverſantur. aude negare, ullum fuiſſe diem, poſteaquam me audire inſtituiſti, quo non mihi affirmaris, brevi te, flagranti tuo ſtudio fretum ac diligentia ſingulari, nemini, non dico aequalium tuorum, ſed multo majori, doctrinae & eloquentiae laude conceſſurum eſſe. o conſtan-
a tiam promiſſi & fidem miram! ſecundus jam eſt annus (*a*), cum apud te doceo (quam diligenter, judicent alii de me), ſed jam ſecundus eſt annus: & tamen ſic cum in latino ſermone tum in ſcriptoribus explicandis haeres, ut nihil unquam rudius viderim. nunc vero non deſiſtis eadem illa de te polliceri. ſcis enim, me poſſe tecum ea de re non ſolum multorum teſtimoniis, ſed quaſi obſi-

(*a*) Non exactus ille quidem, ſed adhuc in curſu. quum autem initium Nobilii inſtituendi Pogianus fecerit non ante annum 1553. videtur hic codicillus fuiſſe ſcriptus ſive per aeſtatem ſive per autumnum anni 1554.

Digitized by Google

obſignatis tabellis (*b*) agere, ut & graviſſimis teſtibus & ſcripto *tuo* poſſis argui. pudet me, ut leviſſime dicam, vanitatis & levitatis iſtius, qui vel nudiuſtertius mihi dixeris, te conſtituiſſe damnum ſuperioris temporis omnino ſarcire, ac jam praeclaram quandam ſtudiorum rationem iniviſſe, qua ad menſem fore confideres, ut plurimum in literis proficeres. quam ſit illa apta & accommodata ratio ſarciendi temporis amiſſi totos dies ludo & ſomno traducere, tuum ſit judicium. nae tu homo ridiculus es, qui facta verbis faciliora exiſtimes.

(*b*) Cicero V. *Tuſcul. quaeſt.* c. 33. *Tu & teſtificaris quid dixeris aliquando quidem tabellis obſignatis agis mecum, aut ſcripſeris.*

XLIX.

Jul. Pogianus N. N.

VIdeor mihi navaſſe operam quod te proximis literis vanitatis accuſarim (*a*), quibus, ut nihil aliud, certe hoc profeci, te languentem ad latine ſcribendum excitavi. fac modo, ſi laudis es cupidus, ut ad meas literas poſthac ſemper tempore, hoc eſt cum primum eas acceperis, reſpondeas. ſic *enim fiet*, ut *nullum* diem literarum praetermittas. quae ſane exercitatio tantam habet utilitatem, ut, qui ea diu multumque non utatur, tametſi & natura & arte valeat, tamen ea vel nihil, vel omnino parum, ei ad ſcribendum dicendumve proficiant. quare aut hoc inſtitutum ſerva, aut aliud agamus. ſed profecto eris in officio. aequalitatem vultus & frontis tuae tam in lucro, quam in jactura, cura uti nemo ex colluſoribus tuis poſſit requirere. ut enim aurum igne, ſic hominis animus iſtiuſmodi ludo probatur.

(*a*) Haec epiſtola neque in Gratiani, neque in vaticanae bibliothecae codice, proxime ſuperiorem ſequebatur, quin *immo* ab ea longis in utroque intervallis aberat. recte heic a me collocatam eſſe agnoſcet, qui hunc ipſum locum cum ſuperiore illo compararit; *Pudet me, ut leviſſime dicam*, vanitatis *& levitatis iſtius &c.*

L.

Jul. Pogianus N. N.

NISI te valde amarem, neque objurgationibus, neque majori *illa* verborum contentione, neque acriori gravitate uterer; & omnino facile paterer, te etiam multo, quam ſis, cum in ſtudendo tum in ſcribendo negligentiorem eſſe. ſed, quia te nimio

mio plus diligo, accuſo interdum negligentiae liberius; quam
mea etiam natura ferre videatur. video enim quantam laudem
aſſecuturus ſis, ſi hominum de te judicio reſponderis, hoc eſt,
ſi, id quod non facis, diligentiſſime ſtudueris: contra vero,
quantam opinionem inertiaene an tarditatis dicam? niſi te ipſe
a retexueris (*a*). quae ſane cogitatio de te me ſaepius excruciat.
tunc illas in te objurgando adhibeo faces verborum, quibus ego
b quoque totus exardeo (*b*). quanta haec ſint amoris ſigna niſi
intelligis, quid dicam neſcio. unum hoc Deum opt. max. obſecro & obteſtor, ut eo tu literarum ſtudio incendaris, quo ego tui inflammatus ſum. vide, amabo te, ne tibi poſthac mea ſcripta excidant.

(*a*) *retexeris* exempl. Emendavi.

(*b*) Peritiores grammatici negant, verbum *exardeo* apud idoneos ſcriptores reperiri: nam *exarſi*, quod eſt certe valde illis uſitatum, non ab *exardeo*, ſed ab *exardeſco* derivari.

L I.

Jul. Pogianus N. N.

a SI mihi per te & nonnullos alios (*a*), quos in praeſentia non nominabo, licitum fuiſſet te, quemadmodum tua & aetas & dignitas poſtulabant, inſtituere, nunc certe tum a literis tum ab optimis moribus ita paratus & inſtructus eſſes, ut in nullam bonorum & doctorum virorum reprehenſionem incurreres. ſed factum eſt cum tua tum aliorum culpa, ut me vel audire nolueris, vel verbo tantum audieris. quare fit, ut multi multa in te requirant. quinetiam veſperi quaedam commiſiſti, quae nunquam aperiam; neque omnino te unquam poſthac ulla de re admonebo. nam, ſi ſuperioribus temporibus nullum apud te pondus habuerunt admonitiones meae, ne in poſterum quidem habituras reor. valebis igitur, & mihi, id quod ſemper feciſti, nunquam obtemperabis.

(*a*) Eamdem querelam perſequutus Pogianus eſt in quadam ſua ad card. Marcellum Cervinium *epiſtola*, quam non multo poſt ſuo loco receuſebimus.

L I I.

Jul. Pogianus N. N.

a EXpecto tuas literas, quarum (*a*) mihi hodie poſt meridiem magnas expectationes commoviſti, quibus ſane literis de iis, quae tua maxime interſunt, erudiri cupio. quod ſi tibi ad id,

(*a*) *quantas* cod. vat. ex quo uno hunc codicillum pag. 255. promſi. Emendavi.

id, quod quaeris, ullam opem afferre potero, non committam, ut meum ea in re officium deſideres. volo etiam, ſi modo id aſſequi potero, te in hac ſcribendi exercitatione retinere. Vale: & Ciceronem lege, & ad ejus imitationem ſaepiſſime ſcribe.

L I I I.

Jul. Pogianus N. N. (*a*) *a*

VIdeo, tibi in animo eſſe nullam amplius literis operam dare. quatuor enim ſunt dies, cum ne literam quidem aut ſcripſiſti aut legiſti. quare peto a te, ut me hac ſollicitudine liberes aliquando, hoc eſt, ut mihi id, quod res eſt, explices, tibi literarum ſtudia eſſe permoleſta, teque conſtituiſſe aliis rebus incumbere (*b*). fiet enim, ut hoc pacto & tibi con- *b*
ſulas (nam nihil poſthac a te magnum homines expectabunt, quem videbunt literis multam ſalutem aperte dediſſe), & mihi proſpicias, quem, quod tibi nulli (*c*) ſim uſui, ad alios erudien- *c*
dos potes dimittere.

(*a*) *Hic quoque codicillus a ſolo vaticano codice eſt, itemque, qui proxime ſequentur ſex.*

(*b*) *Incumbere*, hoc eſt, *operam dare*, *alicui rei*, pro *in*, ſive *ad*, *aliquam rem*, apud probatos latinitatis auctores, fortaſſe non reperias.

(*c*) *nullo* cod. vatic.

L I V.

Jul. Pogianus N. N.

QUae (malum!) eſt iſta ratio? decem dies in epiſtola conſcribenda conſumis; ut verear interdum, ne totum tibi tempus perierit, quod & in Cicerone legendo & in me audiendo poſuiſti. expergiſcere aliquando, &, quid te praeſtare oporteat, tecum, quaeſo, cogita. noli committere, ut unus ſis, in quo & pontificis maximi, & tot taliumque cardinalium judicium reprehendatur. expecto tuas literas: quas niſi veſperi ad me miſeris, de te omnino deſperavi.

Digitized by Google

L V.

Jul. Pogianus N. N.

SI mihi per te liceat, me hodie ad divi Pauli (*a*) velim conferre. nam, cum mane ad ſeptem aras in templo ſancti Petri (*b*) Deum & Mariam virginem ſalutarim, illa mihi ut huic pio muneri ſatisfaciam, aedes reliqua viſenda eſt. quod tamen ita mihi abs te concedi cupiam, ſi nulla pomeridianis horis opera mea tibi utendum exiſtimas. ad veſperum tibi praeſto ero. Gulielmus (*c*), & Phaërnus tibi manus oſculantur. Nunquam (*d*) perturbatiore animo ad te ſcripſi. ſed Deus viderit, ut ſpero: nam ad illum omnia refero.

(*a*) Subaudi *aedem* ſive *baſilicam*, extra urbem in via oſtienſi.

(*b*) Heic videtur pia quaedam illius, qua haec ſcribebantur, aetatis conſuetudo ſignificari, non omnes quidem ſeptem urbis baſilicas, ſed duas dumtaxat uno eodemque die inviſendi; quarum in altera, nempe S. Petri, ſeptem item arae, eae potiſſimum, quae Mariae virgini dicatae eſſent, religionis cauſa adirentur. Joannes Severanius in opere, quod inſcripſit *Memorie ſacre delle ſette chieſe di Roma*, Romaeque anno 1630. Jacobi Maſcardii typis vulgavit, parte II. has ſeptem baſilicae S. Petri aras, frequentari vulgo ſolitas, commemorat: 1. pag. 38. *SS. Proceſſi & Martiniani*: 2. p. 40. *S. Michaëlis archangeli*: 3. p. 43. *S. Petronillae*, 4. p. 46. *Deiparae virginis*: 5. p. 50. *SS. Simonis & Judae*: 6. p. 54. *S. Gregorii*: 7. p. 56. *Pietatis*, ſive *S. Mariae*. Baſilicae autem S. Paulli has ſeptem aras recenſet: 1. p. 77. *SS. Apoſtolorum*: 2. p. 80. *S. Crucifixi*: 3. p. 82. *S. Stephani*: 4. p. 83. *B. Virginis in caelum aſſumtae*: 5. p. 84. *S. Benedicti*: 6. p. 85. *S. Paulli*: 7. p. 87. *Deiparae virginis*. Baſilicae S. Sebaſtiani non niſi quinque has numerat: 1. p. 102. *Deiparae virginis ac S. Bernardi*: 2. p. 104. *S. Caroli Barromaei*: 3. p. 105. *S. Sebaſtiani*: 4. p. 106. *Sacrarum reliquiarum*: 5. ibid. *S. Hieronymi*. Baſilicarum S. Laurentii & S. Mariae majoris ſeptenas aras idem auctor conſtituit: at S. Joannis euangeliſtae, & S. Crucis aras nullo certo numero definit.

(*c*) *Gulielmus phernus oſculantur &c.* cod. vat. Quid facerem? debuine monſtroſa haec ferre, & librariorum haec flagitia, ac tantam corruptiſſimi loci perverſitatem retinere? Emendavi, ut potui, ſi non vere, certe ad ſententiam intelligentiamque commodius. De Guilhelmo Sirleto dictum eſt alibi: de Gabriele Faërno, ſive Phaërno, vide hujus operis volumen II. pag. 186. & ſeqq. 359. & ſeqq.

(*d*) Num haec ad hunc codicillum pertineant, an ex alio in hunc librariorum negligentia immigrarint, divinare quis poſſit?

L V I.

Jul. Pogianus N. N.

MIhi veſperi epiſtolis ad Atticum opus eſt ad quaedam, quae in manibus habeo, perficienda. quare, cum duo earum epiſtolarum corpora apud te ſint, peto a te (quod commodo

modo tuo facere poſſis) ut alterum mihi accommodes. Morior deſiderio tuarum literarum.

L V I I.

Jul. Pogianus N. N.

Quam ſint inania atque omnino vana, quae dicas, cum antea ſemper cognovi, tum proxime etiam perſpexi. ut primum enim heri apud te fui, occurriſti tu quidem, ut mihi ſatisfaceres, & quaſi offam quandam objeciſti, cum diceres, te in aedibus pontificis miſiſſe quendam, qui videret, an ibi eſſem, & ad te adduceret. falſum id eſt. tantum enim abeſt, ut tu me accerſieris, ut etiam admonitus a quopiam reſponderis, primum non opus eſſe, deinde victus conſcientia juſſeris me accerſiri. vides, Dei voluntate omnia ad me de te deferri. ſed quanti id refert, cum mihi moleſtius fuerit venire ad te, quam ad alium quemlibet? ſed tamen hoc ipſum reliquis adjungam, quae ſunt ſexcenta. illud certe exploratum habeo, te (*a*), omnibus & bonis & doctis judicibus, indignum eſſe, qui me apud te habeas. verum tu is es, qui millies mori malles, quam mentiri (*b*).

(*a*) *te indignum eſſe. qui me apud te habeas, & omnibus & bonis & doctis judicibus verum &c.* cod. vatic. Quod heic facio, faciam etiam alibi poſthac, ut hujuſmodi locos, qui mihi inſigniter depravati in vaticano codice viſi ſunt, quibuſque aliquam meam emendationem adhibui, tantummodo indicem. ſatis hoc eſſe, ad probandam aliena ſcripta edentis fidem, videtur.

(*b*) Haec certe, niſi εἰρωνικῶς dicta accipiantur, cum ſuperioribus non cohaerent.

LVIII.

Jul. Pogianus N. N.

NON poſſum diſſimulare quid ſentiam: quod mihi ſemper in animo fuit ſecundum naturam vivere. quare non poſſum non tibi illud ſignificare, quod de te judico. tu nulla re minus, quam literis delectaris. itane vero? totum diem nullam, niſi nugis, operam dediſti. at brevi te poenitebit & non ſtuduiſſe, & iſtud veſpertinum tempus cum pueris conſumpſiſſe. neque noſti aut meminiſti qui ſis. Julius (*a*) ait, abſurdum eſſe iterum

(*a*) Julius Conſtantinius ſignificari videtur, qui fuit Nobilii ab epiſtolis. vide epiſt. 12. *Venimus*. Ab hoc igitur Julio ſcribi quaſdam litteras Nobilius ad ſororem ſuam voluiſſet. negabat Julius, eas a ſe poſſe, nullo jam gravi argumento relicto, niſi ineptiarum pleniſſimas ſcribi.

Digitized by Google

iterum ad ſororem tuam ſcribere, quod nullum jam reliquum ſit argumentum, niſi ad ineptias omnium ineptiſſimas coutugere volueris. quod ſi vis ineptus videri, quid eſt, quod ipſe non ſcribas, ne omnes ſuſpicentur, priores literas tuas non fuiſſe? ſed tua & ſtudendi negligentia & conſuetudo cum iſtis pueris me vehementer angit, te autem brevi vehementiſſime cruciabit.

L I X.

Jul. Pogianus N. N.

HIC dies, quem tibi initium ſtudendi multum & diligenter allaturum dixeras, ſegniorem te, ut video, ad ſtudendum reddidit. jam duas horas in ſcribendo poſuiſſe oportuit, ut reliquum tempus diei lectioni detur; nequedum tamen me accerſiri jubes. nihil dicam gravius (non enim id ſummus meus in te amor patitur); tantum dico, te iſtis moribus parum omnino profecturum eſſe. toti dies, noctes etiam magnam partem conſumendae ſunt in ſtudiis iis, qui aliquo doctorum & eloquentium numero eſſe volunt. ſed jam haec contrita ſunt. tu vide, ne aliud nobis agendum ſit. ſed millies mori malim, quam ut ita ſit.

L X.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

FAlſo quereris de natura, quae te ſic finxit ad omnem laudem, ut in celeberrima ac principe terrarum civitate perpauci ſint iſto loco nati aequales tui, quibus illa dederit tot tantaque inſtrumenta virtutis, quot quantaque aequus judex in te
b eſſe animadvertet (*b*): ut, cum eximiis tuis bonis vix contentus eſſe videaris, vel iniqui vel ingrati animi crimen habeat neceſ-
c ſe ſit oratio tua. & vero ſi tecum agat natura (*c*) (tantiſper enim,

(*a*) Ad Nobiliumne Pogianus, an ad alium ex tam multis, quos habuit diſciplinae ſuae alumnos, codicillum hunc ſcripſerit, nondum potui ulla ſatis certa atque perſpicua ratione conſtituere. in Gratiani codice ii, qui ſunt ad Nobilium, ſimul collecti reperiuntur: hic autem alio, atque illi, loco perſcriptus eſt; ut propterea non ad Nobilium pertinere videatur. rurſus locus ille, qui eſt in medio ferme codicillo, ubi *collegae* (certe in cardinalatu) neſcio cujus ſit mentio, facit, ut de Nobilio cogitare debeamus. Lector dijudicet.

(*b*) *animadverteret* cod. vatic.

(*c*) *natura tantiſper; ſic enim &c.* exempl. *natura, tantiſper, ſic enim &c.* cod. vatic.

Digitized by Google

enim, dum tecum loquor, ipſam a Deo, quae re non poteſt,
cogitatione ſejungam) ſi igitur ita tecum loquatur: „ Quod ha-
bes a me ingenium, quam etiam iſta aetate prudentiam, quos
denique ad explicandum animi motus, cum aliquo, qui iſta
aetate ſit (*d*), qua tu es, facile commutares „? Corporis con- *d*
ſtitutionem fortaſſe tu dicas te malle neſcio cujus collegae tui.
Quae (*e*) tibi ſic fortaſſe reſpondeat: „ At illo taurus & admiſſa- *e*
rius eſt robuſtior. ut, cum de vi & robore corporis agatur,
magis ſit brutorum optanda natura. ſed, ſi de virium firmitate
loquimur, quibus ſe & vitam ſuam tueri homines poſſint, nihil
eſt, quod te poeniteat tuae conſtitutionis; modo ne praeſidia
valetudinis in intemperanti aliqua exercitatione conſumas „. Sed
redeo ad querelam eloquentiae tuam: quae nihil aliud eſt, niſi
ingenioſa & prudens oratio. ingeneravi ego animo tuo iſtius
gloriae cupiditatem, nec adjumenta non (*f*) dedi ejus compa- *f*
randae facultatis. ſi ita ſentis, non noſti tua bona; ſi loqueris,
quod non ſentis, non videris meminiſſe quod ſit proprium (*g*) *g*
officium chriſtiani hominis. habes tu quidem (*h*). *h*

(*d*) Omitt. exempl. & cod. vatic.

(*e*) *qui* cod. vatic. Retinui quod erat in *Gratiani exemplari*, nempe *quae*. ſubaudi autem *natura*.

(*f*) Omitt. exempl. & cod. vatic.

(*g*) Inter chriſtiani hominis officia illud praecipuum eſt, ne aliter quis loquatur ac ſentit: quod dominus Jeſus Chriſtus illis verbis apud Matthaeum cap. V. v. 37. praecepit: *Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non.*

(*h*) Reliqua deſiderantur.

L X I.

Jul. Pogianus N. N.

NUnquam exiſtimaſſem, me, pro hoc munere erudiendi
tui, cui a patre tuo praepoſitus ſum, proque mea in te
inſtituendo diligentia, a quoquam tuorum, praeſente te, verbis
tam male acceptum iri. quae quoniam, nulla neque honoris tui
praeſentis, neque dignitatis patris abſentis, neque omnino officii
mei ratione habita, committi video, dabo operam, ne & diſſo-
lutus ipſe (*a*) in permittendo, & tuae patriſque (*b*) tui dignitatis mi- *a b*
nus amans in diſſimulando eſſe videar. quamobrem curabo, ut
non ſolum meis, ſed certorum & graviſſimorum auctorum lite-
ris pater ipſe (*c*) certior fiat de iis injuriis, queis (*d*), a quo mi- *c d*
nime

(*a*) *ipſe omittendo & &c.* cod. vat. e quo codicillum hunc promſi. Cicero lib. V. Act. II. in Verr. cap. 7. *Crudelis in animadvertendo, diſſolutus in permittendo.*

(*b*) *patris* id.

(*c*) Vincentius, Roberti noſtri pater, Roma aliquot anni 1554. menſibus abfuit, in Etruria, belli ſenenſis cauſa, commoratus; unde ineunte, quemadmodum conjectura mea fert, novembri menſe in urbem reverſus eſt.

(*d*) *quas* cod. vatic.

Digitized by Google

e nime omnium decebat, in tuo cubiculo ſum affectus: quae (*e*)
f g non impune (*f*) laturum, pro ejus (*g*) prudentia, facile confido. interea fortunam meam lugebo, qui unus, te, & diſcipulo
h & cardinale (*h*), audiente & vidente, multis praeterea praeſentibus, cum alias ſaepe, tum maxime abhinc tres menſes in qui-
i rinali (*i*) in tuo cubiculo eandem indignitatem perferre neceſſe habuerim. harum vero literarum non ſolum apud me, ſed apud nonnullos & bonos & doctos viros exemplum aſſervabitur, ut hoc teſtimonio multi poſthac ſuis rationibus melius conſu-
k lant, quam meis ipſe proſpexerim (*k*).

(*e*) Hoc eſt, quas rea: nempe injurias ipſaa, quibus ſum in tuo cubiculo, a quo minime omnium decebat, affectus. verum fortaſſe non *quas*, ſed *quem* Pogianus ſcripſit, ſive Vincentium patrem, ſive eum, a quo tantis injuriis affectus fuerat, ſignificans.

(*f*) Si *laturum*, quod continuo ſequitur, ad injuriarum auctorem referre volumus, recte is dicetur *non impune laturus* id, quod commiſit: ſin autem ad Vincentium patrem referri *laturum* Pogianus forte voluit, tum ei *non leute*, minime vero *non impune* dicendum fuit.

(*g*) Vincentii patria.

(*h*) *cardinali* cod. vatic.

(*i*) Scil. monte.

(*k*) *perſpexerim*. cod. vatic.

LXII.

Jul. Pogianus N. N.

Mihi gaudeo, tibi gratulor, te rediiſſe in gratiam cum Chri-
a b ſto (*a*); qui nunc apud te, vel potius tecum (*b*) eſt. quamobrem tuae partes ſunt nihil agere poſthac, nihil cogitare, nihil loqui, niſi quod cum illius laude & honore conjunctum ſit. fac illi vota ſaepius pro ſalute animae tuae: precare eum, ut tibi ſemper praeſto ſit, ne quicquam unquam committas,
c quod ejus voluntatem offendat. De iſtis (*c*) tibi ſuadeo, ut primam expectes occaſionem. quod ſi commiſerint aliquid vel verbo, tum illo, quem ſcis, accerſito, inde eos omniuo ſummoveas: ſin quieverint ad patris adventum, e cubiculo dimittantur. ferendi nullo modo ſunt. ſed prudenter agendum.

LXIII.

(*a*) *Redire in gratiam cum Chriſto*, ſive *cum Deo*, itemque *Chriſto*, ſive *Deo*, *reconcillari* de eo Pogianus ſolet dicere, qui poenitentiae atque euchariſtiae ſacramenta rite ſuſceperit.

(*b*) Plus hoc, quam illud, eſt. *apud aliquem eſſe* dicitur, qui domi ejus eſt; *cum aliquo eſſe* is, qui ei proximus aut etiam intimus eſt.

(*c*) Aliquos ſive e domeſtica Nobilii familia, ſive qui ejus domum frequentarent, rectam ac probam adoleſcentis inſtitutionem pravis ſive ſermonibus ſive exemplia intervertentes, ſignificat.

LXIII.

Jul. Pogianus N. N.

Conſtitueram te, cum primum me viſeres, de nonnullis admonere, quae ad tuam latine ſcribendi rationem pertinere ſum arbitratus. quod quando, tu cum apud me eſſes, mihi excidit, illa ipſa tibi hac epiſtola commemorabo. admonitio autem omnis haec eſt. primum, iſtam ſcribendi conſuetudinem ne intermittas: nihil eſt enim, niſi id aſſidue facias, quod facilius dediſcas, quam latine ſcribere. deinde, ne tuo judicio contentus in tuis ſcriptis ea recta exiſtimes, quae tibi probentur: magno enim id permultis impedimento fuit, ne hanc ipſam facultatem aſſequerentur. denique, ne illis utaris judicibus, qui rei intelligentiam non habeant. haec vitia ſi vitaris, facillime quod cupis conſequéris. nam (ut vere & libere dicam, quemadmodum ingenium, officium, & mea in te benevolentia poſtulat) adhuc multa deſidero in tuis epiſtolis. requiro interdum propriam vim verborum; requiro preſſius ſcribendi genus; cupio nonnulla dici membratim, alia etiam inciſim. dum enim omnia ambitu quodam & numero concludere conaris, idque praeclarum judicas, ea vidéris ignorare, quae veteres ſcriptores de conſcribendis epiſtolis memoriae tradiderunt. denique velim tuae literae purius & familiarius loquantur. ſi curam & diligentiam adhibueris, brevi te, quantum profeceris eo in genere, non poenitebit: ſin minus, tua iſta ſcriptio, mihi crede, apud doctos & eloquentes viros nullam laudem habebit. Habes ſententiam, ſi minus prudentis hominis, certe ejus, qui & te amet, & tua cauſa omnia cupiat.

LXIV.

Jul. Pogianus N. N.

Quam vellem, qua ludendi es, ea ſtudendi cupiditate eſſes incenſus! facile enim hominum ſermo de te reſtingueretur, qui te leviſſimis rebus delectari dictitant, neque quicquam habere, quo pontificis judicium in te adornando probari poſſit. ſed vereor, ne iſtud vitium, quemadmodum nonnulla alia, natura tibi inſitum, diuturna conſuetudine ita confirmatum ſit, ut nulla ratione tolli queat. nam, ſi praeceptis aut admonitionibus aut omnino exemplis, quae vera ac ſola male affecti animi ſunt remedia, id malum ſanari potuiſſet,

certe eſſet depulſum: omnia enim haec a me in te curando ſunt adhibita. faciam igitur, quod boni medici ſolent, qui, cum in aegrotum aliquem incidunt, qui nulla ratione curari poſſit, ne is ſumptum fruſtra faciat, admonent hominem, omnem ſuam operam in illo curando irritam fore. ſic ego tuum iſtum morbum ejuſmodi eſſe, tibi affirmo, qui nulla opera mea ſanari poſſit.

L X V.

Jul. Pogianus N. N.

SCio, te paratam habere excuſationem, qua cras mane utaris, te idcirco reſcribere non potuiſſe, quod occupatus eſſes in recitandis precibus. ſed non id ex te requiro, non ſolum ne illam tuam afferas infantiae & inſcitiae cauſam, *Viſne omittam divinas preces?* (o ſummum ſimulationis artificium!)
a ſed etiam (*a*), quod nihil mihi infantiſſimis tuis literis eſt acer-
b bius, nihil aliorum (*b*) jucundius. quod mox quam vim habeat, intelligetur. peream, ſi ad te ſcripſi ut reſcribas, ſed ut intelligas, me nonnullorum literas legiſſe, quas, ſi videres, & famae tuae, quam pro nihilo habes, conſuleres, certe con-
c cideres (*c*).

(*a*) Voces hae duae *etiam quod* abſunt ab exempl. & a cod. vatic. quas, ne nihil ſuperioribus illis *non ſolum* reſponderet, neceſſario addendas exiſtimavi.

(*b*) Alphonſi Caraffae potiſſimum litterae, niſi fallor, ſignificantur: de quibus, qui proxime ſequitur, codicillum vide.

(*c*) Non a *cóncido*, quod eſt a *cado*, ſed a *concído*, quod eſt a *caedo*, derivandum puto, hac ſententia: „ Tam ſunt latine atque eleganter ſcriptae, quas dico, litterae, ut, ſi in manus tuas venirent, eaſque legeres, tanto infantiae atque imperitiae in ſcribendo tuae pudore ac dolore afficerere, ut illas, ne exſtarent, tibique convicium perpetuum facerent, in fruſta concideres atque concerperes „.

L X V I.

Jul. Pogianus N. N.

a NON jam Robertus Nobilis (*a*) cardinalis, ſed Alfonſus
b Carafa (*b*) ſtudiorum & latine ſcribendi laudem habet, qui, cum & ſuae eruditionis, diſputando cum doctiſſimis hominibus,

(*a*) Pro his vocibus *Nobilis cardinalis* in Gratiani, quo utor, exemplari ſtellulae nota, infraque pro *Carafa* littera *N*. eademque inferius pro *pontificem* inſcripta reperitur. neque vero diſſimilis ratio ſimilibus in locis alibi ſerva-

nibus, & linguae latinae, quotidie literis ad pontificem (c) dandis, magnum ſpecimen dederit, cum ſit praeterea in adoleſcente ſumma morum honeſtas, non video quamobrem indignus ſit, qui in (d) cardinalium ordinem cooptetur. quod cum nemo neget, neſcio quae tibi cauſa ſit iuſiciandi, praeſertim ſi de te meminiſti. ſed is brevi iſtis ornamentis merito ſuo decorabitur (e). c d e

ſervata conſpicitur. nolebat nimirum Gratianus, quidquam in hiſce codicillis, quos, multum admonitionis atque adeo objurgationis ſaepenumero continentes, edere tamen cogitabat, extare, quo admoniti objurgatique perſona ab aequalibus internoſci deprehendique poſſet. ego ex codice vaticano, in quo nihil tale occultatum eſt, hujuſmodi lacunas explevi.

(b) *Alphonſus Carrafa*, inquit in Ciacconii opere Oldoinius, *italus, nobilis neapolitanus, Antonii, Montiſbellii poſtea marchionis, Caroli cardinalis Carrafae fratris, & Pauli IV. nepotis, filius, natus anno ſalutis* 1540. *idibus auguſti, ſub diſciplina ipſius Pauli, tunc S.R.E. cardinalis, educatus ... virtutibus ita animum applicavit, ut in ipſo integritatis vitae modeſtia, humanitas ſumma, in rebus gerendis admirabilis prudentia, juſtitiae cultus, eccleſiaſticae rei zelus, atque aliae fere omnes virtutes eluceerent &c.* Eo tempore ſcriptus hic mihi codicillus videtur, quo decimum quartum aetatis annum non multis menſibus Alphonſus exceſſerat, & in latine cum loquendo tum ſcribendo potiſſimum exercebatur; dignus, cujus exemplum Roberto, qui eadem ferme aetate eſſet, ad aemulandum a Pogiano proponeretur.

(c) Julium III. qui adoleſcentis egregia indole ac facultate delectatus, & card. Jo. Petro Carafae, magno ejus patruo, gratificari etiam volens, ab Alphonſo latinis ejuſmodi quotidianis litteris conveniri ſe, aequo, immo & libenti, animo patiebatur.

(d) Eſt a vaticano codice haec lectio, niſi quod in eo ſcriptum eſt *ordine* pro *ordinem*. in Gratiani exemplari ſic legebatur, *in cardinalium contubernio verſetur, quod &c.* nunc, expunctis lituraque inductis tribus mediis vocibus, ita legitur, *in *. quod &c.*

(e) Cardinalatus inſignibus a Paulo IV. ornatus deinde fuit Alphonſus die 15. mart. an. 1557. de quo cardinale in ſequentibus hujus operis voluminibus non infrequens mentio facta reperietur.

L X V I I.

Jul. Pogianus N. N.

HEredem furti (a) agere poſſe, ſi ſuae (b) hereditatis factum ab aliquo furtum ſit, puto, non ignoras. quare, cum tam multa ex ciceronianis (c) bonis (id, quod ex tuis lite- a b c

(a) Cui hereditas aliqua obvenit, ſi ex ea *aliquid*, antequam obveniret, furto ablatum fuerit, is furti actionem habet. eſt enim heres non modo bonorum, ſed etiam jurium ad bona inſtitutus. excipe heredem mariti ejus mulieris, quae aliquid ex viri hereditate detraxerit; qua cum muliere furti agere heres ille non poteſt. Hermogenianus lib. II. *Juris epitomarum* ad leg. 212. de verb. ſignif. *Uxor*, inquit, *expilatae hereditatis crimine idcirco*

circo non accuſatur, quia nec furti cum ea agitur. Eſt inter ſelectiores bibliothecae meae libros *D. Joſephi Fineſtrès & de Monſalvo, barcinonenſis juriſconſulti, & in philippico cervarienſi athenaeo primarii legum antecessoris emeriti, in Hermogeniani juriſconſulti juris epitomarum libros* VI. *commentarius*, duobus tomis compreheníus, & *Cervariae Lacetanorum, typis academicis, apud Antoniam Ibarra viduam, anno* 1757. editus, mihique muneri ab auctore clariſſimo miſſus. cujus praeſtantiſſimi operis quum vix ullum, praeter hoc meum, perveniſſe in Italiam exemplum exiſtimem, quumque ſpecimen ejus aliquod italis hominibus praebere decreverim, ex quo hiſpanicae quoque nationi, ſive ingenii acumen, ſive doctrinae inſtrumentum, ſive eruditionis apparatum, ſive latini ſermonis caſtitatem elegantiamque ſpectarimus, ſuos eſſe Cujacios, intelligi poſſit, Feneſtreſii, in ipſam illam Hermogeniani, quam modo recitavi, epitomam, diſputationem ex tomo operis primo pag. 650. deſcribam:

1. *Verba*, inquit, *Hermogeniani in praeſenti epitoma, meo judicio, duplicem poſſunt admittere ſpeciem. prima haec eſt: uxor ex delata, nondum tamen quaeſita viro hereditate, res quaſdam ſubtraxit. quaeritur jam, an maritus, poſt eam aditam, expilatae hereditatis uxorem accuſare poſſit. ſane, ſi alius ſubtraxiſſet, poſſet eum accuſare expilatae hereditatis* (L. 1. L. 2. & *paſſim* Dig. & Cod. h. t.). *verum, quia nec ullas cum uxore maritus furti agere poteſt, quod furti actio ſit famoſa* (L. 2. de Act. rer. amot. L. ult. §. ult. Cod. de Furt.), *ideo nec accuſare expilatae hereditatis, quoniam haec accuſatio infamiam etiam irrogat. ſed nec mariti heres, ſi nondum uxor res interverſas reſtituerit, adverſus eam hoc judicio experietur. nam nec eam expilatae hereditatis poſtulare poſſet, ſi ex viri defuncti hereditate res amoviſſet* (L. Adverſus 4. h. t. L. Quamvis 17. Cod. de Furt. L. Heres 33. de Negot. geſt.). *Maritus igitur in propoſito themate actione in factum aget* (L. Divortio 2. Cod. rer. amot.): *nam actioni rerum amotarum locus non eſt, conſtante matrimonio, ſed divortio ſequuto* (d. l. 2. Cod. rer. amot.) *quum competat divortii cauſa* (L. Si concubina 17. de Act. rer. amot.) *Heres autem viri aget ad exhibendum* (D. L. 33.) *ac proinde etiam in rem actione, cujus illa actio eſt praeparatoria* (L. Quamvis 17. Cod. de Furt. L. 2. §. 1. ff. h. t. L. Adverſus 4. Cod. eod.).

2. *Alia ſpecies, quam communiter huic textui aptant interpretes, haec eſt. uxor, poſt mortem viri, ex pendente ejuſdem hereditate res expilavit. quaeritur, num heres mariti, adita hereditate, poſſit illam poſtulare expilatae hereditatis? Deciditur, non poſſe; ob eam rationem, ob quam, ſi marito furtum feciſſet, furti actione conveniri nequiret. nimirum quia, ut actio furti famoſa eſt, ita & expilatae hereditatis accuſatio. Reſtat igitur, ut ſecundum ſuperius tradita, conveniat rei vindicatione* ex d. L. 4. Cod. h. t. d. L. 17. Cod. de Furt.

3. *Verum haec difficultate non carent. cur enim adverſus uxorem, expilantem hereditatem viri defuncti, non dabitur accuſatio expilatae hereditatis? cur non quaelibet actio, etiamſi famoſa? furti quidem non datur, quoniam nec in alios, ex quo placuit hereditati furtum non fieri* (L. 1. §. Scaevola 15. Si in qu. teſte lib. eſſe juſſ. L. Si expilatae 2. L. ult. h. t.) *At cur non expilatae hereditatis? enimvero furti actio pro rebus ſubtractis, conſtante matrimonio, inter virum & uxorem eſſe non videtur, vel in honorem matrimonii, ex eo quod infamiam irroget* (L. Nam in honorem 2. de Act. rer. amot.), *vel ratione cujuſdam ſocietatis, inter conjuges initae, quam uxor dicatur ſocia rei humanae atque divinae* (d. L. 4. Cod. h. t.); *quae ſocietas vitae uxorem quodam modo dominam facit rerum mariti, & maritum dominum rei uxoriae* (L. 1. de Act. rer. amot.): *quam actionem non eſſe famoſam, probat adverſus Cujacium in* Parat. Cod. de Cond. furtiv.

furtiv. *Paulus Buſius* Subtil. jur. lib.4. cap.6. num.5. ſeq. *Soluto autem matrimonio, atque ita ceſſante ſocietate, ſi quid uxor ex bonis viri intervertat, furti actione tenetur* (L. Et ideo 3. de Act. rer. amot.). *At utraque ratio ceſſat in expilata hereditate viri defuncti; quum jam nullum ſit matrimonium, cujus honor attendi debeat, quo tempore res ſubtrahit; & ideo neque ulla ſocietas: nam, quae erat, ſoluta jam fuerat morte mariti. Reliquum ergo eſt, nullam eſſe cauſam, ob quam expilatae hereditatis accuſari non debeat uxor ab herede mariti.*

4. *Verum obſervandum eſt, in hereditate jacente, quae interim defuncti mariti perſonam repraeſentat* (L. Non minus 31. §.1. de Her. Inſt. L. Liber homo 13. §. ſi ſervus 2. ad Leg. Aquil. *Hermogenianus* L. Hereditas 61. de Adq. rer. dom. *ut in ejus commentario fuſius exponemus*), *quodammodo maritum ſuperſtitem videri, ejuſdemque dominum permanere adhuc, quum hereditas dicatur* pro domino haberi (d. L. 61.), dominum eſſe (d. L. 13. §. 2. ad L. Aquil.), domini perſonam ſuſtinere (*in* L. Quum hereditas 9. Cod. Depoſit.). *Unde efficitur, ut ſubtili ratione rerum hereditariarum expilatio ipſi marito facta intelligatur, atque etiamnum quodammodo durare priſtinam vitae ſocietatem, cui honor debeatur, ad effectum, ne uxor pro rebus ſubtractis teneatur actione famoſa, vel poenali. Et hoc ſenſiſſe videtur Gordianus in* L. 4. h. t. *Quod ſi poſt divortium quid ex rebus viri ſubripiat, vel poſt mortem adita hereditate, quum nulla ſit viri repraeſentatio, ſoluta penitus intelligitur ſocietas, ac proinde locus erit actioni furti & cuilibet famoſae* (d. L. 3. rer. amot.).

5. *Rationi ſuperius expenſae objicitur* L. 2. & L. 3. Cod. h. t., *in quarum prima privignus expilatae hereditatis crimen adverſus vitricum, in ſecunda adverſus novercam perſequi poteſt. ſed hae minime adverſantur. obſtarent quidem, ſi cum Accurſio poneremus, expilatam fuiſſe iis in locis hereditatem conjugis vita functi a ſuperſtite, nimirum in* L. 2. *Vitricum ex uxoris ſuae & privigni ſui matris hereditate, quid expilaſſe, in* L. 3. *novercam ex hereditate viri ſui, qui pater eſt privigni ipſius. Verum alia dictis legibus aptanda eſt ſpecies, ac dicendum, non quaeri in illis de expilata hereditate conjugis, ſed alterius extranei, privigno delatae ac nondum quaeſitae. atque in hoc ſenſu* dd. LL. *accipit Cujacius in* Paratitl. Cod. h. t. *Cui interpretationi favet, quod in d.* L. 3. *privignus* (*niſi ſupponatur emancipatus tempore mortis ſui patris, aut alias extra poteſtatem, quae eſſet mera hariolatio*) *privignum, inquam, ut ſuus heres, impediret jacere hereditatem patris ſui* (L. In ſuis 11. de Liber. & poſtum.), *& conſequenter locus non eſſet crimini expilatae hereditatis, cui locus non fit, niſi quum ob jacentem hereditatem rerum hereditariarum furtum fieri nequit* (L. 2. §. 1. h. t.). *Accuſationem autem expilatae hereditatis privigno dari in vitricum & novercam, mirum non eſt, quum in eos alias furti recte agat* (L. Si nondum 3. L. De his 11. Cod. de Furt.), *& vi bonorum raptorum* (L. ult. Cod. vi bon. rapt.). *Cur autem furtum non fiat hereditati jacenti, itemque cur extraordinario judicio expilatae hereditatis agendum ſit in expilatorem hereditatis jam aditae, ſed nondum poſſeſſae, neque ſit locus actioni furti, ex* L. 2. §. 1. h. t. *dicemus ad* L. 61. §. 1. de Adq. rer. dom.

6. *Ad extremum notare libet, Leonem philoſophum* (Nov. 110.) *occurriſſe rapacitati mulierum diripientium mariti defuncti bona, dum mulieres a petitione dotalium rerum non exſtantium, hypoboli ceterorumque lucrorum nuptialium excludit, niſi intra tres menſes a morte viri inventarium confecerint: de quo Cujacius* Obſ. lib. 14. cap. 38. *Apud noſtrates viget conſtitutio* Hac noſtra tit. Diſſolut. matrim. *qua cautum eſt, ut uxor, cui dos vel ſponſalitium debetur, non alias fruatur tenutae, quod vocant, privilegio, hoc eſt, ut ipſo jure a morte viri intelligatur in*

eam

d literis intelligo) furatus ſis, quanquam in uncia (*d*) ipſe ſim eo-
rum bonorum , tamen me actionem arbitror habere , ut hanc
tuam injuriam perſequar . quod ſi mihi eam actionem integram
e f dari non exiſtimas , adhibeo (*e*) coheredes ſubſcriptores , vel (*f*)
g eos, qui ſunt in triente (*g*) . quod ſi me etiam exceptione ali-
h qua excludi , ne cum cardinale (*h*) agam , contenderis , Bembi
i & Sadoleti aliorumque iſtius ordinis (*i*) virorum exemplis fa-
k cile tenebere (*k*) , quod & ipſi ſaepius in eadem cauſa verſati
l m n ſunt (*l*) . ſed heus tu ! vereor , ue barbari (*m*) quoque te ex jure (*n*)
manu

eam translata poſſeſſio bonorum mariti , quorum fructus , quaſi vice heres , vel uſufructuaria , ſuos interim faciat , quam ſi inventarium bonorum mariti conficiat intra duos menſes , ſic ut illud intra unum menſem a ſcientia obitus incipiat , intra alium compleat . In hanc conſtitutionem e noſtris ſcripſere Th. Mieres , Franc. Ferrer , & illuſtrant Fontanella de Pact. clauſ.7. gloſſ.3. part.1. & ſeqq. *Cancer* Var. part. 1. cap. 9. a num.26.

(*b*) *tuae* exempl. & cod. vat. quod ferri potuit . ſed malui quod erat planius .

(*c*) Opera Ciceronis ſignificat ; quorum tamquam hereditas eſt non uni , ſed multis , pro ſua cuique portione ſuoque ſtudio , *relicta* , quibus ex operibus magnam verborum ac ſententiarum partem Nobilium ſurripuiſſe & in ſua ſcripta tranſtuliſſe Pogianus queritur , in eoque ipſo ſibi , qui illorum bonorum heres quoque eſſet , injuriam feciſſe dicit .

(*d*) *Uncia* pars eſt aſſis , itemque hereditatis , duodecima .

(*e*) Fort. *adhibebo* .

(*f*) Si non aliquid deſideratur (quod quidem ſuſpicor) , hoc *vel* pro *etiam* accipiendum eſt .

(*g*) Aſſis , itemque hereditatis , quarta pars *triens* dicitur .

(*h*) Hoc eſt , tecum , qui cardinalis es .

(*i*) Cardinalicii .

(*k*) *tendere* exempl. & cod.vat. Mihi certa emendatio mea videtur .

(*l*) Hoc videtur dicere , Bembum quoque , Sadoletum , & alios ejuſdem ordinis , latine ſcribentes , multa ex Cicerone furatos eſſe , ob eamque rem furti fuiſſe ſaepe , quamquam cardinales , appellatos . Quod verene dicatur , haud equidem ſcio : potius , non vere dici , crediderim .

(*m*) Ii videlicet , qui barbare loquuntur & ſcribunt .

(*n*) Cicero lib.I. *de Orat.* cap. 41. *Multiſque praeeſſem , qui ... te ex jure manu conſertum vocarent , quod in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes .* Vides , in Pogianum , qui hanc ipſam Ciceronis ſententiam totidem verbis in ſuum codicillum tranſtulit , furti actionem inſtitui potuiſſe , eam , quam ipſe Nobilio intentavit . Verborum autem Ciceronis hanc Jacobus Prouſtius , quae valde probanda eſt , interpretationem in ſuis commentariis affert : *Manus conſerere eſt proprie , in bello venire ad manus . transfertur autem a militiae certaminibus ad fori contentiones . ſcilicet petitor , & is , a quo petebatur , dicta die in agrum litigioſum conveniebant , ſimulatoque conflictu , quaſi per vim expellebatur ex agro petitor . hic deinde ad praetorem appellabat de vi , ac petebat , ut ſua ſibi reſtituerentur . De hac locutione plura Gellius lib.* XX. *cap.*10. Manu *pro* manus *dicitur , expuncta , more veterum* s : Conſertum *in ſupino a* conſero , *quod eſt* committo (*ſive* conjungo) . *Caeterum hujus loci ſententia eſt : Multi repeterent ac reſtitui poſtularent , adhibita*

manu conſertum vocent, quod in eorum poſſeſſiones (*o*) tam temere irruas. ſed tu víderis, qui cum agreſti illa multitudine litigare velis. *o*

bita ſolemni juris formula, rem a te contra jus faſque occupatam.

(*o*) *Poſſeſſiones* hae barbarorum ſunt ipſum barbare & inquinate loqui ac ſcribere.

LXVIII.

Jul. Pogianus N. N.

EST quiddam tertium (*a*), quod e re tua magis eſt, & a *a*
te praetermiſſum demiror, ut cum Deo redeas in gratiam (*b*), expiando animo: caetera prae eo (*c*) facile negligenda. *b c*
& eſt craſtinus dies feſtus divini Spiritus (*d*), qui magnam vim *d*
habebit ad Deum tibi reconciliandum. ſed minime verum eſt, me quicquam tibi praecipere, quem jam nulla re inferiorem novi, quam me, innocentia certe brevi etiam fore ſpero ſuperiorem. facies igitur quod optimum factu cenſueris: ego, quod feceris, probabo. ſi mea eges opera, tua mihi voluntas erit antiquiſſima: amor & ſtudium meum tibi praeſto erunt. conſilio tu, ut dixi, jam vales plurimum: latine certe ſcribendo parem

(*a*) Pogiani ad Nobilium hic codicillus intelligi ſatis non poteſt, niſi Nobilii codicillum, ſcriptum ad Pogianum, ante cognorimus. quem quidem in vaticano codice pag. 267.b. a me repertum, neque tamen ulla inſcriptione inſignitum, heic exhibeo:

Hodie mane, oriente ſole, in vaticanum me hoc animo contuli, ut ibi matutinis precibus tantum intereſſem; iis confectis, domum ut redirem, Ciceroniſque vel aliquam epiſtolam legerem, ex qua fructum & voluptatem haurirem, vel aliquid latine ſcriberem; quod tu magis a me requiris, & certe mihi magnopere conducit. ſed poſtea conſilium mihi mutandum eſſe putavi; divinaeque rei intereſſe etiam volui, quae ad hanc horam ducta eſt. nunc incertum mihi eſt, quid veſpere agam. nam, ſi precibus veſpertinis adeſſe conſtituo, valebunt hodie Cicero & Terentius, quanta mea utilitate (ſic) *praeclare ſcio; ſin non accedo, vereor, ne me & canonici & caeteri ſacerdotes noſtri in obeunda meo munere pigrum putent. Tuam ſententiam requiro. faciam, quod tu rectum judicabis. Vale.*

(*b*) Vide, quae ſupra ad epiſt. *Mihi gaudeo* pag. 64. priore loco adnotavimus.

(*c*) & cod. vat. p. 268. Peo & ſubdidi *eo*, minima mutatione: quae major certe fuiſſet, ſi, & relicto, pro *prae* proximo *praetermittenda* ſubdidiſſem, ut fieret, *caetera praetermittenda & facile negligenda*, quo etiam modo potuit Pogianus ſcribere.

(*d*) Pentecoſte ſignificatur, qui dies anno 1554. incidit in 13. maji, anno 1555. in 2. junii, anno denique 1556. in 24. maji. Hunc autem codicillum non ad an. 1556. ſed ſive ad 1554. ſive potius ad 1555. puto pertinere, inito jam a Paullo IV. pontificatu maximo. quod ſi ita eſt, fatebor equidem, eum non hoc loco a me, ſed multo inferius, ſive poſtremum, ſive inter poſtremos a Pogiano ad Nobilium ſcriptos, recenſeri oportuiſſe.

Digitized by Google

e rem Romae aequalem (*e*) habes neminem. quod quam vim habeat, malo intelligi a te, quam a me pluribus ſcribi (*f*). Vale.

(*e*) Hoc eſt, qui ſit iſta aetate, qua tu es. Agebat autem Nobilius, ſi haec anno 1555. ſcripta ſunt, aetatis tum annum decimumquartum.

(*f*) Tantum in latine ſcribendo Nobilium profeciſſe, ut inter aequales excelleret, Pogiani inſtitutioni debebatur. hoc ipſum eſt, quod a Nobilio intelligi, quam ab ſe pluribus planioribuſque verbis declarari, Pogianus malle ſe, dicit.

L X I X.

Jul. Pogianus N. N.

NISI tuae utilitatis & gloriae longe eſſem cupidior, quam non modo tuorum quiſquam, ſed paene quam ipſe ſis, non ita te urgerem, ut diligenter literis operam dares, ſed facile paterer, mihi abs te dari verba. verum per incredibilem meum in te amorem id ferre nequeo. ſcripſi ad patrem tuum (*a*), te & magnam latine loquendi & ſcribendi facultatem (*b*), & non parvam numiſmatum habere notitiam. quare illum, laetitia elatum, mihi videor videre accurrentem in complexum tuum. tu, qui utriuſque rei tantam intermiſſionem facis, vide, quam illi te ſatisfacturum putes. de me quidem, qui cum falſa ſpe duxerim tot literis, ille certe conqueretur. quid dicam? quid reſpondeam? obmuteſcam omnino. tu remitte mihi meos ad te libellos: & vide, ne qua ſchedula depereat (*c*).

LXX.

(*a*) Erat Vincentius, Roberti pater, haec cum Pogianus ſcribebat, in Etruria, ut opinor, bello ſenenſi implicatus.

(*b*) Hujus in latine ſcribendo facultatis inſigne ſpecimen Robertus dederat quibuſdam ad patrem litteris, de quibus haec ad ipſum Robertum Vincentius die 6. oct. 1554. ſcripſit: *Io ho havuto tanto piacere della lettera latina, che m'havete mandata, quanta di coſa, che mi poteſſe venire in queſti tempi; prima, per eſſere belliſſima a giuditio di tutti queſti letterati di Fiorenza, che ne ſono reſtati ammirati: dipoi &c. Con l'ajuto di Dio ſarò in ogni modo a far agniſſanti* (qui dies incidit in Kalendas novembris) *con voi ... Fate che meſſer Giulio faccia eſaminar qualche volta in ſua preſenza i voſtri fratelli &c.*

(*c*) Cum hoc codicillo conjungitur, tamquam unus atque idem, in cod. vatic. pag. 253. ille alter *Si tibi nulla re deſum*, quem numero 23. recenſuimus, habeſque pag. 36.

Digitized by Google

LXX.

Jul. Pogianus N. N.

NOli exiſtimare, me haec ad te ſcribere, quod (a) te ad ſanitatem ſcripto hoc meo redire poſſe, ſperem. quod enim tam multae cohortationes & coram a me & per epiſtolas adhibitae, quod quotidianae paene conciones meae adhuc efficere non potuerunt, id nunc me libello effecturum credam? non ſum ita ſtultus, ut me id aſſequi confidam. ſi mihi cum immaniſſimis belluis, cum lapidibus ipſis res fuiſſet, plus, mihi crede, profeciſſem. ſcribo autem, ut nullum intermittam diem officii mei, & ſummae in te declarandae benevolentiae. pro quibus omnibus etſi nullam non modo refers, ſed ne habes quidem gratiam, tamen non deſiſtam meae, ut dixi, conſtantiae cauſa, quamdiu apud te ero, ita tecum agere. quod ſi, pro tantis meis in te meritis, idem, qui hactenus fuiſti, ſemper fueris, quo animo in Deum & in parentes futurus ſis, non intelligo. ſed tu de te videris. ego meam cauſam omnibus bonis & doctis ſemper probabo. ſi tu potes, & ſi vis, aliquid ad me ſcribe, *ſi nihil aliud*, *illud* ſaltem, te haec omnia pro nihilo putare.

(a) *ut* exempl. Emendavi.

LXXI.

Jul. Pogianus N. N.

CUM omnium rerum humanarum facilior eſt jactura, quam lucrum, tum certe in ſtudiis literarum id maxime perſpicitur. quod enim magnis laboribus & multo tempore didiceris, ſi ad aliud paululum aberraris, biduo dediſces; ut nihil ſit ſtudiorum intermiſſione gravius. quorſum haec, altius repetita? ut intelligas, vereri me, ne magnum damnum feceris quatuor his diebus, quibus mihi operam non dediſti. quare te oro & obſecro, ut, quod tibi tempus a neceſſariis rebus vacuum eſt, id lectioni & ſcriptioni impertias. nam, ſi quaeris qua re maxime nitatur laus tua, eam certe in virtute & ſcribendi ac loquendi facultate poſitam eſſe, intelliges. quae ſane res exercitatione comparantur; comparatae, parva, ut dixi, intermiſſione amittuntur. Illud a te etiam atque etiam peto, ut ea ſcribas, quae inſtituiſti, quorumque magnam ſuſtines expectationem: vereor enim, ne multitudine rerum obruaris. Reſcribe aliquid, ſi potes. Vide, quaeſo, ne excidant haec, aut concerpantur, ut alia permulta.

LXXII.

a Jul. Pogianus Gulielmo Sirleto. (a)

HAec eſt literarum & omnis doctrinae ratio (quod inter nos, Gulielme, ſaepe locuti ſumus), ut, quae multo tempore ſummaque diligentia didicimus, ea, ſi non recolantur eodem ſtudio, quo percepta ſunt, vel biduo nobis excidant.
b nihil igitur eſt, quod ex me quaeras, an is (b) profecerit tan-
c tum, quantum ambo apud Cervinum (c) teſtati ſumus. profe-
d cit ille quidem aliquid, ut qui ad honores pervénit (d) prius quam de illis quicquam ſuſpicari poſſet. ſed incidunt quaedam
e interdum commotiunculae (e), ut neceſſe habeat tres vel quatuor dies ſe a ſtudiis amovere. quo tempore vobis etiam, qui tantos habetis progreſſus in literis, perirent omnia. ſed, quod quaeris de illo ſententiam meam, ut & tu poſſis vera dicere de adoleſcente apud Cervinum, & ego vere loquar, non erit omnino expers literarum. ſed, quantum homines exiſtimant, ne-
f ſcit (f) ille quidem. quod potius temporibus, quam illi dandum eſt. fortuna igitur omnem culpam ſuſtinebit.

(a) Quod hic codicillus in eodem, in quo proxime ſuperior, de ſtudiis litterarum non intermittendis argumento verſetur, & quod de eodem Nobilio, ad quem ille ſcriptus eſt, agat, ideo huc eum inculcavi. De Sirleto & alibi diximus, & ſaepe dicemus.

(b) Cardinalis Robertus Nobilius noſter ſignificatur.

(c) Card. Marcellum Cervinium, qui Nobilio impenſe favebat.

(d) Cardinalis creatus fuit Nobilius, quartum duodecimi aetatis anni menſem agens, die 22. dec. 1553.

(e) Leves valetudinis tentationes *commotiunculas* appellavit etiam Cicero lib. XII. ad Att. epiſt. 12. *Atticae hilaritatem libenter audio, commotiunculis* συμπάσχω.

(f) Mirum, ſi hoc eſt a Pogiano, non a librario. nam quam latine dicitur „ *ille neſcit* (pro *ille non ſcit*, *non didicit, non profecit in litteris*) *tantum, quantum homines exiſtimant* „ ?

LXXIII.

Jul. Pogianus N. N.

DEfeſſus ſum hoc labore quotidiano ad te ſcribendi, illudque mihi ad defatigationem & ad ſatietatem maximum eſt, quod video, te, vel crèberrimis meis ad te literis, nihil vel loquendo vel ſcribendo proficere. itaque me hujuſce ſcriptionis non ſolum taedet, ſed etiam poenitet. aliud igitur agamus; tuque, qui mihi antea ſemper verba dediſti, cum te quotidie ad me literas daturum pollicitus es, & eas elegantiſſimas, vide

vide quid patri tuo, quem ad urbem brevi venturum (*a*) audio, *a*
de ratione tuorum ſtudiorum reſponſurus ſis. nam ſi omnes nos
feſelliſti, illum omnino fallere non poteris; niſi forte (*b*) illo *b*
praeſente, tum etiam cum tibi in (*c*) ſenatu verba facienda erunt, *c*
vel aliquid latine ſcribendum, in quo tui periculum facias, diem
in ludo conſumere volueris.

(*a*) Vincentius ipſe pater, fore ſe in urbe Kalendis novembris, Roberto filio ſcripſerat. Vide codicillum 69. *Niſi tuae* pag. 72.

(*b*) *fortaſſe* exempl. & cod. vatic. Emendavi. nam neque *ſi fortaſſe*, neque *niſi fortaſſe* ſatis latine dici, puto; & eſt certe aliud *forte*, aliud *fortaſſe*.

(*c*) *in * verba &c.* exempl. Supplevi ex cod. vatic. pag. 241. b.

L X X I V.

Jul. Pogianus N. N.

SI mediocrem doctrinae & eloquentiae expectationem ſuſtine-
res, equidem tua illa faſtorum (*a*) dierum lectione & ſcri- *a*
ptione a te contentus eſſem, facileque, uti feſtis diebus animum
relaxares, teque omnino jucunditatibus dares, tibi permitterem.
ſed, cum pro divino tuo ingenio, perácri etiam ſtudio, denique eruditione & facultate ſcribendi ac loquendi, majori certe, quam ab iſta aetate poſtulari poſſit, ſumma & ſingularia a te expectent homines, faciendum putavi, ut a te ſummis precibus contenderem, ut ad uſitatam ſtudii & ſcriptionis tuae conſuetudinem, hanc etiam exercitationem feſtorum dierum adjungeres. quanto enim plus laboris & diligentiae ad legendum & ad ſcribendum contuleris, tanto majorem inde fructum percipies. habes ſententiam meam de ratione ſtudiorum tuorum. quod ſi
me audieris, gravem illam tuam adverſariam (*b*), expectatio- *b*
nem virtutis & optimarum artium, facile ſuperabis. Haec raptim dictavi. tua optio ſit, an veſperi, an cras bene mane, mihi malis reſpondere.

(*a*) Eos dies *faſtos* dicit, quos vulgus *feriales* appellat. Alia apud latinos *faſtorum* dierum notio fuit, de quibus Ovidii illa ſunt libro I. *Faſt.* v. 45.

Ne tamen ignores variorum jura dierum,
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.
Nec toto perſtare die ſua jura putaris:
Qui jam faſtus erit, mane nefaſtus erat.
Nam ſimul exta Deo data ſunt, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera praetor habet.

(*b*) Cicero ad Curionem lib. II. ep. 5. *Eſt enim tibi gravis adverſaria conſtituta & parata, incredibilis quaedam exſpectatio.*

LXXV.

Jul. Pogianus N. N.

CUM minime miror, te in patris optimi & ſuaviſſimi complexu (a) curas omnes moleſtiaſque depoſuiſſe, tum iſtam multorum menſium triſtitiam ejuſdem adſpectu atque praeſentia ſublatam eſſe, incredibiliter gaudeo. magnum enim, mihi crede, ad ſtudia tibi afferet adjumentum laetitia & alacritas; quibus amiſſis, quid in literis profici poſſit, non intelligo. Quod ſcribis, diligentius tibi nunc etiam, quam antea, & ſtudendum & ſcribendum eſſe, quod in eo te patri probare cupias, id ego & laudo, &, ut facias, a te vehementer etiam atque etiam peto. cum enim iſtud eo pertinet, ut pater maximo gaudio cumuletur, tum ea re fiet, ut de Cervini cardinalis, qui tibi unus, ut ſcribis, eſt inſtar omnium, mirifico de te judicio, ſummoque erga eundem te amore (b) non modo nihil detrahatur, ſed magnus ad ea etiam cumulus accedat. qua profecto re tantum aſſequéris, ut nullius tibi fortunae ſit invidendum. Quod vero meam requiris diligentiam, dabo operam, ut tuo ſtudio obſequar. in quo cum quantum poſſum elaboraro, minus certe efficiam, quam cupio. tu videto, ut, quod anni tempus (c) poſtulat, te jam aliquid noctes adjuvent (d).

LXXVI.

(a) Si dierum ratio Vincentium patrem non fefellit, Roberto filio ex Etruria die 6. oct. 1554. illa, quae ſupra pag. 72. retulimus ſcribentem, *Con l'ajuto di Dio ſarò in ogni modo a far ogniſſanti con voi*, dubitandum non eſt, quin hic codicillus ineunte novembri ejuſdem anni a Pogiano ſit ſcriptus.

(b) Hoc de Roberto Nobilio *judicium*, & hunc erga eumdem *amorem* luculenter idem Marcellus, factus anno inſequente 1555. pontifex maximus, declaravit. *Bibliothecarium ſanctae romanae eccleſiae* (inquit Pollidorius in ejuſdem Marcelli *Vita* pag. 26.) *legit Robertum Nobilem, cardinalem adoleſcentem, graecis latiniſque literis excultum, ac morum ſanctitate ſpectandum; quamvis mortis vitio de re ipſa diploma non ediderit: quod deinde praeſtitit ſucceſſor Paulus IV. A Marcello paucis ante obitum diebus bibliothecarium apoſtolicum ſe fuiſſe deſignatum, notatum reliquit idem Robertus in adverſariis*. Quae ego adverſaria ſi, multum diuque a me ab amiciſque meis vel apud ipſius Pollidorii heredes quaeſita, videre potuiſſem, uberiores, ſpero, hae meae horum Pogiani ad Robertum codicillorum enarrationes in lucem adſpectumque hominum prodirent.

(c) Aequinoctii autumnalis exacto die, qui in XVIII. Kal. octobris incidit, longiores eſſe noctes incipiunt uſque ad hiemale ſolſtitium; quae noctium longitudo litterariis lucubrationibus valde accommodata eſt.

(d) Ciceró Sulpicio lib. IV. epiſt. 4. *A quo ſtudio te abduci negotiis, intelligo ex tuis litteris: ſed tamen aliquid jam noctes te adjuvabunt*.

LXXVI.
Jul. Pogianus N. N.

EGO vero iſtum animum & epiſtolam tuam, mentis interpretem, pluris facio, quam eorum, quos ſcribis, gratiam atque fortunam. & ſi honos eſt, ut prudenter ipſe commemoras, virtutis praemium, facile intelligo, permultos ſola honorum vocabula adeptos eſſe, te vero laudis & gloriae inſignia conſecutum. quare tibi gratulor, & ex animo certe gratulor, tanto tuo tamque praeſtanti bono; teque oro & obſecro, ut tuum iſtud inſtitutum teneas, & omnem felicitatem virtute & optimis artibus metiaris. quod ſi feceris, cum te immortalitati commendaris, tum eos, quibus de te minus curae eſt, quam deberet, ſummo dolore (*a*) afficies, quippe qui non tam adoleſcentem cardinalem contempſiſſe, quam perfectae in adoleſcente virtutis rationem non habuiſſe videbuntur: illis autem, quibus maxime placere ſtudes, Theatino (*b*) & Cervino cardinalibus, te valde probabis. quod tanti eſt, quanti (*c*). ſed neminem nominabo. haec ſcripſi in media interpellantium turba. quare alias ad te ſubtiliter (*d*).

(*a*) Fort. *dedecore*.
(*b*) Joanni Petro Caraffae. Vide epiſt. 47. *Vix arbitror* pag. 55.
(*c*) Heic abrumpitur oratio. qualis eſt illa virgiliana ἀποσιώπησιν lib. I. Aeneid. v. 139. *Quos ego. ſed motos praeſtat componere fluctus*.
(*d*) Fort. *ſubtilius*.

LXXVII.
Jul. Pogianus N. N.

TU neque tua ſponte, neque virtutis aut Dei amore vel timore in officio contineri potes (*a*). quinetiam, ſi quid interdum facis, quod habeat ſpeciem pietatis, id fictum & ſimulatum eſt. niſi patrem atque hominum opinionem verereris, nihil te (id quod multi & intelligunt & praedicant) perditius eſſet. ſed dabitur tibi facultas perdendi omnia: & prior jactura erit

(*a*) In hujuſmodi graviores objurgationes quotieſcumque lector inciderit, ne tantum fuiſſe in re ſuſpicetur, quantum verbis Pogianus exaggerat, meminiſſe debebit eorum, quae de talibus objurgationibus profeſſus ipſemet Pogianus eſt in codicillo 18. pag. 31. *Si in mediocri*: in quo, praeter caetera, leguntur illa: *Quoties te ad ſtudendum aut ad ſcribendum ſegniorem eſſe video, non poſſum ſegnitiem lente ullo modo ferre. hinc clamores nonnunquam efficio, furenter iraſcor, acerbiora mihi verba imprudenti excidunt, &, quod neſcio quomodo videor te & doctum & eloquentem praeſtare debere, efferor iracundia.*

Digitized by Google

erit famae. vigintiquatuor horae ſunt, cum apud te non docui. quod ſi tibi licet, quicquid eſt cum virtute conjunctum, id ſimulate facere, turpia omnia palam & aperte, ut nihil notius ſit, quam ſervis tuis, & illis nequiſſimis, te eſſe cum pueris, & tuo more pſallere, furere, inſanire, liceat etiam mihi id nega-
b re (*b*), quod non video me praeclare facere poſſe. nolo omnino ad te accedere. o miſeros illos, qui vel ſervis ſunt ludibrio!

(*b*) Fort. *non facere*.

LXXVIII.

Jul. Pogianus N. N.

NIhil eſt mihi tanti, quo ea cuiquam aperiam, quae mihi commiſſa ſunt, tametſi nullo me jurejurando obſtrinxe-
a rim. tu vero, vel contra interpoſitam & tuam & (*a*) cardinalitiam fidem, tibi uni credita effundis, ut videaris velle quotidie ſcelus ſcelere cumulare. ſed vive, ut libet, neque eorum, quae mihi pollicitus es, ullam habeas rationem. ego tibi illud
b polliceor, me prima quaque (*b*) injuria, qua abs te afficiar, alio migraturum. quod niſi effecero (*c*), nunquam me hominem
c poſtea exiſtimes.

(*a*) *& N. fidem &c.* exempl. Supplevi ex cod. vat. pag. 238. b.

(*b*) *quoque* exempl.

(*c*) Fort. *fecero*.

LXXIX.

Jul. Pogianus N. N.

a NEſcio, quid pater & tu ſtatueritis de Bino (*a*) accerſendo. is enim Binus eſt, quem minime omnium, praeſertim in re tam tibi honorifica & glorioſa, fruſtrari velim. te igitur rogo,

(*a*) In tomo III. *Lettere volgari &c.* Aldinae editionis an. 1564. exſtat quaedam *Franciſci della Torre* ad *Joannem Franciſcum Binium* epiſtola pag. 14. b. eum fortaſſe ipſum, qui heic memoratur, ex cujus epiſtolae Verona Romam, ut opinor, datae aliquid de eodem Binio cognoſci poteſt: *Io*, inquit, *all' incontro, perſeverando nella mia libertà. & adoperandovi ſenza riſparmio, dove mai occorrerà, come haverei fatto ſin hora, ſe non foſſe ſtato ſollevato dalla preſenza di meſſer Nicolò Ormanetto nella corte, non intendo di far altro con queſta, che rallegrarmi altrettanto del buon giudicio di quelli ſignori illuſtriſſimi, quanto della buona gratia voſtra con le lor ſignorie, e della buona ſatisfattione, e quiete dell'animo voſtro, e pregarvi a far per me quello ufficio con meſſer Nicolò Fabbro, che havete fatto meco per lui.* Neque alius fortaſſe eſt ille *Binius*, quem Petrus Victorius in litteris ad Guilhelmum Sirletum die 6. mart. 1557. Florentia Romam datis (quas habes in quarto hujus operis volumine pag. 46.) mortuum haud ita pridem ſignificat: *Non ſono,*

Digitized by Google

rogo, ut me certiorem ſacias, utrum hominem debeam acceſſire, an in alium diem rejicere. quae tibi omnia facienda ſunt de patris ſententia.

ſono, inquit, *mai mancato di ſperanza, che non habbia a naſcer qualche caſo, ch'io viva coſtì qualche tempo con voi. & monſignor della Caſa moſtrava, che a una occaſione era per ricordarſi di me. ma non fece mai nulla, non ſo perchè. ſtimo pur, ch' egli habbia molti travagli: perchè in vero l'occaſione nacque nella morte di meſſer Bino; che mi penſo, ſe egli haveſſe voluto operar quel che poteva, che la coſa ſarebbe agevolmente riuſcita: maximo per eſſer noto a ognuno, che la ſanta memoria di papa Marcello m'haveva diſegnato a tal luogo*. Pontificias epiſtolas ſcribendi munus Victorius certe ſignificat. eacum autem ſcriptorem Joannem Franciſcum Binium fuiſſe, docet Philippus Bonamicius V.Cl. in Dialogo *de claris pontificiarum epiſtolarum ſcriptoribus*, Romae an. 1753. edito, pag. 112. & 246. & ſeqq. De quo Binio praeclara exſtat Jacobi Sadoleti, carpentoractenſium epiſcopi, commendaticia ad Herculem Gonzagam cardinalem epiſtola, die 19. Jun. an. 1527. data, in qua etiam ſibi eum in ſcribendis Clementis VII. pontificis max. epiſtolis ſucceſſorem fuiſſe, ſignificat: *Joannes Franciſcus Binus*, inquit, *qui tibi has literas reddidit, vir eſt eis virtutibus ornatus, quas cognovi ſemper & requiri a te & amari. nam, cum in ſcribendo literarum venuſtate ac manu omnibus, quos quidem ego adhuc viderim, facile antecellit, tum vera* (fort. *vero*) *in dictando & lucubrando tanta facundia eſt, ut idoneus fuerit habitus, qui mihi in eo munere ſuccederet, quo, ut tu optime noſti, Romae, non mediocri cum dignitate, fungebar. eſt enim meae diſciplinae alumnus, dedique mihi aliquot annos non mediocri mea cum utilitate operas, tantumque ingenio & labore profecit, ut in pontificis* (fort. *pontificiis*) *epiſtolis ac diplomatis, facile jam ejus ſcripta pro meis probarentur*.

LXXX.

Jul. Pogianus N. N.

Expectavi tuas literas horam jam: neque tamen tu literam ad me quidem. quod ſi argumentum minus habuiſti, debuit id tibi naſci ex patris tui (*a*) ſermone, ad quem, arbitror, *a*
de eo, quod tantopere Dei & ſalutis tuae intereſt eum ſcire, detuliſti. Levitas iſta conferendi cum viatore (*b*) de iis, qui cum *b*
Aſcanio (*c*) cras futuri eſſent, me maxima moleſtia affecit. au- *c*
divi

(*a*) Vincentii: de cujus reditu ex Etruria Romam, vide epiſt. 75. pag. 76.

(*b*) Viatores ex apparitorum genere fuerunt, romanorum pleriſque magiſtratibus olim attributi, quibus ad mandata publice perferenda iidem magiſtratus uterentur. Sunt romanis pontificibus maximis miniſtri quidam illorum ſimiles, haud ita diſſimili nomine *curſores* appellati; qui ad ſenatum indicendum, ad edicta promulganda, ad coetus, quas *congregationes* vocant, extra ordinem cogendos, atque ad alia ejuſdem generis ſignificanda adhibentur. ex his eum, qui ad Nobilium cardinalem nuper acceſſerat, Pogianus antiquo illo nomine maluit, quam recentiore hoc appellare.

(*c*) Guidonem Aſcanium Sfortiam cardinalem, S.R.E. camerarium, ſignificari puto; de quo vide epiſt. 1. *Cum omnium* pag. 5.

divi enim omnia (nam conſtiteram in oſtio cubiculi paterni) ; neque tu, cum inaniſſima diceres, animadvertiſti, me illa audire. ſed uolo. Multa mecum communicavit pater tuus, quae maxime ad te pertinent. Scribe omnino aliquid ; &, quoniam te tanquam me alterum puto, nihil jam eſt, ut tibi hanc injuriam faciam, ut admoneam, ne quicquam enuncies. Cras tecum multa. (*d*)

(*d*) In codice vaticano pag.272. haec continuo ſequuntur, quae Nobilii reſponſionem ad Pogiani hunc ipſum codicillum videntur continere : *Non ſum locutus adhuc cum patre de ea re : nam is ſtatim lectum ingreſſus eſt, cepitque ſomnum. iſtam tuam epiſtolam omnino non intelligo. quare cras mane ad me venies, & hanc epiſtolam afferes, ſimulque, ſi me amas, carmina, & illud prooemium, ſi potes.*

LXXXI.
Jul. Pogianus N. N.

NEſcio, an hodie domo velis exire. quod ſi exiturus non es, domi me continebo : ſin minus, negotii mei cauſa egrediar. ad ſecundam & vigeſimam horam, ad quod tempus tibi patris tui juſſu ſtudendum eſt, adero. interea aliquid te dignum efficito.

LXXXII.
Jul. Pogianus N. N.

PEtii a te, ut aliquid ſcriberes ; quod vel duos tuos verſiculos, latine ſcriptos, maximae mihi voluptati fore, arbitrabar. nunc, cum non ſcripſeris, idque vel oblivione, vel quod id tibi tanti non fuerit, utrumcumque ſit, peto a te, uti ne ſcribas amplius : quicquid enim ſcriberes, non tam ex animo, quam coactus neſcio qua ſimulata ratione ſcribere videreris. vale, & nihil omnino ſcribe.

LXXXIII.
Jul. Pogianus N. N.

MOleſtia tua deſcribendi epiſtolas ad te meas, cum tuo tum meo labore mihi quoque permoleſta eſt. quare brevior ero poſthac, & ſimul utriuſque commoditati conſulam : brevitate enim literarum & meus cogitandi atque ſcribendi, & tuus deſcribendi atque reſpondendi labor levabitur. neuter, vel nemo potius, in perbrevi epiſtola argumentum, ſi defuerit, requiret ; ſin

Digitized by Google

ſin fuerit, laudabunt omnes. praeclarum enim fuerit, tuos ad me, vel meos ad te vel tres verſiculos aliqua re utili aut ſuavi inanes non eſſe. quod ſi pluribus verbis ſcriberemus ſine ſententia, quis ferret eas literas, vel potius quis non juberet eas auferri (*a*)? habes communem mihi tecum ſcribendi levationem. Vale. *a*

(*a*) *auferre* cod. vat. in quo uno codicillus hic repertus a me eſt pag. 161.

LXXXIV.

Jul. Pogianus N. N. (*a*) *a*

NEmo eſt, qui modo non ſit humanitatis expers, quin pietatem unam ex omnibus virtutibus praeſtantiſſimam eſſe, intelligat: cujus officia ita late patent, ut omnes honeſtatis partes complectantur. haec igitur virtus primum quidem ad Deum & ad parentes pertinet, ſed, poſt eos, maxime doctores attingit: quibus ſane omnibus pro eorum meritis plurimum tribuere debemus. quod niſi efficiamus, ingrati & impii judicemur neceſſe eſt. ſed, ut Deum & parentes omittam in praeſentia, de magiſtris dicam: quibus, & bonis & eruditis & ſuum officium diligenter & amanter facientibus, ut gratia referri non poteſt, ſic ea immortalis haberi debet. ſunt juvandi omni re, tuendi ac defendendi contra omnes: minime ferendi, qui aliquid de illis detrahere ſtudent; nunquam eorum invidis aures patefaciendae; & omnino iidem illi malevoli amaudandi (*b*) & repellendi. quod *b* qui non faciunt, minus ſe videntur diligere. quomodo enim ferre poſſunt obtrectatores eorum, a quibus ipſi informantur & excoluntur (*c*), ſine quorum diſciplina ne inter viros (*d*) quidem *c d* numerentur? an non intelligunt, eos, qui praeceptores oderunt, in diſcipulos etiam male eſſe animatos? &, ut tecum loquar, cujus cauſa omnia cupio, exiſtimaſne, te amari ab iis, qui conantur illud efficere, ut vel tu a me, vel ego a te ita abhorream, ut amplius apud te non doceam? quomodo potes iis animum patefacere, qui te abalienare ſtudent ab iis, quorum doctrina laudem tibi, gloriam generi tuo, ſalutem denique chriſtianae reip. comparare poſſis? doleo equidem vicem tuam, qui iſto honore, iſta eruditione; iſtis animi denique ornamentis & multis & praeſtantiſſimis, ea committas, quae doctos & bonos viros in eam perducant ſententiam, ut exiſtiment, iſtas laudes ingenii & virtntis tibi falſo tributas fuiſſe. memini, Cervinum cardina-

(*a*) Eſt hic codicillus a codice vatic. pag. 253. (*b*) *mandandi* cod. vat. (*c*) *coluntur* id. (*d*) Fort. *vivos*.

lem, memini Maſſeum (*e*) ſaepenumero mihi dicere: „ O felicem illum adoleſcentem, Juli, te praeceptore! feliciorem te, illo diſcipulo! qui habiturus ſis eum, in cujus animo, tanquam in agro feraciſſimo, cum quaſi ſementem feceris doctrinae, virtutis & eloquentiae, maximos ille & uberrimos ferat fructus, quorum bonam partem ſis ipſe percepturus. communicabit tecum omnia, tuo in rebus maximis utetur conſilio, nihil omnino ei erit a te ſejunctum. quod cum ipſi ſperamus, tum maxime cupimus „. Sic mecum ſaepius agit Gujlelmus (*f*), ſic Octavius (*g*): qui tamen Octavius, fortaſſe quod videt, te non eum eſſe in me, qui deberes, & meam & tuam fortunam lugere incipit. ſed me charta deficit. quare hoc officium in aliud tempus rejicio. tu vide, ut tuo fungaris.

(*e*) Bernardinus Maffejus a Paullo III. die 8. apr. an. 1549. creatus cardinalis, die 16. jul. an. 1553. mortem obierat.

(*f*) Sirletus.

(*g*) Pantagathos: quo etiam inſtitutore Nobilius utebatur. Latinius in litteris, ad Andream Maſium die 26. mart. 1554. datis, *Pater*, inquit, *Octavius, impuberi cardinali* (Roberto Nobilio) *cuſtos moderatorque additus* (*quod minime unquam ſperavit*) *ternas quotidie aut quaternas horas, id aetatis homo, illi operam dare cogitur*. Vide epiſt. 12. *Venimus* pag. 23.

LXXXV.

Jul. Pogianus Marcello Cervino Cardinali. (*a*)

Quia conſtat inter omnes, te & ſummam animi atque ingenii tui & ampliſſimi iſtius honoris facultatem ſemper ad bonorum ac ſtudioſorum commodum libenter contuliſſe (*b*), eo

(*a*) Ideo huc hanc epiſtolam inculcavi, quod mihi cum proxime ſuperioris codicilli ſententiis congruere viſa eſt. datam autem anno ſive extremo 1554. ſive ineunte 1555. puto.

(*b*) Eadem Cervinii erga ſtudioſos voluntas a Paullo Manutio commendata fuerat litteris ad eum jam inde ab anno 1539. datis, in quibus, *Nam, cum vos*, inquit, *tales viri, patrocinium litterarum ſuſcipiatis, quicumque bonis artibus delectantur, animo recreati, veniunt in ſpem, aliquando fore, ut, poſt diuturnos labores & moleſtiarum quaſi tempeſtates, in quietis & otii portum, vobis adſpirantibus, deferantur. quos ſi in curſu ſtudiorum inſtituto veſtrae benignitatis aura deficiat, haerebunt, neque jam poterunt, quo intendebant, ſine ope auxilioque veſtro pervenire. verum hujuſmodi dubitationem veſtra jam conſuetudo ſuſtulit. magna enim optimae voluntatis documenta ſaepiſſime dediſtis, majora etiam dare cogitatis*. Petrus autem Victorius biennio poſt ad eumdem Cervinium die 20. jun. ita ſcripſerat: *Cognovi enim naturae tuae bonitatem, &, mirifice te gaudere publicis commodis, ſcio. nec enim tu, quemadmodum nonnulli improbe faciunt, ea, quae ſtudioſis litterarum opem ferrent, abdis; ſed contra, quae ingentes utilitates praebere poſſunt, & egregia veterum ſcriptorum monu-*

Digitized by Google

eo (*c*) fit, ut, cum multi ad tuam benignitatem confugiant, ego ab eadem opem petere non dubitem. quae vero me cauſae, ut id facerem, adduxerint, brevi cognoſce. duo ſunt anni, cum apud ampliſſimum hunc adoleſcentem doceo (*d*), aſſiduitate quidem, quod confirmare poſſum, ſingulari. quantum autem is, me doctore, & moribus & literis profecerit (*e*), eos, opinor, quibus eſt chariſſimus, me certe non poenitet. ſed tamen, illi tanta opera tribuenda, eodemque tui (quod ei in primis exemplum tuendi cardinalatus quotidie propoſui) imitatione erudiendo, incredibile eſt, quantum habuerim negotii, non quidem puero regendo, quem, egregia virtutis & indole & cupiditate praeditum, facile tenuiſſem, ſed tam multis mihi repugnantibus, & ejuſdem ingenium depravare conantibus, quam multos ille fere ſecum habuit; quorum quidem motus & conatus cum mea vigilantia, tum divina ope, adhuc prohibui, & integrum adoleſcentem incolumemque ſervavi. ſed quid agas, ſi, quibus puerum labefactare per me minus licuit, eiſdem deliberatum fuit omnes machinas, quaſcunque comparare potuerunt, ad me evertendum adhibere? quoties enim mihi incommodarunt (*f*)! quoties promiſſas a communibus dominis, atque adeo mihi attributas, vel neceſſarias res interverterunt! quoties confinxerunt in me crimina! levia illa quidem, ſed quae probabilem cauſam habere viderentur. nam gravis alicujus delicti ſuſpicionem propterea non commoverunt, quod nullum criminationibus locum fore, videbant. omnino nunquam per eos quietus fui. quae tamen omnia tanti fuit mihi partim ferre, partim

L 2 diſſi-

monumenta, quae adhuc in tenebris latent, jamdiu cogitas quomodo poſſis pervulgare. & eo jam rem deduxiſti, ut cito ſedulitas tua, atque aliis opitulandi incredibilis cupiditas magnai fructus paritura ſit.

(*c*) *ſic* Gratiani exempl. & cod. vat. pag.233. Emendavi. nam τῷ *quia*, non *ſic*, ſed *eo*, *propterea*, *idcirco*, *ideo* reſpondere ſolitum, in veterum latinorum, Ciceronis praeſertim, ſcriptis animadverti; cujus illa ſunt *ad Att.* lib.x. ep.15. QUIA *ſcripſeras, te proficiſci cogitare*, EO *te haerere cenſebam*. & lib.XII. ep.11. QUIA *ſemper animadverti, ſtudioſe te operam dare, ut ne quid meorum tibi eſſet ignotum*, PROPTEREA *non dubito, quin ſciat, cujus municipii ſim*: & lib. ep.22. *Quae omnia* QUIA *Caeſar extulerat in caelum*, IDCIRCO *in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio*. & lib.XIII. ep.7. *Sed* QUIA *confido, mihique perſuadeo, illum aequitatis habiturum rationem*, IDEO *a te non dubitavi contendere, ut &c.*

(*d*) Idem doctrinae, Nobilio a Pogiano traditae, biennium in epiſtola *Cras ſenatum fore*, infra recenſenda, commemoratur; quam conſtat die 5. febr. an. 1555. datam: ut propterea, non temere nos de tempore, quo haec ad Cervinium data fuerit, in prima adnotatione conjeciſſe videamur.

(*e*) *profuerit* exempl. Emendavi ex cod.vatic.

(*f*) Vide codicillum 21. *Nihil propius* pag.35. & 51. *Si mihi per te* pag.58. & 61. *Nunquam exiſtimaſſem* pag.65.

diſſimulare, dummodo & conſtantiae meae ſervirem, & tuae (cujus ſingula verba, ſingulas leges exiſtimo) Maffeique cardinalis (cujus, etiam mortui (g), mihi vivit auctoritas), Gulielmi praeterea Sirleti, & Baſilii Zanchii (h), doctorum & proborum virorum, de me judicio reſponderem. ſperabam autem, aliquando fore, ut, ſi minus odium, in me iniquiſſime conceptum, deponeretur, audacla ſaltem, inani ſuperiorum temporum exitu deterrita, conquieſceret. ſed profecto bellum aeternum ſuſceptum eſt vitiis cum virtute, inſcitiae cum bonis artibus; quarum me ſtudioſum, eorumdemque ſtudiorum huic cardinali hortatorem & magiſtrum ferre illi non poſſunt. de his omnibus cum optimus hic atque humaniſſimus adoleſcens, cui illa permoleſta eſſe intelligo, patrem admonuerit, totum id ille tamen lentius ferre viſus eſt. quamobrem duxi ego aliquando meam rationem: quam ſi tibi probaro, quem unum ex omnibus plurimi facio, non verebor jam, ne quiſquam hanc, poſt biennii tot tantaſque moleſtias, conſilii mei mutationem inconſtantiae tribuat. equidem, cum hanc conditionem inſtituendi adoleſcentis accepi, majores ejus generis commodorum, quam eſſent hae, facultates praetermiſi, multas poſtea neglexi, quae mihi cum magna animi mei tranquillitate offerebantur. navavi tantam operam adoleſcenti, quanta maxima cuiquam a praeceptore navari poſſit. conſecuta ſunt, quae dixi, non modo nulla querela domini, ſed ne ulla quidem ſignificatione offenſionis. quae res, quae ſpes mea reliqua ſit, nihil attinet dicere. cupio quidem vehementer id, quod quamdiu hic fui, vix contigit, Deo & mihi, hoc eſt ſtudiis meis, ſatisfacere. quod quoniam proprium eſt tuum recta & honeſta hominum ſtudia, quacunque re poſſis, adjuvare, ſpero, te, pro ſingulari iſta benignitate,

(g) Simile eſt Paulli Manutii illud in litteris ad Antonium Aelium, polenſium epiſcopum datis, & ejus commentario in orationem pro *P. Sextio* praefixis: *Sciebat optime omnium, & mihi, cum viveret, hoc nomine tribuebat plurimum Bernardinus Maffeus cardinalis, meus ille, in omni mihi vita deflendus, Maffeus, urbis deliciae, lepor, humanitas, exemplum antiqui officii, flos omnium virtutum. amabat hace ſtudia mirifice, eaque, quibus poterat rebus (poterat autem plurimis) tuebatur & fovebat ... Quare, quoniam illa Maffei ſuavitas, illud ingenium, illa virtus erepta morte, nimium iniquo fato, nobis eſt (tametſi memoriam illius viri neque mihi mors neque omnino dies ulla unquam eripiet) &, quando, quae illius erant partes in ornandis liberalibus diſciplinis, eae translatae ad te videntur, praeclarique muneris quaſi vicarius relictus es, ego quoque, quod in illum ſtudii, quod habui voluntatis ac benevolentiae (id erat tantum, ut accedere nihil poſſet) totum illud in te unum, illi quamſimillimum, contuli.* Obierat autem Maffejus die 16. jul. 1553.

(h) De eo vide epiſt. 15. *Adeſ* p. 25.

tate, quae, ut dixi, bonis & ſtudioſis prompta ſemper & parata fuit, mihi quoque, praeſertim juſta, meo judicio, petenti, praeclaraque cupienti, conſilio & auxilio non defuturum. Vale (*i*). i

(*i*) Adſcriptus eſt huic epiſtolae in Gratiani exempl. annus 1553. in codice autem vatic. annus 1560. Utramque ego adſcriptionem praetermiſi atque neglexi, utpote perſpicue mendoſam. nam anno quidem 1553. quo extremo (die nempe 22. dec.) Nobilius cardinalis eſſe coepit, illa ſcribi non potuerunt: *Duo ſunt anni, cum ampliſſimum hunc adoleſcentem doceo ... Sed tamen, illi tanta opera tribuenda, eodemque tui (quod ei in primis exemplum tuendi cardinalatus quotidie propoſui) imitatione erudiendo, incredibile eſt, quantum habuerim negotii .... Sed profecto bellum aeternum ſuſceptum eſt vitiis cum virtute, inſcitiae cum bonis artibus; quarum me ſtudioſum, eorumdemque ſtudiorum huic cardinali hortatorem & magiſtrum ferre illi non poſſunt*. Sed multo minus annus 1561. convenire huic epiſtolae poteſt, ad Cervinium ſcilicet, adhuc cardinalem, ſcriptae; qui, die 9. apr. an. 1555. pontifex max. renunciatus, hora ſeptima ejus noctis, qui diem ejuſdem menſis triceſimum conſequuta eſt, e vivis exceſſit.

LXXXVI.

Jul. Pogianus N. N.

QUatuor omnino ſunt dies, cum epiſtolam Ciceronis, in vulgarem communemque ſermonem a me tibi converſam, latine non reddis. quam ob rem vereor, ne tibi iſtius officii intermiſſio cum ad dicendum, tum ad ſcribendum detrimentum afferat. nulla enim re alia (id, quod optime noſti) utranque facultatem tibi comparare poteris. adde etiam, quod illas ipſas epiſtolas ad Atticum memoriae mandare intermiſiſti. qua in re magnum quoque feciſti damnum. Graece neſcire (*a*), aeque turpe eſt atque haec noſtra ignorare; tibi vero a
turpiſſimum, qui duos ipſos annos in hoc ſtudio poſuiſti. Omnino langues ipſe, neque, perinde ut deberes, in diſcendi cupiditate verſaris. quare aliquando fuge iſtam, te indigniſſimam, negligentiam.

LXXXVII.

(*a*) Conferat haec lector, & conciliet, ſi poteſt, cum iis, quae Narius de Nobilio noſtro prodidit in ejus *Vita* pag. 4. *Alla memoria*, inquit, *ſi vedeva congiunta una grande apertura di gindizio, che la faceva maggiormente riſplendere, mentre imparò da ſe ſteſſo la Grammatica, e così preſto e bene, che nell'età di dieci anni poſſedeva francamente le due lingue greca e latina*.

LXXXVII.

Jul. Pogianus N. N.

MAgnam habes opinionem probitatis & eloquentiae. nam
a Sirletus (a) mane mihi dixit, heri de te in coetu multorum & bonorum & doctorum virorum eum fuiſſe ſermonem,
b ut affirmarent omnes, maximum fore te tui ordinis (b) ornamentum. quid quaeris? idem Sirletus ita mecum egit. ,, Ego, Juli, nihil illo adoleſcente ſanctius exiſtimo; ut nihil mihi longius ſit, quam ut Romam redeat
c cardinalis meus (c), cui ita commendaturus ſum mores, virtutem, doctrinam, ſcribendi facultatem ipſius adoleſcentis, ut facile ſperem, eum, qui tuum
d e cardinalem (d) in oculis fert, perſuaſurum eſſe pontifici (e), ut non modo ipſum ornet, ſed divitiis & honoribus augeat ,,. Magnum omnino eſt, quod de te expectat vir ille cum doctus tum
f ſanctus, & egregius praedicator laudum tuarum. Xenocrates (f), mihi crede, incumbet in cauſam, cujus tanta eſt apud pontificem
g gratia & auctoritas, ut per eum facile noctuae (g) & nebu-
h loni praeferamur (h). Palaemon ita ſtudet praetextato, ut majorem illius, quam ſui ipſius, habeat rationem.... miratur ipſe, ad eum amorem, quem cumulatum credebat, in ſingulas horas aliquid accedere. ſunt alia quaedam. ſed de his coram.

LXXXVIII.

(a) Guilhelmus Sirletus: de quo ſaepe & diximus & dicturi ſumus.

(b) Cardinalicii ſcilicet.

(c) Marcellus Cervinius: cujus fratris filios Herennium atque Ricciardum Sirletus inſtituebat. Roma autem per aeſtatem anni 1554. Marcellus, vitandorum calorum & valetudinis cauſa, diſceſſerat; ac primum ſe Otriculum, tum Iguvium, dioeceſanam ſynodum acturus, denique ad oppidum Montis Fani contulerat: neque Romam revertit, niſi poſt exſtinctum die 23. mart. an. 1555. Julium III. ad ea cardinalium comitia properans, quibus ipſe die 9. inſequentis aprilis pontifex maximus creatus eſt, dies non niſi duos & viginti in pontificatu victurus.

(d) Robertum Nobilium.

(e) Julio III. cui tamen de ornando Nobilio nihil perſuadere Marcellus in illa ſua abſentia potuit. ornavit vero eum ipſe, ubi pontifex max. renunciatus eſt, bibliothecae vaticanae adoleſcentem praeficiens. Vide epiſt. 75. *Cum minime* pag. 76.

(f) Si non Cervinius ipſe confictо hoc Xenocratis nomine, alius certe aliquis gravis atque ſpectatus in urbe vir (qualis Xenocrates Athenis fuit), qui & Nobilio faveret, & apud Julium III. gratioſus eſſet, deſignatur.

(g) Eamdem *noctuam* appellavit Pogianus in epiſt. 45. *Dum epiſtolam* p. 54. Sed quia hanc *noctuam*, quis illum, qui mox occurrit, *Palaemonem*, quis *praetextatum*, quis denique totum hoc aenigma intelligat? ex quo etiam nonnulla verba, quae & mendi aliquid continebant, & poterant ad non ſatis honeſtam interpretationem facile detorqueri, removenda duxi, pro iiſque punctula quaedam ſubdere typographum juſſi.

(h) *praeferantur* Gratiani exempl. Emendavi ex cod. vat. pag. 267.

LXXXVIII.

Jul. Pogianus N. N.

NIhil me antehac in meis literis aſſervandis negligentius fuit ; quippe qui ſexcentas epiſtolas hactenus non modo aliorum nomine , ſed mea cauſa , partim diligenter partim temere ſcriptas , aut conſciderim aut amiſerim : ut me nunc negligentiae meae maxime poeniteat . ſum enim admonitus a nonnullis , quorum ſingula verba totidem oracula exiſtimo , nihil negligendum eſſe , quod vel tibi , modo id ſcriptum ſit , dormienti exciderit . quamobrem a te etiam atque etiam peto , ut , quem ad te hodie mane libellum (*a*) dedi , eum mihi remittas . nam , praeterquam quod hanc cuſtodiendi poſthac mea ſcripta rationem inſtituere cupio , ſunt etiam quaedam , quae minime velim emanare . omnino nihil mihi gratius facere potes , quam ſi , tot meis ad te literis imprudentius ſcriptis , & iiſdem ab eodem te vel diſciſſis vel abjectis , aliquando mea ſcripta mihi remittere coeperis . expecto igitur cum hunc meum tum matutinum ad te libellum .

(*a*) *Libelli* nomine ſingulos codicillos hos ipſos ſuos , ad Nobilium ſcriptos , Pogianus & heic & alibi ſignificat .

LXXXIX.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

QUod tantum in literis vivendique ratione , me auctore , profeciſſe te , ſcribis , non concedo , tibi ut ea res majori voluptati ſit , quam mihi . neque enim , ut is evaderes , minus a me , quam a te ipſo , eſt elaboratum , aut , quod vix natura fert ut accidat , tu me tui amore (*b*) ſuperas . utinam modo tam mihi conſtaret animi , quam ingenii tui , fructus ; qui quoniam pluris eſt , immovero quia nullum doctrinae ornamentum , nullum decus ingenii laudem habet , niſi probitate & integritate nitatur , vel potius hominibus exitio eſt , acrius virtutis , quam reliquae facultatis ſtudium tuum deſidero . ſed tibi

(*a*) Hanc epiſtolam ad Nobilium datam eſſe, non arbitror : & certe eam Gratianus inter Pogiani ad Nobilium reliquos codicillos non recenſuit , ſed alio quodam ſui exemplaris remoto ab iis loco . omnino de Nobilio , ſive potius de Nobilii domo , videntur extrema epiſtolae illa dici non potuiſſe : *Te ingrato in me animo fuiſſe , facile patiar ; virtuti nuntium remiſiſſe (quod neſcio quomodo fatale eſt domui tuae) indigniſſime fero .*

(*b*) Hoc eſt , in te amando .

tibi fortaſſe officium eſt antiquiſſimum, & ego fallaci ſpecie & inani rumore commoveor. cupio ita eſſe. verum idem intelligo, vitandam eſſe ſuſpicionem, praeſertim nefariae rei, in qua aliqua culpa fuerit. eſt acuta civitas, ſuſpicioſa, maledica, naſcenti gloriae inimica; quae interdum arrepto vel leviſſimo argumento pro certo crimine abutitur. ergo cavendi oculi, cavendae voculae iniquorum, quorum obtrectatione laeditur fama, curſus honorum impeditur, inſeruntur in hominum animis incommodae opiniones, quae fere nunquam poſtea evelluntur. ſed redeo ad illud, in quo video ſudare te, laborantem, ut, cum in me tanto amore exiſtas, vix ut tibi ſatisfaciat gravis illa profeſſio pietatis, te praeterea gratus & juſtus in eundem me videri poſſis. quae pars literarum, niſi eam exercitationis cauſa adhibuiſti, ſupervacanea fuit. contrita enim jam ſunt iſta de officio, de voluntate & facultate referendae gratiae tua, ut eadem inculcare putidum ac moleſtum eſſe videatur. neque enim tu is es, qui meritorum magnitudini verborum amplitudine reſponderi, exiſtimes, & ego ſum is, qui in beneficio inſtituti mei rationem ducam, non etiam officii alieni. qua re fit, ut ne promiſſis quidem pendeam cujuſquam: niſi forte me adductum arbitraris ſpe commodorum hanc tibi aſſiduitatem praebuiſſe. nam, ſi fructum ſequerer, non erat ut me tibi potius ad docendum darem, quam illis (c), quibus etiamſi tu in referenda gratia te ſuperiorem fore, uno & altero audiente, ſaepe dixiſti, tamen, cum illi te vincant divitiis, & majorem habeant uſum ejus liberalitatis, aliqua ejus generis eligenda conditio fuit; quo facto & manerem in veteri curriculo induſtriae meae, & melius, nonnullorum judicio, famae conſulerem. ſed nihil tanti fuit, quo tibi deeſſem: recte, an ſecus, nihil attinet diſputare hoc quidem tempore. illud minime praeteribo, me (tute ſcis) mea ſponte, nulla re provocatum, tui amorem ſuſcepiſſe, item ſuſceptum auxiſſe, & ad ſummum perduxiſſe: cui ſi tu, quod nonnulli verentur, meo in te ſtudio minus reſponderis, te ingrato in me animo fuiſſe, facile patiar; virtuti nuncium remiſiſſe, quod, neſcio quomodo, fatale eſt domui tuae, indigniſſime feram. Vale.

XC.

(c) Haec quidem ad Nobilium quoque ſcribi a Pogiano potuiſſe, non diffiteor, qui illa meminerim, ab eodem ad card. Cervinium ſcripta, in epiſt. 85. *Quia conſtat* pag. 84. *Equidem, cum hanc conditionem inſtituendi adoleſcentis* (Roberti Nobilii) *accepi, majores ejus generis commodorum, quam eſſent hae, facultates praetermiſi; multas poſtea neglexi, quae mihi cum magna animi mei tranquillitate offerebantur.* Verum, eadem non niſi ad unum Nobilium potuiſſe ſcribi, affirmare ac praeſtare quis poſſit?

X C.

Robertus Card. Nobilius Reginaldo Card. Polo. (*a*) *a*

EX literis, & antea a Philippo rege (*b*), & proxime a te (*c*) *b c* de admirabili & plane divino Britanniae cum ſancta ſede reditu in gratiam ad Julium pontificem max. miſſis, eam cepi volu-

(*a*) *Reginaldus Polus* (inquit Oldoinius in *addit.* ad Ciacconium) *natione Anglus, Ricardi Poli, Henrici* (VIII.) *regis fratris conſobrini, Suffolciae ducis, & Margaritae comitiſſae ſarisberienſis, quae regio pariter ſanguine genus ducebat, filius, natus eſt eodem anno, quo lucem aſpexit Carolus V. anno ſcilicet* 1500. *menſe martio ... Adoleſcens adhuc in coenobio patrum carthuſianorum apud Londinum primo, deinde Oxonii in collegio Corporis Chriſti literis operam dedit ... Henricus rex ... oxonienſis eccleſiae decanatum ei contulit. Annum poſtea agens ſuae aetatis* 19. *Galliarum & Italiae deſiderio accenſus Pariſios primum, mox Patavium profectus eloquentiae ſimul & philoſophiae ſtrenuam operam dedit ... Fuit ei magna inter caeteros cum Petro Bembo, Aloyſio Priulo, Gaſpare Contareno, & Joanne Petro Carrafa familiaritas .... Poſt quintum annum a ſuis domum revocatus non ante redire voluit, quam Romam videret. Anno jubilaei, Romae non diu moratus, in patriam reverſus; propter doctrinam & mores amabiliſſimos omnibus gratiſſimus fuit. Anna Bolena, Henrici regis concubina, nihil rebus ſuis utilius eſſe poſſe cogitavit* (fort. *cogitans*) *quam ſi Reginaldum... in ſuas partes pertraheret, omnes admovit machinas, quibus id conſequeretur ... Quibus promiſſis cum nihil moveretur clariſſimus juvenis, nondum trigeſimum aetatis annum agens, fratribus tamen ejus vehementer urgentibus, atque apud eum inſtantibus, ut, vel uno verbo aut nutu, regis a Catharina divortium ſe haud improbare teſtaretur ... regem adiit: a quo humaniſſime acceptus, cum ea dicere pararet, quae ſibi propoſuerat, verba ſcilicet regi placitura, vix os ad loquendum aperuerat, cum, Deo, qui corda & linguas hominum dirigit, ita volente, ſtatim ſic haeſit lingua palato, ut verbis exprimere, quae animo conceperat, nullo tenus poſſet: e contra omnia, quae tacere aut diſſimulare conſtituerat, regi propoſuit, ejuſque impietatem redarguit, & cauſae iniquitatem pluribus verbis ante oculos poſuit, quae ab omnibus ſcholis eſſet exploſa ... Adeo exarduit ipſe rex Henricus, ut ſemel ac iterum arrepto pugione Polum manu propria tentarit occidere ... Unde, cum, iram, quam incurrerat, ipſiuſmet regis fugiens, Avenionem, ubi parum haeſit, indeque iterum Patavium ſe recepiſſet .... dedit ad Henricum regem graviſſimas epiſtolas, quibus ei, quam vana eſſet futiliſque atque impia ſui pſeudoprimatus electio meridiano ſole clarius demonſtravit ... Quod autem per privatas epiſtolas aut libellum Henrico ſignificavit, id multo magis profeſſus eſt, quaſi edita publica fidei confeſſione, univerſis anglis propoſita, quam, quatuor menſium ſpatio confectam, totidemque libris comprehenſam*, unitatis eccleſiaſticae defenſionem *appellavit, ad ipſum Henricum VIII. Angliae regem: quibus quintum adjunxit ad Eduardum VI. ejuſdem Henrici filium & ſucceſſorem, qui ceteris illis libris praefationis loco eſt ... A Paulo III. romano pontifice cum aliis praeſtantiſſimis viris Romam evocatus eſt, ut ejus conſilio & opera ratio aliqua iniretur, qua diſciplina eccleſiaſtica corrigi poſſet ac reſtitui. Inter haec admonitus Polus conſilii pontificii, a quo ad ſacri ſenatus honorem vocabatur, preci-*

voluptatem, quam me, non modo pro chriſtiana & cardinalitia parte,

precibus & rationibus egit apud ipſum pontificem .... ut, ſin minus a propoſito ipſum creandi cardinalem poſſet penitus avertere, ſaltem in aliud tempus differret ... Annuit dictis optimus pontifex: ſed, convocata ſequenti die conſiſtorio, ut aliquot alios purpura inſigniret, ſenſit ſe divino quodam nutu impelli ad Polum reliquis adjungendum (die 22. dec. an.1536.) .... *Henricus rex ad talem Reginaldi Poli purpurae nuntium ira exarſit; neglectoque duplicis propinquitatis vinculo, perſecutionis telam exorſus eſt, cardinalis Poli fratribus aut internecioni datis, aut fuga vitam redimere coactis: imo Margaritham ipſam, Sariſberiae comitiſſam, Reginaldi matrem, clariſſimam pientiſſimamque faeminam, pluſquam ſeptuagenariam, nulla aetatis ſexuſve habita ratione, aut regii ſanguinis jure, quo clarebat, capite plecti jubet ... Neque matrem tantum, ſed Poli quoque noſtri fratrem, & hujus filium primogenitum martyrio affecit Henricus ... In ipſum quoque Polum furens Henricus quinquaginta millia aureorum pretium propoſuit ei, qui necem illi inferret. nec defuere, qui ſpe tantae mercedis tantum ſcelus aggrederentur. inventi namque ſunt, qui id auderent, itali nempe tres & angli duo: pro quibus ipſe, rara clementiae exemplo, interceſſit; eumque gratiam pro italis obtinuiſſet, doluit, ſe idem pro anglis impetrare non potuiſſe, qui ad triremes damnati ſunt ... Legatione viterbienſi deinde donatus Polus a romano pontifice, totum ſe orationi, ſtudiis, & quieti dedit; a qua legatione Tridentum, ut concilio praeeſſet, miſſus eſt. At, Paulo e vivis erepto, tanta fuit cardinalium in Reginaldum animorum conſpiratio, ut duo tantum illi ad aſſequendum ſupremum pontificatum ſuffragia defuerint ... Poſt Julii* (III.) *electionem* (die 8.febr. an.1550.) *Polus, annuente pontifice, Roma diſcedens, ad coenobium quoddam ſeceſſit agri veronenſis, quod Magnanum dicitur, & a Benedictinis monachis incolitur, cujus ordinis patrocinium gerebat. ibi cum ſeſe abdere & reliquam vitam tranſigere ſtatuiſſet, fama, quae increbuerat de morte Henrici & Eduardi regum, &, quae proxime ſecuta eſt, ſucceſſione Mariae, intra clauſtri latebras deliteſcentem excitavit, ac Romam iterum pertraxit ... Maria, defuncti regis Henrici ex Catharina hiſpana filia, religionis catholicae cultrix eximia, ſceptro anglicano, quod ad eam jure ex teſtamento patris pertinebat, potita, poſtquam in arcem & urbem londinenſem triumphantis more ingreſſa eſt, nihil habuit antiquius, quam ut veterem religionis cultum reſtitueret ... Reginaldum quoque Polum aſcivit: quem & Julius III. legatum de latere ad Caeſarem & regem chriſtianiſſimum tranſmiſit ... Maria duos aulae ſuae primarios viros ... Bruxellas miſit, qui legatum honorifice evocatum deducerent ... Polus his ſe viae comitibus die 23 ſeptembris anni 1554. ad iter accinxit, & Caleto, quod erat tunc ditionis anglicae, paratis ad id ſex navibus ... ſe in patriam trajecit, & ad Doveram, qui proximus eſt inſulae portus, feliciſſime delatus eſt ... Inde Polus IX.Kal. decembris Londinum ſe contulit, tunc primum, regum permiſſu, argentea cruce, quae legationis apoſtolicae inſigne eſt, prolata, & in prora cymbae, qua vehebatur, ut ab omnibus conſpiceretur, conſtituta. Praemiſſus wintonienſis epiſcopus, regni cancellarius, cum pleriſque proceribus, qui navigio egredientem exciperent: Philippus ipſe, qui cum Maria adhuc ad menſam ſedebat, ſurgens obviam proceſſit, Regina vero ad ſummas ſcalas venientem excepit ... Triduo poſt regem adiit Polus ... Rex obviam ei rurſus extra cubiculum proceſſit ... Poſtridie rex ipſum officii cauſa viciſſim adiit; tuncque ſimul de rationibus egerunt, quibus regnum ad eccleſiae catholicae unito-*

te, ſed pro ſumma erga te benevolentia & obſervantia, ex re

 in,

unitatem revocaretur. quae res ſolemni ritu peracta eſt. nam poſtridie conventus in regia coram ipſis regibus habitus eſt, cui Polus interfuit. ubi vuintonienſis, cum de Poli mandatis, quae a pontifice miſſus ad Angliae regnum haberet, egiſſet, Polus ipſe longam orationem vernacula lingua habuit, gratiasque ordinibus egit, quod ſe in patriam ac nobilitatem reſtituiſſent, ſicque ſibi praecluſum ante ad regnum aditum pateſeciſſent & facultatem ipſis inſerviendi dediſſent: ſe viciſſim veniſſe, ut, qui in terrenam patriam ac nobilitatem ab ipſis reſtitutus ſit, eos in coeleſtem patriam ac potiorem nobilitatem reſtituat, qua ſe tum demum ipſi ſpoliaverint, cum ab unitate eccleſiae defecere. igitur monebat, ut ſuperioris temporis, quod tot tantaſque ipſis & univerſo regno calamitates importaverat, errorem ingenue agnoſcerent, & ex animo deteſtarentur, &, quod iis beneficium Deus, vicarii ſui nomine, per ejus vicarium deferat, id ſincera animorum alacritate acciperent, ac ſedulo retinerent: reliquum eſſe, ut, cum ipſe adeſſet claves afferens, quibus eccleſiae valvas ipſis aperiret ... ipſi leges illas omnes abrogarent, quae, contra ſedem apoſtolicam latae, ipſos a reliquo eccleſiae corpore omnino divulſos tenerent ... Seceſſit Polus tantiſper, dum deliberaretur: deinde revocatus, vuintonienſem epiſcopum ſic loquentem audiit: Deo gratias agimus, qui pro ſua immenſa miſericordia prophetam nobis ex noſtro ſemine ſuſcitavit, *ampliſſimum ſcilicet cardinalem, qui totus in ipſorum ſalutem incumberet. Tum, poſtquam beneficium, a pontifice ultro Angliae regno factum, multis verbis laudaſſet & extuliſſet, ſe ipſum cum ceteris errore lapſum palam faſſus eſt; atque, ut omnes tandem ad cor redirent & reſipiſcerent, oblatam gratiam amplexantes, admonuit. Altera die, pridie ſcilicet Kalendas decembris, cardinalis Polus ab Arondelli comite, regiae domus praefecto, & ſex aliis primariis equitibus, totidemque epiſcopis, deductus, in regiam ſe contulit. ibi in conſeſſu cancellarius circumſtantes rogavit, placeretne iis, ut ipſorum nomine veniam (corr. venia) a legato peteretur, ut ad eccleſiae unitatem, atque ad pontificis romani, qui eſt ſupremum ejus caput, obedientiam redire poſſent. Clamore magno aliis, ſilentio nonnullis aſſentientibus, libellus ſupplex regibus omnium nomine porrectus fuit; quo univerſi poenitere ſe ſchiſmatis & a romana eccleſia defectionis, declarabant, & proinde rejicere leges omnes, quae contra ſummum pontificem latae eſſent, &, quantum in ipſis eſſet, abrogare: orabantque reges, ut veniam ſibi per ejus legatum impetrarent, atque ejus beneficio in gremium eccleſiae tanquam filii reciperentur. Poſtquam reges legiſſent libellum, vuintonienſi cancellario reddidere, qui eum alta voce recitavit ... Perlecto libello, iterum cancellarius ab univerſo coetu, qui regnum totum repraeſentabat, petiit, num eam petitionem ratam haberent? Omnibus affirmantibus, rex & regina eum cardinali legato tradiderunt. Poſt regum deprecationem conſidens Polus, quod (corr. quid) poteſtatis ſibi a ſummo pontifice conceſſum fuerit, recitato diplomate, palam fecit. tum immortales ſe Deo gratias habere dixit, quod, quemadmodum priſcis eccleſiae temporibus anglis hanc gratiam feciſſet, ut primi, rejectis gentium erroribus, verum Dei cultum publice conſenſu amplecterentur, ita nunc iiſdem tribuiſſet, ut, cum ſeſe ab eccleſia ſejunxiſſent, quam graviter deliquiſſent, agnoſcerent. nec dubitandum eſſe, ſi vere eos atque ex animo poeniteat, quin angeli ſummum gaudium ex tot hominum tamque florentis regni converſione capturi ſint, quibus vel unius peccatoris poenitentem animum ſummam laetitiam afferri verbi divini teſtimonio*

Digitized by Google

in primis Deo glorioſa, tot hominum millibus ſalutari, tibi hono-

nio conſtet. Eo dicto, conſurrexit: idem rex & regina fecerunt, & in genua ſubſiderunt. Ibi tum ille Dei numen atque miſericordiam implorans, precatus eſt, Dei populum humiliter proſtratum benigne aſpiceret, eique culpam ignoſceret: ſeque legatum ab Julio, ſummo pontifice, Chriſti in terris vicario, conteſtatus, ut illos abſolveret, de mora (foſt. *more*) *benedixit toti multitudini, ſimulque eam abſolvit. Mox in regiae ſacellum itum eſt ad decantandum BB. Ambroſii & Auguſtini hymnum. ſic Deo ſunt actae gratiae ſymphonia cantorum, & feſtivae laetitiae, uti fieri conſuevit, editis ſignis... Haec reconciliatio regni poſt vigeſimum annum, in* (foſt. *ex*) *quo infauſtum illud ab Henrico VIII. coeptum eſſet ſchiſma, incidit in feſtum S. Andreae. unde ſynodico poſtea decreto conſtituit legatus Polus, non ita multo poſt factus cantuarienſis archiepiſcopus, ut, ad tanti beneficii immortalem memoriam, feſtum S. Andreae in perpetuum duplici officio apud anglos celebraretur. &c.*

Haec, ex Oldoinio totidem verbis deſcripta, praemittenda exiſtimavi, quo paratior atque inſtructior ad hujus epiſtolae ſententias cognoſcendas lectos accederet. Superiora autem illa, *Paulo* (III.) *e vivis erepto, tanta fuit cardinalium in Reginaldum animorum conſpiratio, ut duo tantum illi ad aſſequendum ſupremum pontificatum ſuffragia defuerint*, volo aequalis anonymi ſcriptoris, qui comitiis illis interfuit, cujuſque diligentiſſimus de iis ms. commentarius apud me eſt, teſtimonio confirmari. *Die Jovis*, inquit, *quinta decembris* (an. 1549) *ſummo mane cardinales utriuſque partis* (ſcil. caeſarianae ac gallicae) *iterum ad practicas redierunt, & alter alterum vel pollicitationibus vel minis in ſententiam ſuam trahere conabatur. firmiter nihilominus unuſquiſque in ſuo opinione perſeverabat; & palam contendebatur ab omnibus. adveniente hora* XVI. *qua miſſa celebrari conſueverat, praeceptum fuit magiſtro caeremoniarum, ne campana ſignum miſſae daret, ſed expectaret quouſque omnes ſimul convenisſent. cum concordari nullo modo poſſent. qui Polum* (ſubaudi *eligere volebant*), *in ſacello Pauli, reliqui in ſacello Sixti congregati ſunt; neque hi ad illos, neque illi ad iſtos accedere volebant. ita ſcrutinium impediebatur. Interim cardinalis de S. Cruce* (hoc eſt Marcellus Cervinius), *qui ob infirmitatem tardius ad locum ſcrutiniorum venire ſolebat, ad ſacellum Pauli venit, vixque primo limine ingreſſo, neque etiam adorandi facultate data, obviam ei fuerunt Carpenſis, Moronus, Tridentinus, Mantuanus, Farneſius, qui praecipue Polo favebant, ſecumque loqui annuerunt. ipſe, poſt orationem ad Deum, illos audivit. Retulerunt, quo in ſtatu res ſe haberet, & quod, licet jam duae partes ad Poli electionem conſenſiſſent, obſtabant tamen Galli, quominus pontifex legeretur; rogaruntque ipſum, ut, pro bono pacis, orator vellet accedere ad Gallos, apudque eos contenderet, ut cum aliis concordare vellent, ad evitanda ſcandala. Reſpondit ipſe, ſe nihil unquam ardentius deſideraſſe, quam ut pax in eccleſia Dei conſervaretur, & ſchiſmata ob ea tollerentur; magnumque dolorem ex eorum diſſenſione cepiſſe, cum electio ſummi pontificis pure, ſepoſito omni humano affectu, fieri debeat, & quod hac de cauſa ipſe neutri parti adhaerere voluerit, ſed, quod Spiritus ſanctus in plurimorum mentes inſpiraſſet, ſecuturum: atque ideo, quantum in ipſo eſſet, elaboraturum, ut Galli cum aliis convenirent. poſtulavit tamen, ſibi ſocium adjungi, ut teſtem. Datus ei fuit Moronus. Iverunt. Tridentinum primo alloquutus eſt de Sancta Cruce, hortatuſque eſt pluribus verbis, ne tantum diſpendium reipublicae chriſtianae inferri pateretur ob diſcordias, & quod*

Digitized by Google

honorificentiſſima, capere oportuit. itaque in incredibili pontificis.

& quod ſatis earum conſcientiis fecerant, quod Poli electionem turbarant: ſed, cum jam viderent, Spiritum ſanctum Polum deſiderare, nollent diutius divinae voluntati reluctari. Reſpondit decanus, ſe valde cupere pacem & quietem eccleſiae; verum electiones pontificum ſine maximis contentionibus fieri non poſſe .... Internuntii redierunt, & retulerunt facta & dicta. tandem eorum precibus, & illarum laſſitudine, & ut receſſionis notam effugerent, ſuis prius in ſententia confirmatis, omnes in unum convenerunt hora circiter decimanona. decretum ſcrutinium. miſſa abſoluta, omnes cum ſcabellis more ſolito convenerunt ... Tandem per majorem partem concluditur, quod hodiernum ſcrutinium habeatur: quod factum eſt ordine, quo ſupra, videlicet: Tranenſis XIV. *Salviatus* II. *De Monte* I. *Sabinenſis* XVI. *Veralanus* II. *Carpenſis* I. *Burgenſis* VI. *Sancta Crux* I. *Moronus* III. *Armeniacus* II. *Caeſius* II. *Portugallienſis* I. *Verallus* I. *Maffaeus* I. *Ciba* V. *Rodulphus* I. *Gaddius* I. *Polus* XXIII. *Item duos acceſſus, videlicet Carpenſem & Farneſium (faciunt* XXV.*), S. Georgii* I. *Lectis ſchedulis ſurrexit Carpenſis, & dixit: „ Ego volo accedere. inveniatur votum meum, quod eſt ſignatum tali ſigno „. Quo invento, reſignatum fuit, & viſum, quod ipſe nominaverat quoſdam cardinales. Tunc ipſe dixit: „ Ego accedo ad Polum „. Idem fecit Farneſius, invento ejus ſchedula, quae ſignata erat hiſce verbis: „ Oſtende nobis, Domine, quem elegeris „. Poſtea ſilentium maximum factum eſt, uno in alium oculos vertendo. quidam etiam capite annuebant, atque invitabant alios, qui poterant, ut accederent: deficiebat enim unum votum tantum: quia licet jam vota publicata eſſent tantum vigintiquinque, tamen cardinalis de Monte bona fide promiſerat, quod, ſi vota hodierna aſcendiſſent ad vigintiſex., tunc ipſe acceſſurus eſſet, ut numerus vigintiſeptem impleretur. eo enim caſu ipſemet Polus potuiſſet ſibi accedere, ut numerus viginti & octo, qui neceſſarius erat, perficeretur. unum ergo tantum votum deficiebat. ut, cum nemo poſt vigintiquinque ſurgeret, & aliquantulum immoratum fuiſſet, decanus interrogavit, num quis alius vellet accedere? cumque a nemine reſponſum fuiſſet, dixit: „ Finitum eſt ſcrutinium „. & omnes ſurrexerunt, &, ſchedulis combuſtis, receſſerunt. & ita non habuimus papam. Mira profecto res fuit, & divina providentia factum, quod Polus pontifex electus non fuerit. ejus enim electio ita certa expectabatur hoc mane, ut ante ſcrutinium omnes fere, etiam contrariae partis, cellulas ſuas deſtruere mandaverint, & eorum bona ſub tuto poni, ob tumultum ſupervenientis populi creato pontifice. quin conclaviſtae Poli ejus veſtes & mobilia, quae intra conclave habebat, ob ſpem futurae laetitiae donaverant. & unus ex conclaviſtis Poli, jubentibus cardinalibus, ejus fautoribus, intra locum ſcrutinii portatas habebat veſtes pontificias, ut ſtatim, declarato pontifice, indui poſſet: & Polus ipſe verba quaedam conceperat, quae amicis oſtenderat, quibus, creato pontifice, cardinalibus gratias agere decreverat. Neque ſolum intra conclave, ſed etiam extra per urbem ejus electio certa expectabatur, uſque adeo ut hora illa ſcrutinii omnis populus ad palatium apoſtolicum, videndi cauſa novum pontificem, advolaverit; totaque platea ſancti Petri militibus, qui ad cuſtodiam urbis & conclavis conſcripti fuerant, armatis, & erectis vexillis ad laetitiam publicam plena erat: ac domus ipſius cardinalis, quae ſunt in palatio apoſtolico, amicorum, familiarium, populique de creatione Poli gratulaturi, multitudo compleverat: & tandem ſic indubie rem futuram ſperabant, ut ipſi Polo, veluti pontifice creato, pontificium prandium praepara-*

paraſ-

tificis maximi, patrum ampliſſimorum, & plane communi laetitia

tia

paraſſent, veſtes novas induiſſent, inſignia ipſius cum clavibus, & mitra pontificia confeciſſent ... Die veneris, VI. decembris, hora 17. omnes convenerunt in ſacello Pauli, ubi ... fuit factum quartum ſcrutinium, duobus & quadraginta cardinalibus in conclavi exiſtentibus, quorum vota: Tranenſis 7. Sabinenſis 5. Verulanus 15. Burgenſis 15. Cibo 11. Polus 22. reliqui pauca admodum ... Die ſabbati, VII. dec. in qua quintum ſcrutinium fieri debebat, antequam miſſa celebraretur, orta eſt publica vox in conclavi, Polum hac mane pontificem omnino creari ... In ſacelcellum Pauli hora 18. omnes convenerunt, ubi poſt miſſam ventum eſt ad ſcrutinium. antequam autem iretur in vota, Salviatus, ſecundus epiſcopus, Burgos, ſecundus presbyter, Rodulfus, ſecundus diaconus (primi enim ordinum ſcrutatores erant, ut ſuperius demonſtratum eſt) iverunt ad cellulam Verulani aegroti, & ejus votum detulerunt in ſacellum Pauli ... Deinde Salviatus ipſe & alii omnes ſuo ordine vota dederunt. quibus datis, cum Polus aſcendiſſet ad duo & viginti vota, & ſui quidam, quatuor certos acceſſus habere, confirmarent, ita ut, addito quinto, papam eſſent habituri, rogarunt Sanctam Crucem, ut ipſe accedere vellet, cum ab eo ſolo, ut ajebant, pontificatus Poli penderet. Sancta Crux, etſi aperte cognoſceret, vix fieri poſſe, quod Polus pontifex crearetur, cum jam quater reprobatus fuiſſet, praeſertim in tertio ſcrutinio, in quo unum ſolummodo votum ei defuit, & quod non immerito cogitandum erat, quod Deus ita diſponeret, & eum nollet, tamen, ne videretur id, quod palam in aliis ſcrutiniis fecerat, dando ſemper votum Polo, non bona fide feciſſe, ſed ficte & ſubdole, ut humanam tantum gratiam iniret, & eo tempore, quo eum jam futurum papam conſpiceret, pedem referre voluiſſet, vel alias ob ſui propriam cauſam ab acceſſu dando retardari ne quiſquam ſuſpicari poſſet, praemiſſa proteſtatione, quod, ſi hac vice Polus ipſe pontifex non fieret, ſe amplius Deum non tentaturum, & ad alium animum ſuum eſſe diverſurum, annuit deſiderio eorum, qui rogaverant; &, inventa ejus ſchedula, quae nomine Deus *ſignata erat, & in qua de Monte & Verulanum nominaverat, acceſſit ad Polum; & poſt eum acceſſit Pacecus. cum vero nemo alius accedere vellet, factus eſt finis ſcrutinii ... & ita papam non habuimus.* Sed, ne totum anonymi commentarium cogar deſcribere, ſatis ſit ſciri, eodem, quo adhuc, ſtudio faveri Polo a patribus perſeveratum eſſe uſque ad diem februarii menſis ſeptimum inſequentis anni 1550. (qui dies ultimus comitiorum horum fuit) ſic, ut, in numerandis uniuſcujuſque diei ſuffragiis, ſemper amplius viginti Poli ſuffragatores reperti fuerint.

(*b*) Philippi, Caroli V. filii, novi Britanniae regis, has, quae heic ſignificantur, ad Julium III. litteras Romae in ſenatu recitatas fuiſſe die 14. dec. an. 1554. docent illorum temporum monumenta.

(*c*) Poli ad eumdem Julium epiſtolae exemplum Odericus Raynaldus in *Hiſtor. eccleſ.* tom. XIV. edit. lucenſ. an. 1755. pag. 532. hoc affert.

Quae ſuperioribus diebus ad ſanctitatem veſtram ſcripſi, de illa ſpe, quam ceperam, fore brevi, ut hoc regnum ad eccleſiae unitatem & ſedis apoſtolicae obedientiam rediret, etſi non ſine magna cauſa ſcripſi, non poteram tamen non in aliquo timore verſari, non ſolum ob eam difficultatem, quam afferebat ejus nominis odium (corrige ex Natalis Comitis Hiſtoria ſui temporis, extremo libro VIII. *quam afferebat noſtrorum hominum ab apoſtolica ſede abalienata voluntas, & inveteratum jam per tot annos ejus nominis odium*), *ſed multo magis, quod verebar,*

tia (*d*), in ſupplicationibus multorum dierum, publice decre- *d*
tis, gratulationibuſque pie religioſeque factis, in ſumma denique
praedicatione ſapientiae tuae, pietatis, religionis virtutumque
omnium, cum ipſe communiter cum aliis juſto & pio muneri
ſatisfecerim, Stellae praeterea tuo (*e*) coram gratulatus fuerim, *e*
non alienum etiam duxi officio meo de iis rebus aliquid ad te
literarum dare. gratulor igitur tibi reſtitutam Britanniae tuae
chriſtianam pietatem, & veritatem ſalutemque recuperatam. in
quo cum immenſa divinae benignitatis vis in iſtos homines ſeſe
effudit (*f*), tum ejuſdem etiam facile declaratum eſt de tua *f*
ſingulari innocentia & integritate judicium. quanti enim illud
eſt, tantam chriſtianae reip. partem, infinitis erroribus depravatam,

bar, ne ingreſſus ipſe in cauſam, aliqua minus honeſta actione interpoſita, turbaretur. quod quidem ne accideret, vehementer egi cum ſereniſſimis regibus. ſed nihil ſane id neceſſe erat. vicit eorum pietas ac rei perficiendae ſtudium omnem expectationem meam vel maximam. hodie veſperi, quo die S. Andreae memoria recolebatur, qui primus Petrum fratrem ad Chriſtum perduxit, divina providentia factum eſt, ut hoc regnum ad praeſtandam debitam Petri ſedi & ſanctitati veſtrae obedientiam revocaretur, quo per illam Chriſto capiti, & ejus corpori, quae (fort. *quod*) *eſt eccleſia, conjungeretur. acta vero & confecta res eſt in comitiis, praeſentibus regibus, tanto ſtudio tantoque cum omnium applauſu, ut, cum ego peroraſſem, poſt benedictionem, ſtatim ab omnibus cum mirifica laetitiae ſignificatione acclamatum ſaepius ſit* Amen. *Ex quo plane perſpectum eſt, in his ſanctum illud ſemen, etſi jamdiu oppreſſum, tamen non extinctum fuiſſe; quod vel maxime Nobilitas declarat. Haec reverſus domum, ad ſanctitatem veſtram ſcripſeram, ut ei de tanta re, tanquam* (fort. *tamque*) *feliciter divino conſilio geſta, ſubito gratularer, cogitans, has literas regio tabellario dare, qui paulo poſt diſceſſurus dicebatur. poſtea vero, mutata ſententia, cum ſtatuiſſem certum hominem ex meis mittere, hoc tantum his litteris addere volui ad gratulationis cumulum ejuſque laetitiae gratulationem* (ſic) *quam cum maximam cepi ex ipſius rei eventu, omnium maximae, tam ſanctae, tam utilis univerſae eccleſiae, tam ſalubris huic patriae, quae me genuit, tam honorificae ei, quae me excepit, tum vero non minorem ex ipſis regibus, quorum virtute pietateque id profectum eſt, atque confectum &c. Londini pridie Kal. dec. 1554.*

(*d*) Natalis Comes in eadem *hiſtoria*, ſuperioribus Poli ad Julium III. litteris recitatis, *His*, inquit, *literis Romam allatis ad pontificem, omnes incredibili laetitia capiuntur. edita ſunt ubique ingentis laetitiae ſigna: ſiquidem inaudita ignium multitudo accenſa eſt, diſploſa tormenta complura, decretae ſupplicationes pro actione gratiarum. pontifex ipſe die proximo ſacra celebravit ad altare D. Petri, &, cum rediretur in palatium, multa projecta eſt pecunia: nemoque erat, qui non ſummopere gauderet, tot animas, quae perierant, ad veram ſalutem divina miſericordia fuiſſe revocatas.*

(*e*) Fortaſſe Fabius Stella, brixianus, ſignificatur, is, ad quem exſtant Paulli Manutii binae epiſtolae, decimatertia ſcilicet & decimaquarta libri II. quo Stella Polus, ut opinor, rerum ſuarum procuratore Romae utebatur.

(*f*) *effundit* exempl. & cod. vatic. Emendavi.

Digitized by Google

vatam, tamdiu abalienatam a reliquo corpore, a nobis certe capitali odio diſſidentem, vix te (g) conſpecto, ad ſanitatem ſtatim rediiſſe, ac ſupplicem, te interprete, atque adeo deprecatore, a Chriſti vicario veniam pacemque petere? o praeclarum Chriſti Dei ac domini noſtri operarium! qui, vixdum in ampliſſimam meſſem ingreſſus, in domini horreum uberrimos & laetiſſimos fructus condiderit, uberiores quotidie laetioreſque conditurus. iſta eſt vera gloria, veriſſimis laboribus exercitationibuſque comparata. utinam modo & tibi ea, & nobis te diutiſſime frui liceat! quod cum ad multorum ſalutem, tum ad noſtri ordinis (h) dignitatem maxime pertinet. ego certe, qui te, jam antea

(g) *in tuo conſpectu ad &c.* iid.

(h) Cardinalicii ſcilicet. Quaſdam Poli litteras, quibus Petro Bembo, de recenti cardinalatu gratulanti, reſpondit, in codice vaticano 6416. p.253. a me repertas, non alienum duxi hoc loco proferre, cum eruditiſque communicare, ſi prius Bembi ad Polum litteras, ex libro ejus epiſtolarum quinto edit. Venet. anno 1552. pag. 224. depromtas, exhibuero.

Petrus Bembus Reginaldo Polo Cardinali S.P.D.

Dolebam antea, te a nobis diſceſſiſſe; cum tamen eſſet ſpes, aliquando reverſurum. nunc autem, cum te Paulus pont. max. in ampliſſimum cardinalium ordinem legerit, neque poſthac his in locis te videndi facultatem mihi datum iri ullam putem, laetor tamen, tuam virtutem dignitate auctam & honeſtatam fuiſſe, quam te poſſe conſequi, incredibili Pauli prudentia judicioque freti, ſperabamus. qua de re tibi vere atque magnopere gratulor, atque perpetuae ſolidaeque voluptati tibi ſit iſte magiſtratus, quaeſo & opto. ac meum quidem tui abſentis deſiderium noſtrae neceſſitudinis memoria facile ſolabor. tu vero, longe ornatior atque illuſtrior factus, non Italiam modo, ſed Britanniam etiam tuam atque ipſum caeli verticem tuarum laudum ſplendore fac impleas. Vale. III. Kal. januarias 1536. Patavio.

Reginaldus Polus Cardinalis Petro Bembo S.P.D.

Accepi tuas literas, in quibus quod primum ſcribis, diſceſſum te meum antea dolenter tuliſſe, cum tamen non ſine ſpe eſſes, me brevi ad vos reverſurum, & nunc, cum ſpes tibi noſtrae reverſionis praeciſa ſit propter novum magiſtratum, qui me deinceps in his locis eſt retenturus, abſentiam te meam non lubenti ſolum, ſed etiam gaudenti animo ferre, utrumque, Bembe, abundantiam quandam tui erga me amoris declaras, non illius quidem mihi ignoti, ſed ita grati, ut, quo magis abs te illuſtratus fuerit, eo ſemper mihi ſit futurus jucundior. verum, quod ad digreſſum noſtrum attinet, ſi cuiquam noſtrum dolendum eſt, majorem ipſe quidem dolendi cauſam habeo, qui tot ſuavitatibus tuis careo, quibus, cum in iſtis locis eſſem & tecum verſarer, maxime delectabar; ut nunc me maxime accuſem, quod, cum per tuam humanitatem mihi ſemper liceret tua ſuaviſſima conſuetudine uti, non tam quidem frequenter, quam mihi & jucunda & utilis eſſe potuiſſet, ea fruebar. quare ipſe quidem, quocunque loco ero, non ſine tui deſiderio vivere potero, cum tu contra ex me, quod te tantopere delectaret, praeter mutuum amorem, nihil omnino poſſes expectare: qui quidem omni & loco & tempore idem erit, qui ſemper fuit, id eſt, in te conſtans, & nunquam non ad gratificon-

antea natura & patris admonitu, poſtea vero etiam ratione, non ſolum amandum & obſervandum, ſed, quantum in me fuerit, imitandum propoſui, ſaepiſſime a Deo precor, ut aliquando, conſtituta iſtic chriſtianae diſciplinae ratione, tibi apud nos, quod commodo tuo facere poſſis, vivere liceat. incredibile enim eſt, quam te, quem abſentem aſſidua cogitatione complector, praeſentem intueri, tuiſque & praeceptis & exemplis mentem atque animum meum conformare cupiam. Vale. Roma. VII. id. januarii.

ficandum paratus. Quod vero de honore hoc noſtro, & novo magiſtratu, ut tu eum appellas, tantopere gratularis, inſignia honoris, Bembe, ſunt haec, non honor, quae adhuc ſum conſequutus. honor enim, ut ego judico, & ut tu minime ignoras, in eo erit, ſi id praeſtare potero, ad quod tu me ſanctiſſimis & graviſſimis verbis hortaris, id eſt, ſi, quod virtuti ſoli eſt debitum, ſola virtute tuebor. in onere enim, quod per haec inſignia nunc data ſignificatur, verus honor adhuc latet, qui tum demique efflореſcet, ſi in ea ferendo recte me geram. ſed neque eum mihi unquam vindicare audebo, cum illi in primis debeatur, qui totum onus fulcit & ſuſtentat. verum, qualiſcunque erit, quandoquidem nullo modo reddi ſuus honor domino honoris poſſit, ut non aliqua pars illius ſplendoris datorem illuſtret, ſi hic ille honor ſit, qui veram gratulationem amicorum excitat, hoc quidem polliceor, omni me ſtudio & induſtria, pro mearum virium imbecillitate, daturum operam, ut de vero & ſtabili honore mihi aliquando gratulari poſſis. Ex quo ſi qui fructus in amicos redundant, niſi praecipuas tibi parteis in his vindices, qui antiquiſſimam mecum amicitiam geris, injuriam certe mihi abs te fieri judicabo. Quod ad me quidem attinet, quod amiciſſimis ſoleo, idem tibi praeſtare ſemper ero paratus. hoc autem ſi vere tibi de meo animo perſuadeas, ea profecto ſpes te nunquam fallet. Vale. Datum Romae undecimo Calend. febr.

Hoc tibi oneris a me imponi patieris, ut, quod commodo tuo fieri poterit, ſenem noſtrum, patrem inquam Marcum meum, qui me in Chriſto genuit, saepius inviſas, ſaepius meis verbis amplectare, in omnibus autem commendatum habeas.

Extra inſcriptum eſt:

Al Molto Magn. & Ex. Sig. come fratello hon. il Sig. M. Pietro Bembo.

Poſtrema illa: *Hoc tibi oneris &c.* non ab eadem, qua ſuperiora, ſed ab alia quadam, Poli fortaſſe ipſius, manu perſcripta ſunt.

X C I.

Jul. Pogianus N. N.

CRas (*a*) ſenatum fore, viator (*b*) modo nunciavit. quare, cum tibi hoc eodem ſenatu dicendae ſententiae facultatem datum iri ſperem, primum a Deo optimo maximo precor, ut *a b*

 ea

(*a*) Significari puto diem menſis februarii ſextum anni 1555. quo die, quemadmodum in quodam vaticanae bibliothecae libro ms. Oldoinius in Nobilii *Vita* lectum a ſe affirmat, *Sanctiſſimus dominus noſter* (Julius III.) *aperuit*

ea res tibi bene feliciterque eveniat : deinde a te etiam atque etiam peto, ut te colligas, &, quantum proximo hoc biennio praeſtanti iſto ingenio, aſſidua fere latine loquendi & ſcribendi conſuetudine, &, ſi quid ad rem pertinet, me doctore & monitore, profeciſti, tantum ſenatorio munere obeundo explices. neque eo dico, ut, quicquid audieris, legeris, ſcripſeris, vel meminiſſe debeas (quod fieri nullo modo poteſt), vel, etiamſi poſſet, totum id in ſententiae dictionem conferas; ſed ut diuturna lectione, ſcriptione & loquendi ratione conformes orationem tuam. quae quanquam primis his tui officii diebus, teque
c admodum adoleſcente (*c*), modica eſſe debet, & ad pontificis
d maximi ſententiam accommodata (*d*), tamen ipſa dicendi moderaruit os, *de more ſolito, reverendiſſimo domino meo cardinali de Nobilibus, & dedit ei annulum, & denominationem S. Mariae in Dominica*. Quae quidem *oris apertio* nihil aliud eſt, niſi jus dicendae in ſenatu ſententiae, cardinalibus a romano pontifice tributum: quo illi jure non ſtatim atque cardinales creantur, biretoque, quod vocant, rubeo inſigniuntur, uti ſcuique incipiunt, ſed poſteaquam pileum, ſive galerum, item rubeum, quod eſt alterum cardinalatus inſigne, ab eodem rom. pontifice acceperint. etſi autem uno eodemque tempore & *os aperiri*, & pileus tribui fere ſoleat, tamen Nobilio pileum die XI. dec. an. 1554. tributum, Ludovicus Branca, *caeremoniarum pontificiarum magiſter*, in ſuis ephemeridibus affirmat; *os* autem *apertum* die 6. febr. an. 1555. vaticanus ille liber, ab Oldoinio inſpectus, docet. quem Narius in Nobilii *Vita* ſequutus, *Il ſommo pontefice*, inquit pag. 16. *vedendoſi per la promozione di tal ſoggetto* (Roberto de' Nobili), *più che per qualſivoglia altra, nel colmo di ſue glorie, ſentendoſi forſe vicino al fine della vita, geloſo di partire dal mondo, ſe non aveſſe dato l'ultima mano a queſta ſua opera, sì maraviglioſa, il giorno ſei di febraro 1555. gli aprì in conciſtoro la bocca, gli diede l'anello, e il titolo della diaconia dell'antichiſſima chieſa di S. Maria in Dominica, volgarmente della Navicella, quale accettò* (il Nobili) *con mirabil gioja, per eſſer divotiſſimo della gran madre di Dio. e non paſſarono molti giorni, che il pontefice ſuddetto il giorno 13.* (corr. 23.) *di marzo dell'anno medemo paſſò all'altra vita, avendo laſciato nel mondo e nella chieſa con la promozione di Roberto memoria glorioſa & eterna di ſe ſteſſo*.

(*b*) De *viatore* vide epiſt. 80. *Expectavi* pag. 79.

(*c*) Aetatis annum decimumquartum Robertus inierat die 5. ſept. proxime ſuperioris anni 1554.

(*d*) Affert idem Narius pag. 41. ſententiae cujuſdam, quam Nobilius in ſenatu, Paullo IV. ut opinor, pontifice, dixit, hoc exordium, ad Pogiani hanc ipſam regulam certe exactum: *Non poſſem, beatiſſime pater, etſi totum diem dicendo conſummarem* (fort. *conſumerem*), *aliquid addere novi iis, quae a reverendiſſimis dominis meis ſumma prudentia, pari eloquentia conjuncta, allata ſunt. tamen, ut ſanctitati veſtrae morem geram, quae omnes ſententiam dicere juſſit, breviter id dicam, quod videtur a me & a conſcientia mea ſanctitas veſtra atque adeo Jeſus Chriſtus, qui me in conſilio* (fort. *conſilium*) *ſanctitati veſtrae dare voluit, poſtulare. unum, antequam incipiam, a te, beatiſſime pater, atque a vobis, reve-*

deratio & conformatio orationis tuae ad pontificis voluntatem, facultatem judiciumque deſiderat. haec ego ab iſta aetate non requirerem, niſi ſcirem, te illud ſpecimen tui dediſſe ſaepius, ut abs te jam nihil mediocre expectetur. omnino tua ingreſſio ad dicendam in ſenatu ſententiam vel ad laudem vel ad vituperationem diuturna fuerit. quamobrem, cum gloriae ſis cupidiſſimus, dubitare non poſſum, quin, eam ut conſequaris, ſummopere eniti velis. quod cum ipſe intelligerem, non tam haec tui ad id te cohortandi gratia ſcripſi, quam in hac ſcribendi exercitatione retinendi cauſa: quod omnino alio argumento feciſſem, niſi ejus inopia laboraſſem.

reverendiſſimi patres, peto, ut, ſi quid dixero, quod veſtris auribus dignum non ſit (quod non conſulto faciam), mihi parcatis, & me benigne audiatis. quidquid enim dixero, totum vobis judicandum relinquam. Propoſita eſt quaeſtio diſputanda, an ſanctitas veſtra poſſit &c. Agnoſco, pater ſancte, quaeſtionem hanc ad duo potiſſimum hominum genera pertinere, neque alios poſſe de hac re diſputare, niſi theologos, & juris canonici conſultos. ex his me non eſſe, cum ſanctitas veſtra ſcit, tum ego & agnoſco, & fateor. quare, cum omnibus, ut credo, difficilis ad diſputandum haec quaeſtio eſt, tum mihi maxime, qui neque ita ſum eruditus, ut poſſim graviſſima de re dicere, neque earum rerum uſum prae aetate habere poſſum, ut aliquam aliam ejuſdem rei diſputationem poſſim afferre. etenim agitur graviſſima de re & difficillima, ut utrinque timendum ſit. nam, ſi ego auctoritatem &c. defendere velim, metuo, ne in id incidam, in quod inciderunt noſtrae aetatis haeretici, ut matrimonium ſacramentum eſſe negent &c. tamen, cum tot ſint in hac cauſa difficilia, illud unum me conſolatur, quod ego idem dicere poſſum, quod olim Petrus Chriſto: „ In verbo tuo laxabo rete „. Ego vero in verbo tuo os aperiam, & fimbrias oris laxabo: atque utinam, velut ille magnus Petrus rete omnium piſcium genere refertum traxit, ita ego os meum plurimarum ſententiarum floribus refertum aperire poſſim.

XCII.

Jul. Pogianus N. N. (*a*) a

SI quid ex me quaeres, quod ad officium meum pertineat, non committam, ut id a me deſiderare poſſis; tametſi injuria hac, una poſt homines natos maxima, abs te nullo (*b*) b
meo merito laceſſitus ſum (*c*). ſin autem elicere vis conſola- c
torias

(*a*) Scriptum hunc codicillum puto, Julio III. die 23. mart. an. 1555. e vivis erepto.

(*b*) *ullo* cod. vatic.

(*c*) Mortuo pontifice maximo, illique juſtis novemdialibus rite perſolutis, abdunt ſe in conclave vaticanum cardinales, ſucceſſorem pontificem creaturi, *duobus*, ex Gregorii X. a. 1274. & Clementis VI. ao. 1351. praeſcripto, *ſervientibus*, quos *concluviſtas* appellant, *clericis vel laicis* (quibus tertium, *infirmae & graviter affectae* valetudinis cauſa, *a majori parte collegii*

d torias literas (*d*), ego ad te eas dare nec poſſum nec debeo. nemo enim unquam tanto in maerore jacuit; qui mihi perpetuus futurus eſt. praecidi enim mihi omnem ſpem laetitiae (*e*), ne-
e que quiſquam (*f*) poſthac me unquam hilarem videbit. Deum
f opt. max. precor, ut me, ſi non ex his malis, certe, ſecunda
g omnium (*g*) voluntate, ex hac urbe aliquando eripiat.

gii per ſecreta ſuffragia addi poſſe, Pius IV. aono 1562. permiſit) comitati. qui comitandi patres illos ampliſſimos, cum iiſque vivendi honos valde ab eorum familiaribus oon unam ob cauſam expeti ſolet. in quo honore Pogianum a Nobilio, conclave illud ſive propediem ingreſſuro ſive jam ingreſſo, praeteritum ſuſpicor, in eaque ipſa re factam ſibi ab diſcipulo alumnoque ſuo injuriam conqueri heic eum; exiſtimo.

(*d*) De Julii pontificis max. morte, qui Nobilii magnus avunculus fuerat.

(*e*) Si Julius diutius vixiſſet, ſperabat certe Pogianus, inſignem aliquam ſibi ab eodem ob egregie ſororis oepotem ab ſe inſtitutum, mercedem perſolvendam: quam ſibi ſpem ejuſdem morte in omne tempus praeciſam dolet. quo ipſo io dolore, tantaque rerum omnium io deſperatidne cum eſſet, ſcripſit fortaſſe ad card. Joannem Bellajum epiſtolam 30. *Me vero*, quam ſupra protuli pag. 40.

(*f*) *quicquam* cod. vatic.

(*g*) *Omnium* dicit, ut Nobilium quoque comprehendat, ac tacite carpat, cui nulla de magiſtro ſuo cura eſſet.

XCIII.

Jul. Pogianus N. N.

a QUod antea magna tua (*a*) voluntate faciebam, ampliſſime Roberte, ut, exercendi tui cauſa in hac latine ſcribendi
b ratione, vel ad praeſentem (*b*) quotidie literas darem,
c id nunc (*c*), ut eundem te in illa ipſa conſuetudine retineam, magis etiam mihi faciendum putavi. nam, cum & uſus latini
d ſermonis, quem uterque aſſidue adhibebamus (*d*), & mea interpretandi ratio, quibus te tum ad ſcribendum tum ad loquendum multum proficere affirmabas, tua iſta abſentia ſublata ſint, vereor, ſi reliquam hanc exercitationem intermiſerimus (quae rei natura eſt), ne ad nihilum recidant, quae paucis menſibus cum tua ſumma laude es conſecutus. neque vero tibi ullum unquam

(*a*) Malim *meâ*.

(*b*) Cum ſcilicet ejuſdem domus parietibus uterque continebatur.

(*c*) Haec epiſtola ad abſentem Nobilium ſcripta eſt. Contulerat autem ille ſe die 5. apr. an. 1555. in vaticanum conclave una cum reliquis, qui Romae tum erant, cardinalibus, ibique de more cooclaſus de oovo pontifice maximo creando cum collegis, haec cum ſcripta ſunt, conſultabat; quae quidem conſultatio paucos ſaoe dies abſúmſit: nam die ejuſdem menſis nono Marcellum II. quarta & viceſima diei hora pontificem renunciarunt, poſtridieque in ſuam quiſque domum reverſi ſunt.

(*d*) *adhibeamus* cod. vat.

unquam tempus, ullus locus, ulla occaſio data eſt, in qua
cum meditationi incredibilis Chriſti Dei benignitatis, qua per
acerbiſſimam ſuam necem humanum genus complexus eſt, an-
niverſaria hac ejus rei memoria (*e*) bonam temporis partem tri- e
bueris, cum (*f*) neceſſariis tuis muneribus aliquam impertieris, f
reliquas diei horas conſumere debeas (*g*): non enim praeterea g
eſt ut aut ignaviter nihil, aut turpiter aliud agere velis. quod
cum ab inſtituto tuo valde abhorret, tum loco, tempori, per-
ſonae etiam, quam ſuſtines, eſt alienum. equidem ad te patris
tui (*h*) juſſu hoc, quicquid eſt, literarum dedi; cui nihil gra- h
tius facere potes, quam ſi primum valetudini tuae inſervieris,
deinde ſi interdum ad nos latine aliquid ſcripſeris.

(*e*) Dominica, quae dicitur Palmarum, ex quaque hebdomadis ejus, quae Chriſti domini cruciatuum ac necis memoriae recolendae dicata eſt, initium ducitur, incidit illo an. 1555. in diem aprilis ſeptimum: quo certe die, ſive e conſequentibus diebus alterutro neceſſe eſt hanc epiſtolam fuiſſe datam. nam, poſt diem menſis nonum, creato jam novo pontifice, egreſſiſque e conclavi cardinalibus, dari non potuit.

(*f*) Fort. *cumque*.

(*g*) *debes* cod. vatic. Fortaſſe legendum eſt *rectius debeas*.

(*h*) Vincentii.

XCIV.

Robertus Card. Nobilius Reginaldo Card. Polo.

CUM ſuperioribus diebus, pro ſumma mea erga te benevo-
lentia & obſervantia tuoque in me ſingulari amore, quem
mihi tuis humaniſſimis literis declaraſti, illud mihi ſumpſiſſem,
ut ad doloris acerbitatem, quo Julii pontificis max. morte (*a*) a
affectus fueram, ab humanitate & ſapientia tua aliquod reme-
dium per literas peterem, ſubita & mirifica Marcelli pontificis
max. renunciatio (*b*) me & de illa ſententia deduxit, & in eam b
adduxit, ut & communi ſolatio luctum meum levarem, & tibi
de tui amantiſſimi hominis, probi etiam & ſapientis viri, ſum-
mo hoc honore gratularer. ſed ecce fulmen, dum ad te ſcri-
bere inſtituo. nam impetu morbi Marcellus pont. max. re-
pentino perculſus, e vita migravit (*c*). o ſpes fallaces! ſed no- c
lo

(*a*) Obierat Julius III. Nobilii noſtri magnus avunculus, die 23. martii hujus anni 1555.

(*b*) Quae contigerat die menſis aprilis nono.

(*c*) *Anno dominicae nativitatis* (inquit Panvinius in epitoma rom. pontt. & cardd.) MDLV. *die Mercurii Kalendis maji, nocte praecedenti, hora inter ſeptimam & octavam, peccatis noſtris ita exigentibus, beatiſſimae recordationis dominus, vere ſanctus, per omnia apoſtolicus, & Deo amabilis, papa Marcellus II., cujus memoria in benedictione*

lo (d), praeſertim ad te ſcribens; a quo cum medicinam petam, malum exulcerare non debeo. tantum igitur te oro & obſecro, ſi modo in tantis negotiis, iſtis hominibus (e) maxime ſalutaribus, aliquid otii eſt, aut gravedinis (f), qua te affectum eſſe magna mea moleſtia audio, ulla datur levatio, ut meis incommodis conſolandi cauſa ſcripto aliquo tuo, quaſi divina aliqua medicina, medeâris. interea Deum precabor, ut, quod bonorum precibus expetitur, tu, ex iſto orbe, quaſi e caelo, confectis jam ex ſententia rebus omnibus, in Italiam delapſus (g), ad chriſtianae reip.gubernaculum (h) accedas. quod cum ſaluti omnium neceſſarium exiſtimo, tum mihi optatiſſimum eſſe, confirmo. Roma.

ORA-

ctione eſt, dum eccleſiam Dei reformare ſtudet, tanquam flos matutinus cecidit. a Domino enim vocatus, ad caeleſtem patriam migravit die viceſimo ſecundo (ſui pontificatus), *magno ſui apud omnes bonos relicto deſiderio.* Franciſcus autem Firmanius, in *Diariis vaticanis* ad an.1555. *Die*, inquit, *trigeſima aprilis apoplexia tactus, hora ſeptima cum dimidia noctis ſequentis obiit felicis recordationis Marcellus II. anno aetatis quinquageſimo quarto.*

(d) ἀποσιώπησις.

(e) Britannis: apud quos, romanae eccleſiae ſua opera reconciliatos, pontificia legatione etiamnum fungens, catholicamque rem ſapientiſſime conſtituens, Polus agebat.

(f) Gravedo quid ſit, docet Cornelius Celſus *Medicinae* lib.IV.cap.2. *Deſtillat*, inquit, *humor interdum in nares; quod lene eſt: interdum in fauces; quod pejus eſt: interdum in pulmonem, quod peſſimum eſt .... Aliud autem, quamvis non multum diſtans, malum graveda eſt. haec nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam movet. ſub eadem ſalſa eſt ſaliva, ſonant aures, venae moventur in capite, turbida urina eſt. haec omnia* κορύζας *Hippocrates nominat. nunc video apud graecos in gravedine hoc nomen ſervari, deſtillationes* κατασταγμοὺς *appellari.*

(g) Sed in Italiam numquam amplius reverſus eſt Polus; obiitque Lambethi prope Londinum anno 1558. die ſive 15. ſive 17.novembris: cujus morte ingens ac luctuoſa rerum britannicarum facta converſio eſt. Paullus Manutius in ſua ad Pium IV.epiſtola, operi ipſius Poli *de concilio* præfixa, *Manſit*, inquit, *in officio & fide, quamdiu Polus & regina* (Maria) *vixerunt, britannica natio, utriuſque innocentia & ſanctitate, alterius etiam ſermonibus praeceptiſque commota. poſtea, cum utrumque Deus, cujus abdita conſilia non aſſequitur humana mens, ad caeleſtis vitae praemia vocaſſet, lapſa eſt iterum & concidit illa gens, deſtituta conſiliis, quibus antea nitebatur.*

(h) Pontificatum maximum ſignificat; quo quidem jam antea Polus digniſſimus habitus fuerat: *Incidit*, inquit in eadem illa epiſtola Manutius, *tempus, cum de ſufficiendo poſt obitum Paulli III. pontifice cardinalibus habenda deliberatio eſſet. affuit Polus ita ſedato animo, ita cupiditatis & ambitionis expers, ut, majore collegii parte pontificatum ad eum deferente, non ſtatim aſſenſerit, differendamque rem tantam in poſterum diem cenſuerit: fore enim, ſi probaret Deus, eumdem poſt aliquot horas cardinalium conſenſum, ſin minus, omnino ſibi, quod Deo diſpliceret, placere nihil poſſe.*

Nunc Nobilii hac epiſtola admoniti, in qua Marcelli II. obitus nunciatur, Pogiani noſtri orationem, in ejuſdem Marcelli funere ad cardinales ab eo habitam, ſubjiciemus.

Digitized by Google

ORATIO

In funere Marcelli II. pont. max. habita prid. id. maji. M. D. LV. (*a*)

QUae res ad dicendum duae facultatis plurimum afferre ſolent, hae me maxime deficiunt, patres ampliſſimi, praeſtantis ingenii vis, & maturi temporis adjumentum. quod ſane incommodum grave quidem illud omni tempore, ſed tamen in hac cauſa (*b*) ita impedit, ut, quae argumenti ratio vel ingenii mei tarditati orationis copiam antea ſuppeditaſſet, hodierno die a dicendo maxime deterreat. etenim Marcelli pontificis maximi vita laudanda eſt, vel potius deploranda mors: quae ſummo principi, & parenti omnium optimo, alieniſſimo chriſtianae reipublicae tempore, repente allata, incredibilem luctus & maeroris acerbitatem piis & bonis omnibus importavit. ergo communis hujus caſus & orbitatis dolor, proprius etiam aliquis meus, propter ſummam erga eos benevolentiam & obſervantiam, ad quos maeror potiſſimum pertiner (*c*), ſic mentem & linguam perturbant, ut in immenſo campo laudum & virtu-

(*a*) Deſumſi hanc inſcriptionem ex codice 1028. bibliothecae vaticanae (qui olim urbinatis fuit) pag. 246. Prodiit eadem haec oratio *Romae* anno 1592. *per Aſcanium & Hieronymum Donangelos*, ſic inſcripta, *Laudatio Marcelli II. pont. max. per Julium Pogianum ad ſacrum collegium recitata*. hanc ipſam nos editionem ſequemur, variantes vaticani manuſcripti codicis lectiones, ſicubi opus fuerit, indicantes. Exſtat de hujus orationis praeſtantia luculentum Latini Latinii teſtimonium in literis ab eo ad Andream Maſium die 21. maji 1555. datis, in quibus, *Foliettae*, inquit, *orationem in Marcelli comitiis habitam* (de qua vide epiſt. 6. *Legi tuas* pag. 11.) *opinor tibi a me miſſam eſſe. it nunc iterum de eadem re* (hoc eſt de eligendo pontifice) *dixit, quem tamen dicentem audire mihi non contigit. audieram pridie ante Julium Poggianum* (ſic) *noſtrum* (*noſti, opinor, hominem*) *graviter ornateque laudes Marcelli pontificis commemorantem, abitumque viri interitum deplorantem: cujus mihi actio oratioque ito probata eſt, ut nullius venuſtior adhuc viſa mihi Romae ſit*.

(*b*) Edi & heic & infra juſſi *cauſa*, quemadmodum in codice vatic. legitur, non, ut eſt in romana editione, *cauſſa*: quae orthographiae ratio abhorret a caetera Pogiani eam vocem ſcribendi conſuetudine.

(*c*) Puto ſignificari, praeter Marcelli fratrem Alexandrum, Alexandrique filios Ricciardum atque Herennium, cardinalem quoque Nobilium, Pogiani alumnum, Marcello ipſi cariſſimum, quem, paucis illis pontificatus diebus, admodum adoleſcentem, vixque adeo pubertatem ingreſſum, ſanctae romanae eccleſiae bibliothecarium renunciarat. Maeroris autem, quem ex Marcelli obitu Nobilius cepit, inſigne ipſe monumentum in adverſariis ſuis exſtare voluit, in quibus, *Kalendis*, inquit, *majis, qui dies mihi ſemper erit, credo item bonis omnibus, ad memoriam maeroris inſignis, Marcellus ſecundus, pontifex maximus, altero & vigeſimo die a pontificatus renunciatione repentina morte oppreſſus eſt*.

virtutum Marcelli pont. max. morſu doloris interrupta, saepius haerere cogatur oratio. ſed, quoniam me huic impoſitae neceſſitati, vel in tantis & temporum anguſtiis & animi moleſtiis, parére oportet, primum magna illa ſpe propoſita, fore aliquando, ut praeſtantiſſimi hujus pontificis vita, per ſe quidem ſatis immortalitati commendata, a praeſtanti tamen aliquo in ſcribendo aut dicendo homine, laudis & gloriae cauſa, tanquam ſingularis ad celebrandum materia deligatur, quod res poſtulat in praeſentia faciemus, ut ex ejuſdem eximiis virtutibus, quae chriſtiano nomini ſemper uſui & ornamento fuerunt, quaecunque in mentem venerint, grata, ut debemus, piaque memoria proſequamur.

Atque, ut inde exordiar, unde laudationum ratio fere ducitur, primum Marcellus Cervinus honeſto apud ſuos genere natus (*d*), ut natura quadam gravi & ſevera, ſic illuſtri ingenio & induſtria fuit. itaque ad eam morum gravitatem, quae naturalis in ipſo videbatur (*e*), & ad domeſticae diſciplinae ſanctitatem, ſi doctrinae ſubſidia acceſſiſſent (*f*), magna jam tum ſpes erat, illum ipſum ad ſummam honoris atque imperii dignitatem eſſe venturum. quare, puerilibus diſciplinis celeriter inſtructus, cum divina illa virtus contineri jam non poſſet anguſtis patriae finibus, ſed majus theatrum, quo ſe univerſam profunderet, requirere videretur, Marcellus, Senas, ubi bonarum artium ſtudia maxime florebant, profectus, tantum brevi aſſecutus eſt, ut non modo iis, quae in ea urbe in optimo quoque ſtudiorum genere praeſtarent, tamquam floſculis, undique

(*d*) De Marcelli ortu ac genere Panvinius in ejus *Vito* uberiora haec protulit: *Marcellus pontifex, non obſcuris parentibus in agro piceno, oppido Montis Fani, pridie nonas moji, anno ſalutis* 1501. *naſcitur. quo tempore pater ipſius Ricordus ejus provinciae quaeſturam mogna cum laude gerebat. quo munere, pontifici & provincialibus gratus, novem annis ſub Alexandro VI. functus eſt. extant ejuſdem pontificis, & Auguſtini Barbadici, Venetiarum principis, litterae, plumbo ſignatae, ad hunc ipſum Ricordum: illius quidem ſic „ Dilecto filio theſaurario provinciae noſtrae Marchiae anconitanae Alexander papa VI. „: hujus vero ita „ Auguſtinus Barbadico, Dei gratia dux Venetiarum &c. mognifico D. Ricardo Cervino, Marebiae anconitanae apoſtolico theſaurario, ſalutem & ſyueeroe devotionis affectum „. Utraſque ipſe vidi. is ipſe Ricardus fuit genere etruſcus, gente Cervina, apud ſuos honorata, Politiano, oppido ditionis antea ſenenſis, tum florentinae, honeſtis parentibus ortus. matrem habuit Marcellus Caſſandram Benciam, honeſtiſſimam foeminam; fratres vero duos, eodem potre, at ex noverca genitos, Alexandrum & Romulum. hic vir praeſtantis ingenii, triennio ante ejus pontificatum, magno fratrum moerore deceſſit: ille quinquennio poſt e vita migravit.*

(*e*) *fuerat* '. vat.

(*f*) *jam a ſiſſent mogna tum &c.* edit. rom. Emendavi ex cod. vat.

que delibatis, ſed onerato & completo pectore varietate ma-
gnarum rerum atque artium, Romam pervenerit (*g*). g
Atque, ut primum coepit in hac civitate verſari (*h*), ſe h
ad bonos in primis & eruditos viros contulit. neque vero ſta-
tim cognita non eſt ſingularis illa doctrinae vis, probitatis, at-
que prudentiae: quin etiam, cum talis inde exiſteret oratio,
quae verborum numero, ſententiarum, vel oraculorum potius,
numerum aſſequeretur (*i*), erupit illico ad hominum exiſtima- i

(*g*) *pervenit* edit. rom. Emendavi ex eodem.

(*h*) Romanae Marcelli commorationis prima illa tempora non ſatis diſtinxit hoc loco Pogianus; quae ſane ex Panvinio cognoſcamus: *Poſtqnom*, inquit, *Senis diſceſſit, nbi honeſto otio ac litteris aliquamdiu operam dederat, Romom primum in comitatu legatorum florentinae reip. qui Clementem VII. civem ſuum, pontificem maximum recens creatum* (die 19. nov. an. 1523.) *chriſtianorum omnium more venerabundi adibant, profectus, pontifici innotuit, quocum Ricordus pater in privata vita amicitiam habuerat, eique patris nomine arcana quaedam ad rectam oſtrologiae cognitionem communicavit. pontifex Marcello injunxit, ut ad patrem reverſus eum ſuo nomine ad tabularum oſtronomicorum, quae anni rectam curſus rationem reſpicerent, perfectionem ſolicitaret. eam rem pontificis juſſu Ricordus confectam, Marcello Romam redire juſſo, pontifici miſit ... Lacrymabili urbis caſu* (anno 1527.) *in patriam profectus, rebus compoſitis Romam rediit, ubi ſcriptor apoſtolicus factus Alexandrum Farneſium cardinalem ... aſſiduus colere coepit. quo tempore in Angeli Colotii, Conſtantini Laſcaris, & aliorum ejus aetatis litteratorum amicitiam inſinuatus, virtutis cauſſa non mediocri in honore habitus eſt ... Patris morte in patriam redire coactus, curae familiari vacavit, ſorores honeſtis matrimoniis nuptui tradidit. Clemente VII. mortuo* (die 25. ſept. 1534.), *cum Alexander Farneſius, Pauli III. nomine, pontificatum obtinuiſſet, Romam quarto in Roberti Pucii, antiqui amici, qui poſtea cardinalis & ipſe fuit, comitatu rediit, a pontifice benigne ſuſceptus.*

(*i*) Mihi videtur, dicendum potius fuiſſe *verborum numerum ſententiarum, vel oraculorum potins, numero aſſeqtrreeur*. Cicero certe libro II. *de Orat.* c. 56. *Thucydides*, inquit, *omnes dicendi artificio, mea ſententia, facile vicit: qui ita creber eſt rerum frequentia, ut verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur*. Praeclara laus! idque propterea, quod, quum natura fiat, ut pauciores ſententias, quam verba homines proierant, profecto admirandum eſt, aliquem exſtitiſſe, qui non pauciores ſententias quam verba protulerit: id enim eſt *verborum numerum ſententiarum numero conſequi*. ut igitur laudem atque admirationem contraria illa ratio *ſententiarum numerum verborum numero aſſequendi* habere poſſet, neceſſe eſſet hoc vulgo contingere, ut pauciora verba homines proferre, quam ſententias ſolerent: quod certe non contingit. mihi quidem *verborum numerum ſententiarum numero conſequi* divinae cujuſdam eloquentiae videtur, *ſententiarum* autem *numerum verborum numero aſſequi*, cujuſdam infantiae. quod ſi non generatim *ſententiarum numerum*, ſed circumſcripte *parem ſententiarum numerum* Pogianus dixiſſet, tum ille mihi idem, quod Cicero, non tam voluiſſe dicere, quam plane dixiſſe, ac propterea rectiſſime dixiſſe, videretur.

k tionem & admirationem, neque ullis (*k*) ipſius modeſtiae quaſi cancellis coërceri potuit Marcelli incredibilis fama virtutum. quamobrem Paulus pont. max. oblatum ſibi clariſſimum illud animi & ingenii lumen arripuit, &, ut erat ingeniorum exiſtimator acerrimus, tantam gloriae ſegetem & materiam otioſam aut incultam jacére non eſt paſſus. & quidem divina tum fuit opportunitas. nam, cum ſapientiſſimus princeps curam il-
l lam cogitationemque ſuſcepiſſet, ut imaginem animi & conſiliorum ſuorum Alexandrum Farneſium (*l*) cardinalem, tum quidem admodum adoleſcentem, ſed praematura ingenii vi in avi-
m tae laudis ſpem atque iter ingreſſum, ad eos, quos ſibi ipſe fines antea ſemper conſtituerat, dirigi & confirmari (*m*) vellet, Marcellum, in quo ſui ſimilitudinem quandam amabat & admirabatur, juveni moderatorem & miniſtrum adhibuit. hunc igitur, tum quatuor & triginta annos natum, excitatum a doctrinae ſtudiis, pontificiae ſcriptioni & reipublicae procurationi praefecit. quibus in actionibus ita ſe geſſit, ut, cum caetera Pau-
n lus laudaret, prudentiam & auctoritatem obſtupeſceret (*n*): nullum enim jam negotium, nulla legatio, nulla chriſtianae reipublicae pars, Marcelli conſilio & viribus non digna videba-
o tur (*o*). itaque nihil domi per ea tempora, nihil foris vel egit pontifex vel agere cogitavit, in quo Marcelli aut ſententia aut opera non uteretur.

p Ac primum ad Caeſarem (*p*) in Hiſpaniam conſolandi gra-
q r tia (*q*) cum ampliſſimo adoleſcente (*r*) a pontifice miſſus, ſic inde

(*k*) *multis* ed.& cod.vatic. Mendum putavi.

(*l*) Petri Aloyſii, Parmae & Placentiae ducis, filium, Paulli III. nepotem, die 18.dec.an.1534. ab avo cardinalem creatum, cum aetatis annum ageret decimumquintum.

(*m*) *conſormori* cod. vat.

(*n*) An latinae linguae conſuetudo patitur, ut *obſtupeſcere aliquam rem* quis dicatur? non puto. nam in Ciceroniano illo *pro M.Marcello* loco, quo fortaſſe Pogianus deceptus eſt, cap.28. *obſtupeſcent poſteri certe imperia, provincias, Rhenum, oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos*, manifeſtum eſt, *imperia*, *provincias*, reliquorumque nominum quartos illos caſus non ab *obſtupeſcent*, ſed ab *audientes & legentes* pendére.

(*o*) Hunc ipſum locum Panvinins imitatus, ſive potius a Pogiano mutuatus, in Paulli III. *Vita* ait, *Nullum enim jam negotium, nulla legatio, Marcelli conſilio & viribus non digna videbatur.*

(*p*) Carolum V.

(*q*) Eliſabetha, ſive Iſabella, Emanuelis, Portugaliae regis, & Mariae caſtellanae filia, Carolo V. Hiſpali nupta, Toleti ex partu deceſſerat Kalend. majis an.1539. (non, ut Moreriusait, 1538.) aetatis ſuae 36. incredibili mariti luctu.

(*r*) Card. Alexandro Farneſio. Miror, a Petro Pollidorio, Marcelli *Vitae* noviſ-

inde diſceſſit, ut Caeſari, in domeſtico conjugis luctu, ſuae & prudentiae & eloquentiae jucundum relinqueret deſiderium. poſt ornatiſſimo juveni (s), ad Caeſarem & ad Galliae regem (t) s t maximis de rebus (u) proficiſcenti, iterum adminiſter datus, u tantam navavit operam, quantam in ſummo pontificis ſtudio difficillima negotiorum & temporum ratio poſtulabat. hic mihi occurrunt, patres ampliſſimi, & quaſi manus injiciunt actuoſae illae & fructuoſae nomini noſtro, in ſummorum chriſtianae reipublicae principum congreſſibus & colloquiis, explicatae Marcelli virtutes (x), ingenium in excogitando, conſilium in pro- x videndo, in exponendo gravitas, in docendo facilitas, in perſuadendo vis, in agendo induſtria, in conficiendo celeritas.

ſed,

noviſſimo ſcriptore, primum hoc Farneſii, eodem Marcello comite, ad Caeſarem iter, ſilentio fuiſſe praeteritum. Profecti autem ſunt Roma in Hiſpaniam die 19. maj. an. 1539.

(s) Eidem card. Farneſio.

(t) Franciſcum I.

(u) Pallavicinius in *Hiſtoria concil. trid.* lib. IV. cap. 10. num. 1. *Erano*, inquit, *tornati in Roma prima il card. Farneſe dalla legazione di Spagna, e appreſſo ancor l'Aleandro dalla ſua di Germania ... quando intervenne, che i Ganteſi tumultuarono contro a Ceſare, il qual'era di quella città ſignore inſieme e figliuolo. ond'egli ... preſe conſiglio di trapaſſar frettoloſamente ne' paeſi baſſi con picciolo e diſarmato accompagnamento. ed a queſto fine non v'eſſendo altra via compendioſa, che per la Francia, non dubitò di fidarſi in mano a quel rè e d'inchinarſi inſieme a chiedergli il paſſo, che gli fu conceduto. queſte vicendevoli dimoſtrazioni ravvivarono la pratica di ſtabil pace, e ſe ne ſparſe la credenza come di già ſicura, e ſolamente non publicata, e altresì del nuovo ſcambievole parentado fra que' due principi. ciaſcun di loro diede conto al papa di tal riſuſcitata pratica per nobil meſſo, invitandolo a queſto titolo. ond'egli bramoſo di cooperare ad accelerarne l'effetto, e avviſato che il rè de' romani* (Ferdinando) *dovea entrare in Fiandra per vedere il fratello e deliberare ſopra gli affari emergenti della religione, ſi diſpoſe* (a di 24. di novembre 1739.) *di mandarvi nuovamente legato il cardinal Farneſe, che non uſcito ancora dall'adoleſcenza moſtrava capacità ſuperiore agli anni. havevagli Paolo fin da' primi giorni della ſua promozione aſſegnato per ſegretario, e per reggitore Marcello Cervini da Montepulciano, huomo di rara bontà, letteratura, e prudenza ... Sì come dunque il Cervino haveva accompagnato e guidato il cardinal Farneſe nell'ufficioſa legazione di Spagna, così volle il papa, che tanto più l'indirizzaſſe in queſte negozioſe di Francia, e di Fiandra. ed affinchè poteſſe con maggior dignità ed intervenire e parlare nelle conferenze più eminenti inſieme col legato, deliberò d'uguagliargliele nella veſte ... e così, havendolo pochi meſi prima* (a' 27. d'Agoſto 1539.) *onorato con la mitra epiſcopale di Nicaſtro, avanti che il legato giugneſſe a Parigi l'annoverò in una elettiſſima creazione di porporati.* Obiter moneo, ad hunc eumdem locum in editione operis romana an. 1664. margini adſcriptum eſſe 18. *di Febraro* pro 18. *di decembre*: quo certe menſe cardinalium illa creatio contigit.

(x) Atqui *congreſſibus* illis *& colloquiis* Caroli & Franciſci neque Farneſius neque Cervinius umquam interfuerunt. Vide eamdem *Hiſt. conc. trid.* lib. IV. cap. 10. num. 3.

ſed, cum fere ſingula oratoris ingenium artemque deſiderent,
y cumque (y) ipſe, praeter ingenii impedimentum, urgear etiam
tempore, totum id in praeſentia in veſtra omnium opinione &
z cogitatione relinquatur (z). Sed cum tot is tantaſque res qua-
aa bb driennii ſpatio (aa) mente & oratione (bb) perfeciſſet, quot &
cc quantas mihi cogitare difficile eſt, enumerare (cc) dicendo nul-
dd lo modo poſſim (dd), ſapientiſſimus pontifex, qui non minori
remunerandae virtutis, quam exercendae ſtudio tenebatur, cum
ee ff abſentem Marcellum, quem jam antea (ee) epiſcopum (ff)
gg fecerat, eximia (gg) prius hominis fide atque prudentia, fre-
hh quentiſſimo ſenatu, ſingulari verborum genere commendata (bb),
cardi-

(y) *cum* edit. rom. Exhibui lectionem codicis vatic.

(z) Quid primum cum Franciſco rege Pariſiis, quid deinde cum Carolo imper. Gandávi in Belgio Farneſius Cerviniuſque egerint, habes apud eumdem Pallavicinium eodem libri IV. capite 10. n. 3. & ſeqq.

(aa) Initio ducto ab anno ſive 1535. ſive 1536. quo anno Marcellus coeperat card. Farneſio operam atque aſſiduitatem ſuam, Paulli III. juſſu, praebere.

(bb) Quid ſi *actione*, aut etiam *oratione & actione*, legamus? vix aliter ſcripſiſſe Pogianum crediderim.

(cc) *enumerare vero* cod. vatic.

(dd) *poſſem* id.

(ee) *ante* id.

(ff) Neocaſtrenſium. Eſt autem Neocaſtrum, ital. *Nicaſtro*, Calabriae citerioris urbs, ſex paſſuum millibus a litore tyrrheni maris diſtans. Eum ipſum epiſcopatum gratulatus Marcello eſt Jacobus Sadoletus litteris Carpentoracte datis die 22. ſept. anni 1539. quas habes libro ejuſdem Sadoleti *epiſtolarum* XII. pag. 530. edit. Colon. an. 1580. At vero anno inſequente 1540. *nono Kalendas octobris* (inquit Pollidorius pag. 35.) *Marcellus, neocaſtrenſi epiſcopatu dimiſſo, ad epiſcopalem eccleſiam Regii Lepidi in Æmilia transfertur. moleſte enim ferebat remotae praeſidere eccleſiae: propinquiorem vero libenter accepit, quod praeſentiore opera, quae oportebat, poſſet impendere... Dioeceſim cogitans pro praeſenti rerum conditione & indigentia multa praeſcripſit... Eodem allegaverat Jacobum Laynium, S. Ignatii Loyolae ſocium, praeſtanti doctrina atque virtute hominem, cujus opera non parum Clero & ſacris virginibus profuit. illarum ſiquidem plures, depulſis malis, quae religioſam diſciplinam evertebant, ad ſanctioris vitae cultum ſtudiumque traduxit. eximium Dei munus potiſſime impertitum eſt monaſterio S. Thomae; nec unum bonarum genus ex hoc fonte manavit. de utili impenſo labore meritas Laynio gratias per epiſtolam, februario menſe anno illius ſeculi quadrageſimo primo Roma datam, Cervinus reddidit. tanti autem viri, qui in rem praeſentem venerat, prudentiſſimis inſtructus monitis, ſubinde ampliori cum gregis bono apud Regienſes paſtorali functus eſt miniſterio... Pridie Kalendas Martii anni ſequentis (1543.) ex epiſcopatu regienſi ad Iguvinum in Umbria translatus eſt. menſe Maji* (corr. *Majo*) *per procuratorem poſſeſſionem adivit. exeunte vero anno dioeceſim inviſit, ac multa ibi pro opportunitate ac rerum exigentia praeſtitit &c.*

(gg) Omittit ad *cardinalem renunciavit* cod. vatic.

(bb) Litteris quoque, ad Cervinium eodem decimoctavo decembris die an. 1539. quo die creatus eſt cardinalis,

cardinalem renunciavit (*ii*): tum, clariſſimo & (*kk*) optimo ne- *ii kk*
pote (*ll*) revocato, hunc ipſum ejus legationis munere de- *ll*
coravit (*mm*). habuit omnino hoc Paulus pontifex, praeter cae- *mm*
tera virtutum ornamenta, praecipuum & proprium bonum, ut non magis honoribus viros, quam honores viris honeſtaret. neque vero, ad rem exemplis comprobandam, quenquam alium nominabo; praeſertim cum & haec cauſa, uno contenta Marcello, requirat praeterea neminem, & unicuique, in ampliſſi-
mum iſtum conſeſſum (*nn*) aequo animo intuenti, facile Paulus *nn*
ſeminarium optimorum pontificum in veſtrum ordinem intuliſſe videatur.

Sed redeo ad Marcellum: qui tum nova ampliſſimi honoris acceſſione, tum veteri dignitate & auctoritate, quam non
aetas attulerat, ſed natura impreſſerat, doctrinae (*oo*) ratio au- *oo*
xerat,

nalis, datis, quam honorifice de eo Paullus III. ſentiret, ſingulari item verborum genere uſus idem pontifex declaravit: quas litteras, e Tabulario vaticano a Pollidorio depromtas, heic exhibendas exiſtimavi.

,, Dilecto filio noſtro Marcello
,, ſanctae romanae eccleſiae presbyte-
,, ro cardinali, neocaſtrenſi nuncu-
,, pato.

,, Paulus PP. III.

,, Dilecte fili, ſalutem & apoſto-
,, licam benedictionem. Si labori prae-
,, mium, fidei gratitudo, honor vir-
,, tuti debetur, tu in labore & cura
,, negotiorum noſtrorum indefeſſus, in
,, fide probatus, in virtute conſpicuus,
,, ita te dignum noſtra benignitate red-
,, didiſti, ut parum nobis videretur,
,, ſi te liberalitate in opibus, niſi
,, etiam beneficentia in honoribus pro-
,, ſequeremur. nam nec tu ſola vir-
,, tute contentus nobiſcum fuiſti, ſed
,, merita etiam erga nos & apoſtoli-
,, cam ſedem adjeciſti. Conveniebat
,, igitur, ut, cum dignitas cardinala-
,, tus ſeu virtuti, ſeu meritis tribui
,, ſoleret, tibi potiſſimum tribueretur,
,, qui ſimul utroque eorum inſignis
,, eſſes. itaque, ut grato principi te
,, operam locaſſe ſcires, & in futurum
,, cum dignitate etiam merita augeres,
,, hodie te inter caeteros cardinales a
,, nobis creatos adnumeravimus: mit-
,, timuſque ad dilectum filium Ale-
,, xandrum cardinalem de Farneſio,
,, ſanctae romanae eccleſiae vicecan-
,, cellarium, legatum & nepotem no-
,, ſtrum, birretum rubrum, de more
,, a nobis benedictum, qui illud pari
,, laetitia, qua ipſi miſimus, tibi aſſi-
,, gnet. Datum Romae apud S. Petrum
,, ſub annulo piſcatoris die XVIII. de-
,, cembris M.D.XXXIX. pontificatus no-
,, ſtri an. VI.

,, Bloſius.

Cardinalatum, Cervinio delatum, Oldoinius in duodecimum decembris, Panvinius in decimum nonum ejuſdem menſis diem confert. ergo, ſi non mendoſa eſt harum harum Paulli III. litterarum adſcriptio, erroris uterque convincitur.

(*ii*) *declaravit* cod. vatic.

(*kk*) Hanc & ſequentem vocem omittit id.

(*ll*) Alexandro Farneſio card.

(*mm*) *Quum reſp. cauſa Alexandrum cardinalem non ita multo poſt Romam reverti opus eſſet, pontifice de mare in ſenatu referente, ſummo paerum conſenſu placuit, ut is* (Marcellus) *apud caeſarem legati munus pro Farneſio obiret*. Panvin.

(*nn*) *conſenſum* cod. vatic.

(*oo*) *doctrina* id.

xerat, vitae & actionum aequabilitas confirmarat, hoc, inquam, dignitatis & auctoritatis pondere, cum jam antea pacis aut certe induciarum patrocinium ſuſcepiſſet, arma de manibus iratorum regum (*pp*) extorſit, & eoſdem in pontificis maximi rationem ſententiamque perduxit. quare, difficili in primis negotio recte & (*qq*) ſalutariter confecto, ad urbem eſt accerſitus.

Nota ſunt vobis, patres ampliſſimi, quae poſtea ſunt conſecuta. ſcitis, reipublicae curam & tractationem vel ipſi a prudentiſſimo pontifice creditam, vel certe cum eo (*rr*) communicatam; religionis adminiſtrationem (*ſſ*) delatam ad eundem memi-

(*pp*) Caroli V. & Franciſci I. Verum, magis ex oratorum conſuetudine, quam ex hiſtoricorum fide ac religione, haec de *armis*, ex utriuſque regis *manibus* Marcelli opera *extortis*, deque eorum *animis*, *ad pontificis maximi rationem perductis*, a Pogiano commemorata ſunt. quod in re fuit, illud unum eſt, quod Pallavicinius libro IV. *hiſtor. concil. trid.* cap. 11. num. 6. prodit, ex ipſius Marcelli ad card. Alexandrum Farneſium litteris, die 31. maji an. 1540. datis: *Il rè di Francia*, inquit, *in ripaſſando il cardinal Cervini per la ſua corte quando iva legato a Ceſare, hovvolo accolto con ſingolare amorevolezza, e parlatogli della pace, non concluſa tra ſe e l'imperadore, in ſenſi moderatiſſimi, narrando, l'ultima propoſizione eſſergliſi fatto, che, ov'egli voleſſe in Fiandra, reſtaſſe privo non ſolo di Milano, ma d'ogni palmo di terra, che poſſedeſſe in Italia; il che riguardava al Piemonte e al marcheſato di Saluzzo: haver ciò egli ricuſato &c.* Et lib. 5. cap. 2. num. 4. *Fu deliberato*, inquit, *di far in Parma o in altro opportuno luogo la conferenza: e, conſentendo Ceſare a quelle città, il pontefice vi ſi ſpinſe ... Per troncar le difficoltà accordarono di vederſi a Buſſeto, terra de' Pallavicini preſſo al Pò, con guardia uguale per ciaſcuno di que' due principi. ſtabilito ciò in un conciſtoro* (in Roma a' 18. di Giugno 1543.) *furono in quello eletti ancora due legati per andar incontro all'imperadore, il cardinal Pariſio ... e il cardinal Cervino. A Buſſeto adunque ne andò il pontefice, e il dì a canto l'imperadore, alloggiando nello ſteſſo palazzo. Non fu punto queſti arrendevole a' conſigli di pace, fermo di riſcuoterſi delle offeſe che diceva a ſè fatte dal rè Franceſco ... Onde Paolo, ſapendo, che non conchiude poco un pontefice ne' trattati introdotti da lui per utilità univerſale, quando fa conoſcere al mondo, ch'egli ha piena ogni ſua parte, a fin di trarne la concluſione, richieſe e diſpoſe l'imperadore a udir intorno a ciò le preghiere e i conſigli del ſacro collegio nel conciſtoro. quivi il cardinal Marino Grimani con faconda e ſaggia orazione il confortò alla pace. e Carlo in oppoſito con gravi ed efficaci riſpoſte ſtudiò di far apparir la ſua buona cauſa, e la neceſſità di non inchinarſi alle condizioni volute dall' avverſario ... Così hebbe fine il convento, il quale durò tre giorni, cavalcando poi Ceſare per Alemagna, e riportandoſi il pontefice a Roma, non con altro frutto, che d'eſſerſi ſottratto alle accuſe d'havere ſcanſata una fatica, la qual molti predicavano per fruttuoſa.*

(*qq*) *ſalutariterque confecto* cod. vat.

(*rr*) *&* id.

(*ſſ*) Pontificii vicarii in urbe munus ſignificari hoc loco videtur. verum eo munere Marcellum umquam functum, non memini, a quoquam ex tam multis ejus rerum geſtarum ſcriptoribus prodi.

meminiſtis. quam cum ipſe virtutem (*tt*), vel potius virtutum *tt*
omnium procreatricem & dominam, veneraretur & coleret in
primis, tantam propterea admirationem habebat & venerationem, ut vel ii, qui a catholica fide aut a ſacris ritibus (*uu*) *uu*
abhorrerent (*xx*), non tam judiciorum ſeveritate deterriti, *xx*
quam exemplo ſanctitatis adducti, & ſua ſcelera recognoſcerent,
&, impiis ſublatis erroribus, ad ſanitatem redirent.

Quid ea commemorem, quae ad tridentinum concilium,
quo legatus (*yy*) a pontifice max. venerat, ſunt in omnium ocu- *yy*
lis atque auribus cum ſumma chriſtianae veritatis & pietatis de-
fenſione celebrata? quid dicam de ejuſdem libertate (*zz*), quae *zz*
pro-

(*tt*) Scil. religionem.

(*uu*) *illius ritibus* cod. vatic.

(*xx*) *abhorrent* id.

(*yy*) *Il pontefice* (Paolo III.), *conſumato dagli anni, e dalle fatiche, non ſi conoſceva più in forze di poter ſoffrire la crudezza delle regioni alpine. onde preſe conſiglio di mandarvi legati, non a fine di procedere alle ſole prime funzioni di cerimonia, come l'altre due volte havea diviſato, ma eziandio a decreti di fede e a leggi di riformazione ... Poſto ciò, parvegli convenevole elegger tre de' tre ordini de' cardinali, che foſſero non diffidenti a' principi, ed autorevoli per bontà e per ſenno. fra' veſcovi ſcelſe* (die 6. febr. an. 1545.) *Giommaria del Monte, veſcovo di Paleſtrina, huomo, il quale fu riputato giugnere alla corona col valore, finchè non vi giunſe coll'effetto; Marcello Cervini, a cui toccò di ſucceder' al collega nel principato, ma di precedergli nella ſtima de' poſteri; e Rinoldo Polo, che in quel conclave, da cui riuſcì pontefice il primo, fu in molti ſcrutinj ſull'orlo del pontificato.* Pallavic. lib. V. hiſt. concil. trid. cap. 8. n. 1.

(*zz*) *In qua ſynodo* (tridentina) *Marcelli maxime virtus, & eximia in pontificia poteſtate & auctoritate tuenda libertas enituit. nam, quum Carolus V. imperator, privatorum commodorum, ut fama erat, cauſſa, tridentini concilii tranſlationem, quam ex pontificis auctoritate legati adornabant, aegre ferret, Marcelluſque in ea re ab eo diſſenſiſſet, quod caeſaris voluntatem romanae ſedis dignitati adverſari videret, a caeſaris miniſtris interpellatus, neque minis neque precibus a ſententia demoveri potuit. ea re caeſari inviſus, quum graviora ejus verba, ſibi relata, audiviſſet, caeſarem quidem in corpus ſaevire, in animam vero ſuam nihil ei juris eſſe, reſpondit: caeterum ejus facta Dei judicio reſervari; qui unicuique juxta merita ſua eſſet tributurus.* Quae caeſaris *verba*, Cervinio *relata*, Panvinius *graviora* dicat, diſce ex Pallavicinio lib. VIII. cap. 15. n. 2. *L'Adriano*, inquit, *iſtorico di que' tempi, ſcrive, che l'ambaſciata fu di minacciar' al Cervino, che, ſe procederà a traslazione ſenza bolla o volontà del papa, l'harebbe fatto gittar nell'Adice ... La vera ambaſciata, che portò al cardinal Cervino, da parte di Ceſare, Aurelio, ſegretario del cardinal Madruccio, fu, come dipoi m'è ſucceduto di leggere nell'originale d'una lettera ſcrittane* (ſotto i 5. d'Agoſto 1546.) *dallo ſteſſo Cervino al papa: „ Che, s'egli ſenza commeſſion del pontefice, haveſſe diſſoluto il concilio, ſubornando a ciò i veſcovi, come l'imperadore intendeva lui macchinare, ſe ne ſarebbe pentito: perochè, ove di ciò il papa nol gaſtigaſſe, ne ſarebbe gaſtigato da eſſo imperadore, e non iſtarebbe ſicuro in luogo del mondo „.*

propria eſt veſtri ordinis, in pontificia poteſtate & auctoritate tuenda? haec enim nimirum res tantam vim habuit ad excitandam & propagandam Marcelli laudem atque exiſtimationem, ut non injuria tridentinae illius actiones ſummum eidem pontificatum peperiſſe videantur. Verum utar hoc loco ea clauſula, patres, veſtra, ut ſpero, voluntate & approbatione: Marcelli cardinalis vitam communi ſententia, doctrinam eruditorum teſtimonio, civilem gubernandi ſcientiam Pauli pont. max. judicio ſatis eſſe comprobatam.

Sed incurſat jam ſaepius in me dolor in hac Marcelli virtutum commemoratione. nam occupatur animus cogitatione communis acerbitatis; quem tamen ita dolorem comprimam, ſi potero, ut, niſi neceſſario loco, non patiar erumpere. Se-
aaa cutum eſt igitur illud tempus, cum, Paulo mortuo (*aaa*), Ju-
bbb lius pontifex maximus eſt renunciatus (*bbb*): cujus ſane comitiis & Marcelli rationem habuiſtis, &, quo Julium honore me-
ccc rito ſuo affeciſtis, digniſſimum illum etiam judicaſtis (*ccc*). de quo

do ,,. Alla qual ambaſciata ei riſpoſe, ſcaricandoſi d'ogni appoſta colpa, anzi dimoſtrandoſi benemerito impeditore di quella diſſoluzione, di cui era accuſato per temerario macchinatore: che, ove pure haveſſe errato, non ſoggiaceva in terra a chi poteſſe con legittima autorità punirlo, ſalvo che il papa: che, ſe contuttociò voleſſe con lui Ceſare uſar la forza, eſſendo ſua maeſtà il gran principe, ed egli un povero prete, il potrebbe far di leggieri; ma che 'l ſuo maeſtro gl'inſegnava di non temer quelli, che, ucciſo il corpo, non havevano più che fare: onde, poſta che Ceſare gli faceſſe togliere la vita, gli torrebbe ciò, che per neceſſità doveva laſciarſi; nè dieci anni di più o di meno montar gran fatto; e ch'ei dal ſuo canto ſarebbeſi ingegnato di ſtar ſempre in apparecchio; ma che ſua maeſtà doveva anch'ella in breve partir dal mondo, e venir in luogo, ove tutti ſarebbon pari, & harebbono a render conto delle azioni loro ad un giudice, che non è accettator di perſone, e rende a ciaſcuno ſecondo l'opere ſue: e che perciò nè queſto timore nè altro riſpetto varrebbe a ritardarlo dall'adempiere fedelmente l'ufficio ſuo fin ch'egli viveſſe.

(*aaa*) Die 10. nov. an. 1549.

(*bbb*) Die 8. febr. an. 1560.

(*ccc*) Quae ratio Marcelli habita fuerit in iis comitiis, quibus Julius III. nocte ea, quae diem 7. febr. an. 1550. conſequuta eſt, pontifex maximus creatus, inſequentis diei mane ritu ſollemni renunciatus eſt, ex eo anonymi commentario, de quo ad epiſt. 90. *Ex litteris* pag. 92. dixi, volo cognoſci. *Die*, inquit, *29. menſis novembris 1549. hora 16. convenerunt cardinales in baſilica S. Petri in capella Sixti ... Bini & bini proceſſionaliter ingreſſi ſunt conclave hora 19. ... Ingreſſi ſunt cardinales epiſcopi quinque* (quos inter Marcellus Cervinius fuit, ex titulo baſilicae S. Crucis in Jeruſalem, cui praeſidebat, card. Sancta Crux ſive Sanctae Crucis vulgo appellatus), *presbyteri 20. diaconi 16. ... Die dominica, prima menſis decembris, circiter horam 16. omnes cardinales, excepto S. Cruce. quartana, & de Gaddis, podagra laborantibus, audita, vel celebrata miſſa, convenerunt in ſacello Pauli; in quo congrega-*

gregatione primum lecta fuit bulla Julii II. contra ſimoniace eligentes pontificem ... Die Lunae, 2. decembris, hora decimaſexta, cardinales convenerunt in ſacello Pauli ... in qua congregatione deputati ad formanda capitula, futuro a pontifice obſervanda, capitula ipſa ſacro ſenatui praeſentarunt ... Et, quoniam cardinalis S. Crucis in heſterna congregatione ob adverſam valetudinem intereſſe nequivit, ac bullae Julii II. contra ſimoniace eligentes ſummum pontificem, obſervantiam jurare cum aliis non potuit, ideo hoc mane paulo ante congregationem, notarii conclavis, una cum magiſtro caeremoniarum, accedentes ad cellulam dicti cardinalis, praefatam bullam ... clara voce legerunt, & ab eo juramentum de ea obſervanda acceperunt ... Die Martis, 3. dec. hora circiter 16. inceptum fuit primum ſcrutinium... Vota fuerunt infraſcripta: Tranenſis 12. De Monte 5. Sabinenſis 10. Verulanus 1. Borbonius 1. Carpenſis 1. Juvrè 1. Burgenſis 12. Sanctae Crucis 9... Eadem die 3. dec. hora 22. in ſacello Sixti fuit congregatio reverendiſſimorum, in qua partiti ſunt ſorte officia civitatum & terrarum eccleſiae inter ſe pro uno anno ad eorum libitum danda. Item diſtributae ſunt terrae, quae ad vitam cardinalibus dari conſuevere. Diſtributio, quae facta fuit, eſt infraſcripta: Rodulpho Tudertum cum praetura & aliis officiis dari ſolitis ... Sanctae Cruci Camertum cum praetura &c. ... Die Mercurii, 4. dec. ... habitur ſecundum ſcrutinium ... Vota data ſunt: quorum ſumma eſt infraſcripta: Tranenſis 8.... Sanctae Crucis 5.... Die Jovis, 5. dec. ſummo mane cardinales utriuſque partis iterum ad practicas redierunt, & alter alterum vel pollicitationibus vel minis in ſententiam ſuam trahere conabatur. firmiter nihilominus unuſquiſque in ſua opinione perſeverabat, & palam contendebatur ab omnibus. Adveniente hora 16. qua miſſa celebrari conſueverat, praeceptum fuit magiſtro caeremoniarum, ne campana ſignum miſſae daret, ſed expectaret quouſque omnes ſimul conveniſſent, cum concordari nullo modo poſſent. Qui Polum fovebant, in ſacello Pauli, reliqui in ſacello Sixti congregati ſunt; neque ii ad illos, neque illi ad iſtos accedere volebant. ita ſcrutinium impediebatur. Interim cardinalis De S. Cruce, qui ob infirmitatem tardius ad locum ſcrutiniorum venire ſolebat, ad ſacellum Pauli venit: vixque primum limen ingreſſo, neque etiam adorandi facultate data, obviam ei fuerunt Carpenſis, Moronus, Tridentinus, Mantuanus, Farneſius, qui praecipue Polo favebant, ſecumque loqui annuerunt. ipſe, poſt orationem ad Deum, illos audivit. retulerunt, quo in ſtatu res ſe haberent, & quod, licet jam duae partes ad Poli electionem conſenſiſſent, obſtabant tamen Galli, quominus pontifex eligeretur: rogaruntque ipſum, ut, pro bono pacis, orator vellet accedere ad Gallos, apudque eos contenderet, ut cum aliis concordare vellent, ad evitanda ſcandala. Reſpondit ipſe, ſe nihil unquam ardentius deſideraſſe, quam ut pax in eccleſia Dei conſervaretur, & ſchiſmata ab ea pellerentur, magnumque dolorem ex eorum diſſenſione cepiſſe, cum electio ſummi pontificis pure, ſepoſito omni humano affectu, fieri debeat; & quod hac de cauſa ipſe neutri parti adhaerere voluerit, ſed, quod Spiritus Sanctus in plurimorum mentes inſpiraſſet, ſecuturum; atque ideo, quantum in ipſo eſſet, elaboraturum, ut Galli cum aliis convenirent. poſtulavit tamen, ſibi ſocium adjungi, ut teſtem. Datus ei fuit Moronus. iverunt. Tranenſem primo allocutus eſt De Sancta Cruce, hortatuſque eſt pluribus verbis, ne tantum diſpendium reip. chriſtianae inferri pateretur ob diſcordias, & quod ſatis eorum conſcientiis fecerant, quod Poli electionem turbarant: ſed, cum jam viderent, Spiritum Sanctum Polum deſiderare, nollent diutius divinae voluntati reluctari. Reſpondit decanus, ſe valde cupere pacem & quietem eccleſiae, verum electiones pontificum ſine maximis contentionibus fieri non poſſe. retulit exemplum Hadria-

Hadriani VI qui per acceſſus creatus fuit, & Clementis VII. qui a ſuis fautoribus, qui plures erant numero, non a collegio electus fuerat: idque ſibi mirum … videri, cum adverſarii illegitimis modis, nempe minis, precibus, ſollicitationibus, & omni fraude (quod facile per examinationem conclaviſtarum ſciri poterit) Polum eligere contendebant. Dixitque praeterea, valde conſiderandum eſſe, ne ob regis proteſtationem ſchiſma fieret. Replicatum fuit ab internuntiis, non ita facile omnia credenda, quae ab aliquibus referuntur: falſa enim eſſe jure ſuſpicari poſſe: rogaveruntque iterum, ne proteſtationibus aures adhibere vellet, tum ob dignitatem collegii conſervandam, tum ad evitandum malum exemplum. hinc enim & caeteris in futurum ſimilibus proteſtationibus poſſe rem impedire, quouſque ex eorum ſententia pontifex crearetur. Gallorum habitam eſſe rationem, cum diu expectati fuiſſent; nec jure amplius expectari debere per Cap. Ubi periculum *de electione. Variae rationes hinc inde adductae fuerunt. Tranenſis tamen a propoſito abduci non potuit. Internuntii redierunt, & retulerunt facta & dicta. Tandem horum precibus & illorum laſſitudine, & ut ſeceſſionis notam fugerent, ſuis prius in ſententia confirmatis, omnes in unum convenerunt hora circiter 19. … Decanus retulit, qualiter orator Chriſtianiſſimi praeſentaverat deputatis mandatum regium ad proteſtandum &c, & quod dictus orator proteſtatus fuerat: rogavitque patres, ut Gallorum rationem habere vellent ad evitanda ſcandala … Salviatus probavit Tranenſis opinionem: De Monte dixit, quod ei jure expectandi videbantur … Carpenſis deteſtatus eſt moram … Sancta Crux in nullam partem ivit; dixitque tantum, ſe optare, ut pax & unitas in eccleſia Dei eſſet, pro qua vitam profundere non dubitaret: propterea mirum in modum diſplicuiſſe ſibi proteſtationes hujuſmodi, tum ob imminens ſcandalum, tum ob malum exemplum in omne tempus: & ideo his poſthabitis, judicabat fore peropportunum, ut is eligeretur ſtatim, quem Spiritus Sanctus in mentibus patrum inſpiraſſet. quod pertinebat ad Gallos expectandos; ſententiam ſuam eſſe, quod, ſi de jure expectari poſſunt, expectentur, ſed juxta determinationem capituli* Ubi periculum, *quod omnium cardinalium conſenſum requirit, dum de ea re deliberatur, quae electionem pontificis retardare poſſet: ideo, ſi unus tantum diſſentiret, ipſum Gallos non expectandos cenſere, qui eo caſu de jure expectari non poſſunt. tantaque gravitate & auctoritate hanc ſuam opinionem protulit, ut fere omnes cardinales, exceptis Gallis & eorum fautoribus, ei adhaeſerint … Tandem per majorem partem concluditur, quod hodiernum ſcrutinium habeatur: quod factum eſt ordine, quo ſupra, videlicet: Tranenſis 14. Salviatus 2. De Monte 1. Sabinenſis 16. Verulanus 2. Carpenſis 1. Burgenſis 6. De Sancta Cruce 1. Moronus 3. Armeniacus 2. Ceſis 2. Portugallienſis 1. Verallus 1. Maphaeus 1. Cibo 5. Rodulphus 1. Gaddius 1. Polus 23. item duos acceſſus, videlicet Carpenſem & Farneſium … Die ſabbati, 7. decembris … omnes ſuo ordine vota dederunt: quibus datis, cum Polus aſcendiſſet ad 22. vota, & ſui quidam quatuor certos acceſſus habere confirmarent, ita ut, addito quinta, papam eſſent habituri, rogarunt Sanctam Crucem, ut ipſe accedere vellet, cum ab eo ſolo, ut ajebant, pontificatus Poli penderet. Sancta Crux, etſi aperte cognoſceret, vix fieri poſſe, quod Polus pontifex crearetur, cum jam quater reprobatus fuiſſet, & praeſertim in tertio ſcrutinio, in quo unum ſolummodo votum ei defuit, & quod non immerita cogitandum erat, quod Deus ita diſponeret, & tum nollet, tamen, ne videretur id, quod palam in omnibus ſcrutiniis fecerat, dando ſemper votum Polo, non bona fide feciſſe, ſed ficte & ſubdole, ut humanam tantam gratiam iniret, & eo tempore, quo eum jam futurum papam conſpiceret, pedem referre voluiſſe, vel alias ob ſui propriam con-*

Digitized by Google

quo quid Julius poſtea & dixerit & ſenſerit (*ddd*), cum ejuſdem honorificentiſſima comprobant teſtimonia, tum eo facile *ddd*

 decla-

cauſam ab acceſſu dando retardari; prae-miſſa proteſtatione, quod, ſi hac vice Polus ipſe pontifex non fieret, ſe amplius Deum non tentaturum, & ad alium animum ſuum eſſe diverſurum, annuit deſiderio eorum, qui rogaverant: &, inventa ejus ſchedula, quae nomine Deus *ſignata erat, & in ea De Monte & Verulanum nominaverat, acceſſit ad Polum, & poſt eum acceſſit Pacecus. cum vero nemo alius accedere vellet, factus eſt finis ſcrutinii ... & ita papam non habuimus. Die Dominica, 8. decembris, mane omnes cardinales communicarunt ſe, vel miſſam celebrantes, ut epiſcopi & presbyteri, vel ſacram eucharistiam e manu celebrantis recipientes. infirmi, ut Sancta Crux & Verulanus, audierunt miſſam in ſacello proprio, ab uno ex capellanis celebratam ... Die Mercurii, 11. decembris, hora 17. cum dimidio, ſacris de more peractis, habitum fuit ſcrutinium. Vota ſunt haec potiora: Burgenſis 14. Sancta Crux 10. ... Die Jovis, 12. decembris ... ad nonum ſcrutinium ventum eſt ... Tres cardinales ſecundi cujuſque ordinis iverunt ad accipienda vota Verulani & Sanctae Crucis aegrotantium ... Die 15. decembris, licet eſſet dominica adventus Domini, viſum tamen eſt, habendum eſſe ſcrutinium ... Vota haec ſunt potiora: Sabinenſis 21. in ſchedulis, & unum acceſſum cardinalis De Monte: Burgenſis 9. Sancta Crux 10. Polus 23. Antequam autem vota darentur, deputati iverunt ad accipiendas ſchedulas trium aegrotantium Bellaji, Sanctae Crucis & Cibo ... Cum Sancta Crux ob invaleſcentem morbum exire vellet, & de hoc enixe rogaret deputatos, ne tanto viro collegium careret, conceſſae ei ſunt aulae, quae extra conclave ſunt, ſacello Sixti adjunctae, ubi ſacriſta apoſtolicus hoſpitium habere ſolet, apertoque oſtio, quo ex illo ſacello Sixti ad illas itur, intra conclave inclusae fuerunt: dataque ei poteſtas eſt videndi lumen ſolis ex feneſtra, quae ejus fidei demandata eſt (alias nulla feneſtra patet in toto conclavi), & conceſſum ei fuit coquum ſuum habere, ut res intus coqui poſſent: quae commoditas ſpecialis eſt, & nulli alteri conceſſa, ipſi autem indulta ob probitatem, ingenuitatem, praeſtanteſque ac ſingulares corporis & animi dotes &c.* ſatis haec eſſe arbitror, ut quivis intelligat, quam vere a Pogiano ad cardinales illa ſint dicta: *cujus* (Julii III.) *comitiis & Marcelli rationem habuiſtis, &c. quo Julium honore merito ſuo affeciſtis, dignissimum illum etiam judicaſtis.* Quamdiu autem Marcello per morbum licuerit comitiis illis intereſſe, quae, ut dixi, non niſi die 8. febr. an. 1550. abſoluta ſunt, docet noſter anonymus, qui acta diei 22. decembris an. 1549. commemorans, *Eadem*, inquit, *die Sanctae Crucis cardinalis invaleſcente morbo, & medicis aëris mutationem conſulentibus, exivit e conclavi hora 21. indultumque ei fuit, ut habitaret ubicumque vellet. ivit autem ad palatium Farneſii S. Laurentii in Damaſo.*

(*ddd*) *Septimo idus februarii* (inquit Pollidorius in Marcelli *Vita* pag. 92.) *novus pontifex renunciatus eſt Julius III. antea cardinalis de Monte; qui, ubi primum relevatum* (ex morbo) *didicit, Cervinum in urbem revocat: peramanter exceptum in pontificio palatio morari jubet, nec uno argumenti genere, quanti penderet, teſtatus eſt. Contra Marcellus ... gravi atque privata oratione muneris ſui Julium admonuit, enixeque rogavit, ut pia olim propoſita de inſtauranda ex auctoritate Concilii* (tridentini) *diſciplina eccleſiae, Jeſu Chriſti factus vicarius conſtanter retineret atque impleret opere: conſanguineorum & propinquorum affectibus ne acquieſceret: erectum & invictum animum*

declaratur, quod in maximis difficillimiſque rebus Cervini cardinalis ſententiam Julius requirebat, & ejuſdem conſilio libenter utebatur.

Sed, quoniam Marcelli cardinalis admirabiles eas virtutes,
eee quae in publicarum rerum adminiſtratione (*eee*) floruerunt, levi-

mum contra minus juſta principum deſideria & poſtulata oſtenderet, ſanctiſque morum inſtitutis noviter inſiſteret, commiſſi ſibi gregis forma factus ex animo ... Haec & alia in eam ſententiam dicente Marcello, pontifex lacrimas continere non valuit. Longe majus virtutis robur adverſus Balduini de Monte cupiditatem Cervinus oſtendit. Enimvero omnibus artibus pulſatus ab eo, ut ſibi Camertium principatum a Julio patruo [corr. *fratre*) *impetraret, non ſolum negavit, ſed, ut in pari voluntate Julius perſtaret, niſus eſt, laudavitque propoſitum. Conſilium vero roganti pontifici, qua ratione id perpetuum efficeret, ſuaſit, ut legem ſciret* (corr. *ſciſceret*), *qua nemo ſucceſſorum eccleſiaſticae ditionis bona alienare poſſet; eamque ipſe, cardinales omnes, ac reliqui futuri pontifices maximi juramento firmarent. donationem autem vel alienationem, neceſſario aliquando factam, tum demum habendam validam, ſi duo aut tres ſucceſſores pontifices comprobaſſent.*

(*eee*) Quas quidem Marcelli cardinalis in publicarum rerum adminiſtratione virtutes fuſius atque enucleatius commemoratas apud Pollidorium, hiſtoricum nempe, non tantum oratorem, invenies: ex quo pauca e multis heic libet deſcribere. *Julius III.* inquit pag. 45. *ſtatim ac pontifex maximus eſt renunciatus, ſuo diplomate, pro Marcello dato, ratum habuit* (apoſtolici bibliothecarii munus, Marcello a Paullo III. demandatum) *ac firmavit... Accepimus* (inquit), *quod alias felicis recordationis Paullus III. immediatus praedeceſſor noſter, defuncto bonae memoriae Auguſtino* (Steucho) *epiſcopo Chiſamenſi, bibliothecario bibliothecae noſtrae palatinae, ne dicta bibliotheca detrimentum pateretur, de tua multiplici doctrina & ſingulari erga rem literariam ſtudio & amore confiſus, ejuſdem bibliothecae protectionem & curam circumſpectioni tuae, etiam forſitan vivae vocis oraculo, demandavit &c. ... Sub Pauli* (III.) *obitum*, inquit pag. 93. *quum Servorum B. Mariae Virginis Dei Genitricis protector fuiſſet electus, memorato anno 1550. diſſenſiones, ortas inter Auguſtinum Bonucelum, magiſtrum generalem, & Philippum Frangipanem, ejuſdem ordinis vicarium, prudenter in urbe compoſuit: teſte Giano in Annalibus, centuria IV. libro II. capite altero. Praeterea, eorumdem religioſorum praeſidum precibus, ac juſſu Julii ſummi pontificis, Mantuanae congregationis ſtatuta opportune auxit, publicavitque Romae menſe decembri ipſius anni cum ſuis literis, ſtatutorum libello praefixis... Per eoſdem dies Eremitarum quoque Auguſtinenſium familiae apud ſummum pontificem Marcellus protector conſtitutus, religioſam diſciplinam ſtrenue provexit, nec una quidem via illam auxit & ornavit. Ut multa & gravia paſſim exorta adimerentur incommoda, atque unitas ſacrae familiae inter diverſae nationis homines cum conſuetudinis & morum concordia facilius ſervaretur per unitatem legum & regulae, ſaepe in comitiis generalibus actum eſt de communibus conſtitutionibus opportune ſcribendis, matureque ab univerſis expenſis, concordi deinde ſuffragio comprobandis. Re per electos a provinciis doctos prudenteſque viros diligenter peracta, Marcelli cura & opera conſtitutiones ipſas a Julio III. pont.*

leviter attigimus, percurramus illas etiam, quae, ab incredibili naturae bonitate profectae, partim eandem habent admirationem, partim jucunditatem cum pari ſplendore conjunctam. quis enim unquam fuit, ut a beneficentia initium faciamus, qui miſeram vel inopem bonorum aut ſtudioſorum fortunam, conſilio magis aut opera aut facultatibus ſublevarit? hanc hominis benignitatem cum aſſiduae multorum voces praedicant, tum eruditorum virorum literae (ſſſ) teſtantur. ſſſ

Et,

pont. max. ſunt comprobatae: mox anno domini 1551. Cervini literis egregio volumini praefixit, prodierunt: eaſque ſciat pontifex, eodem teſte Marcello, univerſo ordini ac omnibus illius tam reformatis quam non reformatis provinciis & congregationibus, etiam de obſervantia nuncupatis, communes conſtitutiones eſſe voluit & mandavit ... Ejuſdem ſaeculi anno 51. lectiſſimo illorum cardinalium coetui Marcellus adſcribitur, qui praecipua atque ſuprema in univerſa chriſtiana rep. de fide quaerunt, violataeque orthodoxae religionis cauſſas cognoſcunt. Tabularium S. Inquiſitionis romanae luculentum de re ipſa teſtimonium ſuppeditat, cui conſonat Joſeph Silos in hiſtoriis clericorum regularium libro 14. pag. 230. Romano item archigymnaſio a Julio praeficitur, ut una cum Morono, Polo & Sfortio cardinalibus res literaria ampliora deinceps incrementa caperet ... Per eaſdem dies pontifex, totius eccleſiae bonum cogitans, reſtituendae ſeveriori diſciplinae cleri intendit animum ... Graviſſimi operis methodo ac rationi praeſcribendae Marcellum delegit ... Ne autem diutius peracti laboris fructus differretur, Die ultima novembris (*inquiunt acta conſiſtorialia Julii papae III. ad annum Chriſti 1554.*) fuerunt tradita per manus exempla reformationis, factae a ſanctiſſimo domino noſtro, reverendiſſimis cardinalibus, ut ipſi mature conſiderare poſſent, ſi quid eis occurreret. *Addit autem Raynaldus eodem anno numero 23.* Inter alia de corruptelis abolendis, quae in cardinalium ordinem obrepſerant, actum eſt: ac Marcellus, tituli S. Crucis cardinalis, quem Julius ad componendas ſanctionis leges adhibuerat, haec virtutum officia atque ornamenta exegit... *Quum Servorum B. Mariae ſemper virginis conſtitutiones parum congruerent rebus praeſentibus & tempori ... hoc ipſo anno* (1554.) *dum Iguvii Marcellus morabatur, novas ſcripſit: quae ſubinde, pontificis maximi auctoritate diligenter expenſae & comprobatae, publicis typis in urbe Roma vulgatae fuerunt. Rem narrat in ſuis literis Hieronymus cardinalis Dandinus, poſt Marcelli obitum renunciatus Servorum B. Mariae protector; ex iiſque Giannus in libro II. Centuria 4. cap. 7.*

(*ſſſ*) Petrus Victorius in epiſtola ad ipſum Cervinium, quae libri I. (non II. ut ait Pollidorius pag. 78.) undecima eſt, Florentia die XII Kal. Quinct. 1541. data, *Nec enim tu*, inquit, *quemadmodum non nulli improbe faciunt, ea, quae litterarum ſtudioſis opem ferrent, abdis; ſed contra, quae ingentes utilitates praebere poſſunt, & egregia veterum ſcriptorum monumenta, quae adhuc in tenebris latent, jamdiu cogitas quomodo poſſis pervulgare: & eo jam rem deduxiſti, ut cito ſedulitas tua, atque aliis opitulandi incredibilis cupiditas, magnos fructus paritura* (non *paratura*, ut exhibet idem Pollidorius ibid.) *ſit*. Et in epiſtola 12. lib. II. die 9. ſept. 1550. ad eumdem indidem data, *Interim*, inquit, *tu, cardinalis ampliſſime, vitaque ac moribus gradu iſto honoris digniſſime, cape Clementem Alexan-*

Et, quoniam fructuoſa permultis fuit altera quaedam ratio, & doctrinam religionemque complectitur, minime eam praetereundam duxi. erat Cervinus cardinalis vel in maximis occu-

xandrinum tuum, quem diu optaſti, atque, interpoſita auctoritate tua, e tenebris eripuiſti, fruereque jucundiſſima ſancti in primis eruditique ſcriptoris lectione. nam, quod communis ille tecum eſt omnibus graeci ſermonis peritis, non minore voluptate te affectum iri puto ex fructu, quem audies vulgo ex optimis praeceptis hujus ſcriptoris percipi, quam ſi ſolus illum domi poſſideres. is enim tu es, qui alienis potius utilitatibus, quam propriis commodis ſemper ſervieris... In reliquis autem emendandis, tu quoque vehementi amore, quo hunc auctorem proſequeris, nos adjuviſti; ac conferendos a tuis, probis & eruditis viris, cum antiquiſſimis exemplaribus curaſti. Hippolytus Salvianus in epiſtola ad Cervinium nuncupatoria egregii operis ſui, quam *Aquatilium animalium hiſtoriam* inſcripſit, *Tu mihi*, inquit, *auctor fuiſti, ut eorum omnium, qui ad manus noſtras perveniſſent, piſcium imagines appingerem, aereque excuderem. qua in re mihi duobus modis auxilio fuiſti. nam, cum pro mea tenui facultate neque incidendis tot imaginibus ſumptum ſuppeditare, nec piſcium, niſi noſtri proximi maris, copiam habere poſſem. tu utrâque re mihi ſubſidio fuiſti, tum ipſe me tua pecunia juvans, alioſque ſummi iſtius ordinis nonnullos, partim oratione tua graviſſima, partim exemplo ad hoc ipſum inducens; tum itidem ſumptu atque auctoritate tua curans, ut plurimae piſcium formae, prorſus noſtris hominibus ignotorum, ex Gallia, ex Germania, ex Luſitania, ex Britannia, denique & ex Graecia ipſa, diligenter expictae, afferrentur; ſine quibus hiſtoria haec noſtra manca atque inops fuiſſet.* Afferam extremo loco Alberti Pighii ad eumdem Marcellum epiſtolam, ex codice vaticano 6416. pag. 54. depromtam.

„ Reverendiſſimo in Chriſto patri „ ac Domino Marcello Cervino cardi„ nali S. Crucis, domino ſuo obſer„ vandiſs.

„ En Court de S. PP.

„ Reverendiſſime in Chriſto pa„ ter & patrone incomparabilis. Non„ dum applicuerunt (quod certo ſpe„ rabam) noſtri illi libri ex Germa„ nia; tametſi hic nuncientur afferri „ intra triduum aut quatriduum. ſi „ tamen diutius morati fuerint, de„ crevi eos non expectare diutius, ſed „ his committere, quibus curae erit „ eos diligenter ad vos mittere, cum „ venerint. Interim, ex illis quatuor, „ qui Romae ſunt in arca reverendi „ domini Poggii, reverendiſs. pater„ nitas veſtra dignetur reſiduos tres „ (nam ſibi in primis unum accipiet) „ illis diſtribuere, qui diligentius eoſ„ dem lecturi ſunt, & quibus, his in „ rebus, eſt eruditio major & judicium „ exactius. quod ſi reverendiſſimus „ S. Marcelli per aegritudinem adhuc „ detineatur Florentiae, etiam eum, „ quem illi inſcripſi & tradi cupiebam, „ dari alteri cupio, quo pluribus ejus „ ſit legendi copia. nam & illi, ex „ his, qui hinc mittentur, ſuus reſti„ tuetur alius, cum redierit. Cupio „ etiam, ut reverendiſs. paternitas ve„ ſtra ſtudioſe perlegat, quae illi ſcri„ pto dedimus; concernentia delibe„ rationem & conſilium de adhibendo „ his malis publicis, quibus univerſa „ pene Chriſti eccleſia, praecipue au„ tem Germania noſtra, peculiariter „ laborat, univerſalis concilii reme„ dio, léctaque etiam aliis ordinis ve„ ſtri, quibus, his praeſertim de re„ bus, judicium eſt exactius atque „ exercitatius, communicare dignetur. „ ille mihi teſtis in diſtricto ſuo judi„ cio erit, qui nos omnes judicaturus „ eſt,

occupationibus (ggg) mirifice ſtudiis deditus, ut non plus olim ggg
in

„ eſt, unius eccleſiae utilitatia, &
„ apoſtolicae ſedis dignitatis authori-
„ tatiſque in his omuibus nos reſpe-
„ ctum habere: an vcro rectum ſit no-
„ ſtrum de iiſdem judicinm, a reve-
„ rendiſs. dominationibua veſtria di-
„ ligenter expendi cupio. in qua ipſa
„ expenſione, ſi, quod optimum erit,
„ forte aſſequutus non ſim, illud ipſum
„ tamen optimum, noſtra illa ſugge-
„ ſtione, facilius invenictur. Quam-
„ via autem, is ſit amor, ca benevo-
„ lentia, hoc ſtudium in nos reveren-
„ diſs. paternitatia veſtrae, ut nihil
„ merito de nobis illi ſuggerere dc-
„ beam, viſnm tamen eſt eidem, velut
„ in maxima atque infinita prope di-
„ ſtractae, id unum ſuggercre, mihi
„ videri, obtuliſſe ſe providendi noſtri
„ occaſionem opportunam & commo-
„ dam pcr mortem reverendiſs. quon-
„ dam cardinalia compoſtellani; cujus
„ eccleſiam tametſi majeſtas caeſarea
„ ex privilegio forſitan conferre volet,
„ tamen, quod apud ſedem apoſtoli-
„ cam vacavit, facile conſentiet pen-
„ ſione aliqua onerari pro nobia, ſi hoc
„ velit & petierit ſua ſanctitas; prae-
„ ſertim, cum ſit opulentiſſima, &
„ nihil dubitem, illuſtriſa. dominum
„ Granuellanum nobis in hoc non de-
„ futurum ſuo favore & auxilio. Ut
„ autem liber ab aere alieno (qno me
„ premi, ipſa pene morte gravius fc-
„ ro) alacrius liberiuſque publicae
„ utilitati inſervire poſſim, eidem re-
„ verendiſs. paternitati veſtrae una
„ cum reverendiſs. domino meo de
„ Gambara curae erit, ut, quod pon-
„ tificiae in me liberalitati Bononiae
„ per aerarii neceſſitatem detractum
„ eſt, Rnmae per literas cambii ſarcia-
„ tur. Oro Deum, ut vos una omnes,
„ cum ſanctiſs. domino noſtro incolu-
„ mes & felices cuſtodiat, veſtraque
„ ſtudia & conſilia in publicam chri-
„ ſtianae reipub. dignitatem utilita-
„ temque efficaciter dirigat. Raptim
„ Venetiis die XIII. octob. M. D. XLI.
„ Reverendiſs. paternitati veſtrae
„ Deditus Servitor
„ Albertus Pighius.

Quibus in litteris de eo Pighii libro agi puto, de quo exſtat Jacobi Sadoleti ad ipſum Pighium epiſtola libri XVI. prima, Carpentoracte III. Kal. mart. 1539. data, cujus principium, nonnullaſque praeterea particulaa ſubjicere hoc loco non alienum duxi: *Tuos libros de Hierarchiae eccleſiaſticae principatu cum legerem, plurimaque in illis invenirem, quae tua cura & diligentia in lucem e tenebris quaſi vetuſtatis prolata ſunt, ſcatereque ibidem omnia optimis & ſententiis & auctoritatibus cernerem, equidem & ingenium & doctrinam & notitiam tuam rerum antiquarum ſum admiratus: probitatem autem & religionem illa mihi res etiam in te oſtendit, quod vidi & cognovi, te opinio* (corr. *optimo*) *animo & conſilio adductum, quo chriſtianae reipublicae tot malis detrimentiſque affectae, opem pro tua parte ferres; tantum negotii & laboris ſuſcepiſſe . . . ſed, quod ad privatas meas cogitationes attinet, ſcito, Alberte doctiſſime, me ex tuis libris in maximas anguſtias & ſolicitudines animi conjectum eſſe. verſabar enim in eiſdem plane ſtudiis, & in eodem argumento elaborabam. jamque confeceram bonam partem lucubrationis meae, cum tui ecce libri mihi inopinanti advenerunt . . . Quid igitur agam? quid? opinor id, quod veteres etiam philoſophi & jureconſulti faciebant, eiſdem de rebus alio modo. in quo hauriam de fontibus quoque tuis, nec me tantum ſcriptorum tuorum excellentia deterrebit (quanquam deterret illa quidem, atque, ut quieſcam, ſuadet), quantum adjuvabit copia &c.*

(ggg) Petrus Victorius in eadem illa epiſtola libri I. undecima, *Idem etiam*
ut,

iu comparanda doctrina operae aut induſtriae poſuerit , quam
nunc in fruenda elaboraret . quam induſtrii ac vigilantiſſimi
viri laudem cum jamdiu Paulus ſpectatam & cognitam habuiſ-
bbb ſet (*bbb*) , novum illi quendam campum aperuit , in quo ar-
dens illud ſtudium & ſingularis diligentia poſſet excurrere . nam
iii & Marcellum vaticanae bibliothecae praepoſuit (*iii*) , & rem
ſatis amplo verborum honore eſt proſecutus : qui , ſe cum in-
exhauſtae ipſius legendi cupiditati , tum propenſae ejuſdem in
ſtudioſos voluntati praeclarum id munus detuliſſe , praedicaret .
kkk Quod vero & (*kkk*) is in divinis literis acquieſcebat , & maxi-
me graecis in eo genere ſcriptoribus delectabatur , bonam eo-
rum librorum copiam , magna tum cura tum impenſa undi-
lll que conquiſitam , comparárat (*lll*) . in quo non ſibi ſatis duce-
bat

me , inquit , *hoc facilius a te impetraturum confiſus ſum , quod videbam , te eodem tempore in publicis maximis rebus occupatum , ut , ſi haec ſtudia ex animo non abjeciſſes , neceſſario te remiſſius illis navare operam , putarem . nam ſubito fortuna auctus es , & in eum dignitatis gradum pro maleis tuis meritis elatus , quo paucis aſpirare licet . quae autem artes in tam illuſtri excelſoque loco collocarunt , eaedem te in honeſtiſſimis negotiis ſemper occupatum poſtea tenuerunt , ut a nobis etiam diu afueris ad Carolum caeſarem miſſus , apud* (fort. *& apud*) *eum perſonam maximi pontificis geſſeris . mirari igitur non debes , ſi , tot curis te implicatum videns , & paene tibi haec noſtra ſtudia dimiſſa ex animo putans , iis meis literis tibi obſtrepere nolui . fateor enim , me in hac re aliquantulum deceptum eſſe . quamquam enim te vere ex animoque diligere ſtudia litterarum ſciebam (quippe in quibus tantum profeceras , ut paucos pares haberes) , tamen exiſtimabam , te , magnitudine negotiorum abreptum , & condicionis etiam vitaeque iſtius honeſtate compulſum , aliis nunc ſtudiis operam dare . verum non multo poſt errorem meum cognovi , qui ex plurimorum ingenio te judicaſſem . illi enim , cum altius aſcenderunt , ſaepe etiam artes illas , quae viam ipſis ad eos honores patefecerant , obliviſcuntur . animadverti , inquam , me de te , quem optime cognitum habere debebam , non vere exiſtimaſſe : atque hoc intelligere maxime potui , cum , Romam reverſus , ſtatim me hujus aeris alieni litteris tuis , amantiſſime ſcriptis , admonuiſti &c.*

(*bbb*) *haberet* cod. vat.

(*iii*) Vide ſuperiorem adnotationem *eee* .

(*kkk*) *libenter in &c.* cod. vat.

(*lll*) Inter libros , a Cervinio etiam tum cardinale , comparatos , unus fuit , de quo card. Hieronymum Seripandum in ſuis , quae in vaticana bibliotheca autographae adſervantur, quattuor epiſtolis agere , animadverti ; quas , utpote a tam praeſtanti laudatoque viro ſcriptas , ne mihi uni ante aliquot annos deſcripſiſſe videar , volo , arrepta hac qualicumque occaſione , cum eruditis hoc tempore communicare . primam quidem ex codice 6416. pag. 64. tres reliquas ex cod. 6189. pagg. 91. 92. & 96. deſumſi .

I.

Al molto reverendo ſignor Herennio Cervino Referendario di noſtro Signore &c.

Roma .

IC XC

Molto rev. ſignore . Poichè non ſi è potuto trovare quel libro del cardinal' Egidio , ch' io tanto deſiderava , vedendo

bat homo communis utilitatis & ſalutis, quam propriae ſtudioſior, animae ſuae commoda inde percipere, niſi ſalutares eos

fru-

dendo la diligentia uſataci da voi, da monſignor protbonotario, & dal ſignor voſtro padre, conoſcerò, che non è volontà de Dio, ch'io l'habbi; & non laſciarò d'eſſer debitore alla fatiga, preſa da voi per conſolarmene. potrebbe ben eſſere, che vi veneſſe alle mani un giorno ſenza cercarlo. per queſto non voglio laſciar di dirvi, che il libro non è ſopra al ſalmi, ma è come un'hiſtoria eccleſiaſtica, teſſuta in venti ſalmi con gran forza d'ingegno: & è coperto di tavole, ſcritta in carta di bambace di varie mani; dove è ancor la mano mia, la qual conobbe la ſanta memoria di Morcello, quando il comprò da chi l'havea robbato o a me, o ad altri. le prime parole ſono queſte: uſurpatur paſſim verſiculus David. *ho voluto dir queſto, per non diffidarmi, che un giorno non poſſa ritrovarſi. Mi ſono rallegrato del voſtro ritorno in Roma. Dio vi ci conceda quella ſatisfattione, che ſono certo che vi forzarete meritare con la virtù, & con le fatighe honorevoli, & grate a Dio, & agli huomini. State ſano. Di Trento. li* VIII. *di decembre del* LXI. *Al placer di V.S.R.*

Il card. Seripando.

II.

Al molto reverendo monſignor il protbonotario Sirleto, come fratello.

a Roma.

IC XC

Molto reverendo monſignore. Alli giorni paſſati diedi riſpoſta a due lettere di V.S. del meſe paſſato, & crederò, che a queſt'hora l'habbiate ricevuta. Riſpondo hora all'altra, che v'è piaciuto ſcrivermi a' 12. di queſto, & vi rendo molte gratie della conſolatione, che mi date ſpeſſo con i luoghi, che andate cavando dalli ſcritti de' ſanti padri, molto a propoſito noſtro & di queſti miſeri tempi.

La ſcrittura mia trovata ne i ſcritti della ſanta memoria di papa Morcello, m'è ſtata ancor' ſommamente chara: & voglio ſperare, che alla giornata ſenne trovarà qualch'altra, & forſi ancor' il libro: perchè ſuol'alle volte avvenire, che molte coſe, non cercandoſi, compariſcano avant'agl'occhij; &, inveſtigandoſi attentamente, non ſi truovino. Non voglio laſciar de dirvi, che monſignor illuſtriſſimo Varmienſe, al qual' inſieme con queſt'altri miei ſignori communico le voſtre lettere, non ceſſa di laudar & predicar' la pietà, diligenza, & fatiga, che prendete in racogliere tante belle autorità, a conſolatione & beneficio publico. così N.S. Dio ſi degni per ſua miſericordia di mantenervi in intera ſanità, acciochè poſſiate perſeverar' in dar giovamento alla ſua ſanta chieſa. & con queſta me vi racomando & offero. Di Trento. 20. di aprile 1562. Piacciavi ſalutar' in nome mio il ſignor Herennio, & ringratiarlo della ſcrittura.

Di V.S. molto rev.

Il card. Seripando.

III.

Al molto reverendo monſignor come fratello, monſignor il protbonotario Sirleta.

a Roma.

IC XC

Reverendo monſignor protbonotario. Tutte le lettere di V.S. a me ſono chare, perchè ſono piene di dottrina & di pietà. ma queſta, che ultimamente ho ricevuta, m'è duplicatamente piaciuta: perchè, oltre li belli luoghi, che ci havete racolti, de i quali ho preſo conſolatione, & fattone parte a queſti miei illuſtriſſimi ſignori come di coſa utiliſſima alli biſogni, che corrono, m'havete ancor' data nuova del libro ricuperato, & da me ſommamente deſiderato. Vi priego a farlo conſegnare in mano di maeſtro Auguſtino Fivizano in ſanto Agoſtino: perchè a lui ho ordinato, che ſi ſcriva ciò che n'habbi a fare.

fructus reliquis impertiret. quamobrem etiam, ut id bonum latius pateret, ad plureſque pertineret, graecos illos auctores, *mmm* propoſitis praemiis, latine reddendos curabat (*mmm*). neque tamen

re. State ſano, & amateme come fate. Di Trento. 4. di maggio del 1562.

Di V. S. rev.

Fratello il card. Seripando.

I V.

Al molto reverendo monſignor il prothonotario Sirleto, come fratello.

a Roma.

IC XC

Reverendo monſignor come fratello honorando. Sentevo diſpiacere della voſtra infermità, non ſolo perchè s'impediva il beneficio publico, che procede dalle voſtre honorate & felici fatighe, ma ancor' perchè io particolarmente reſtavo privo di quella conſolatione, che ragionevolmente mi viene da ciaſcuna lettera voſtra. hora dovemo tutti renderui duplicatamente gratie, & particolarmente io, poichè, poco curandovi del voſtro male, per far bene ad altri, maſſime in queſti biſogni, ne i quali ci troviamo, non havete tralaſciato i voſtri utiliſſimi ſtudij, & a me havete ſcritto una lettera tanto copioſa, che per non poter dir più, m'è ſtata chara ſopra tutte l'altre. Se la ſtagione, com'è d'eſtate, fuſſe d'inverno, v'invitarei & conſegliarei a ridurvi in Salerno, ove, per l'aer' ſalubre & altre commodità, che vi farei trovare, potreſte molto ben' remediare al voſtro male, & rihaverui del tutto. ma, eſſendo queſti noioſi caldi, mi ſarà conſolatione d'ogni riſolutione che prendiate, purchè ſiate per acquiſtare intera ſanità. Mi piace, che 'l libro d'Egidio ſia ſtato conſegnato a maeſtro Auguſtino Fivizano; perchè egli il conſerva bene per ordine mio. & ancor' mi ſono rallegrato del Cuſano, ſcritto a mano, nuovamente ritrovato, de concordia catholica. *Venendo il detto padre per eſſo, priego V. S. a fargliele preſtare, acciochè ne poſſo correggere per conto mio uno ſtampato, come li ho dato ordine che facci: che ſubito poi lo reſtituirà. Ho fatto leggere a monſignor illuſtriſs. Varmienſe quanto V. S. ſcrive ſopra 'l trattato del ſantiſſimo Sacramento dell' eucariſtia, & n'ha preſo ſingolar piacere: & ſi communicarà con tutti queſt'altri illuſtriſſimi miei ſignori. Della bulla di Martino V. qui non s'haveva cognitione alcuna: & certa ſarebbe ſtata molto a propoſito. quando vi piaceſſe farne cavar copia, ancorch'io creda, ch'ella non ſia per arrivar' a tempo per il tempo proſſimo della ſeſſione, pur' non ſarà ſe non bene a mandarla. A monſignor illuſtriſſimo de Trani baſo humilmente le mani; il qual' potete render certo, che può veramente prometterſi tanto di me, quanto di qualſivoglia huomo, che ſommamente riveriſchi & ſtimi il molto valore di ſua ſignoria reverendiſs. & illuſtriſſima: & li reſto gran debitore della memoria & benevolenza, che ſi degna tener verſo di me. & a monſignor illuſtriſſimo d'Auguſta, mio ſignore, havete fatto bene a dire quanto vi è parſo, & quanto potete ſapere dell' animo mio verſo ſua ſignoria illuſtriſſima: ancorchè l'obligation', ch'io li hò, ſia tanta, che non credo ſi baſti agguagliar' o eſplicar' con copioſiſſime parole. Queſti miei ſignori tutti vi amano & tengono buon' conto delle fatighe voſtre, & della chiarezza, che ci date di molte coſe, che a noi erano oſcure. & il P. fra Pietro Soto, il qual qui dà di ſè buon'eſempio di vita & dottrina, vi porta particolar' affettione. State ſano, & amateme, come fate. Di Trento. 2. di luglio del 1562.*

Di V. S. molto rev.

Buon fratello il card. Seripando.

(*mmm*) *Sanctorum hominum* (inquit Pollidorius pag. 80.) *hiſtorias, a Theodoreto, Palladio, & Metaphraſte, graecis*

men ex tanta beneficentia ac benignitate, parata & expoſita omnibus, qui modo probitatis aliquam praeberent ſignificatio-

eis literis traditas, Gullelmi Sirleti, Petri Pauli Gnaltevii, Nicolai Majorani, aliorumque familiorium & amicorum opera, ipſe eardinalis latine reddi ſtudnit. Aloyſio Lippomano, veronenſium epiſcopo, ſanctorum acta, ab antiquis probatiſque auctoribus ſcripta, colligere meditanti, eumdem vehementes addidiſſe ſtimulos, *in opus autem incumbenti* larga & multiplicia tribuiſſe ſubſidia, *antiſtes ipſe datis ad Marcellum epiſtolis teſtatus eſt... Cervino item morem gerens Petrus Franciſcus Zenus, veronenſis, orationes S. Joannis Damaſceni adverſus ſacrarum imaginum oppugnatores latine vulgavit... Nicolaus Majoranus... multiplicis laboris & eruditionis opus*(reliquit)*complectens* Lectiones varias & adnotationes ad biblia ſacra: *quod* Marcelli cardinalis auxilio & auctoritate *adjutum ſe*, ad communem omnium utilitatem *editurum conſtituerat, teſte Latino Latinio, toma ſecunda in epiſtola tertia ad Andream Maſium.* (Sed aliud quiddam eſt, quod de Marcello Latinius in illa ſua epiſtola ſignificat; cujus haec verba ſunt: *Quod in praeſentia ſcriberem, nibil erat, praeter id unum, quod a me proximis tuis literis poſtularas, ut Majorani ſcilicet animum ſententiamque explorarem, num certi adhuc quicquam habeat de edendis in ſacra biblia adnotationibus. ego vero & libenter hominem conveni & amice ex ipſo didici, nihil videri ſibi prius aut antiquius, quam ut primo quoque tempore labores ſui ad communem omnium utilitatem prodeant. in qua re* ſi Marcelli cardinalis auxilio & auctoritate non juvabitur, *nihilominus tamen ipſe ſuo ſumptu perfectum opus praeſtabit, neque ulla impenſa deterrebitur, quominus ſudoribus ſuis ſtudioſorum commodis conſuluiſſe pro ſua parte videatur.* Hactenus Latinius; qui certe, a Marcello adjutum ad variarum lectionum & adnotationum editionem illam Majoranum fuiſſe, non dicit)... *Effecit etiam Marcellus, ut a Gentiano Herveto, gallo, S. Joannis Chryſoſtomi commentarium in pſalmos e graeca ſermone in latinum converteretur.. Ut Euſthatii* (corr. *Euſtathii*) *archiepiſcopi theſſalonicenſis eximia in Homerum commentaria ad ſelectorum codicum fidem excuſa nitidiſſimis typis graecis vulgarentur. Benedicto Junctae, celebri illius aetatis typographo, ſexcentorum aureorum ſubſidium impertiit. deficientibus autem graecarum literarum formis, eas ſua impenſa conflari, juſſit.*

Sed quid a Pogiano quoque noſtro, e graeca in latinam linguam convertendum Marcellus curaverit, ex Pogiano ipſo in epiſtola ad card. Othonem Truchſeſium anno 1562. data (quam habes in hujus operis volumine III. pag. 24. & ſeqq.), ſane cognoſcamus: *Ille* (Marcellus) inquit, *quod acceperat a Gulielmo Sirleto, Chryſoſtomum de virginitate ſcripſiſſe librum... egit cum homine, ut id monimentum, ſicunde poſſet, erueret. quare Sirletus, is vir, cujus multiplicem exquiſitamque doctrinam admiramur, ſingulari probitati ac beneficae voluntati parem, undique conquiſitum, & aliquando Florentia Venetiiſque accerſitum opus Marcello curavit. quid multa? conſideravit ille rem; vidit, quantum eſſet in ea chriſtianae perfectionis inſtrumentum; ſtatim cum omnibus communicandum putavit: atque, ut bonum id latius pateret, ad pluresque pertineret, latinum Chryſoſtomum fieri juſſit. quod quando mihi negotium datum eſt, ut librum converterem, mea quidem ingreſſio fuit ejuſmodi, ut me ſatisfacere poſſe huic muneri magis optarem, quam ullo modo ſperarem.. Nunc, ſi ſit optandi locus; vellem, Marcellus pontifex hunc, quicunque eſt, laboris mei ex ſuo munere*

fru-

nnn nem quicquam ad cognatos aut affines, (id (*nnn*), quod his & hominibus & temporibus in illa fortuna novum & inuſitatum videtis), praeter ejus laudis & gloriae partem, redun-
ooo dabat (*ooo*).

Et, quoniam juſtitia firmamentum eſt rerum gerendarum, &, tanquam aurum lydio lapide, ſic reliquae virtutes hujuſce laudis regula comprobantur, cum ad eam normam Marcellus
ppp actiones & cogitationes dirigebat ſuas, tum in eodem (*ppp*) ſummum erat innocentiae praeſidium, improbitati certum exitium conſtitutum. quid perſequar aditus & acceſſus ad illum facilitatem? quid audiendi patientiam? quibus nimirum ornamentis ſe ad imperii ſplendorem natum ſemper oſtendit. quid vero gravioribus illis virtutibus admirabilius, abſtinentia, continentia, conſtantia quadam animi, quae nullius maledicto aut contumelia, nulla unquam aut hominum aut fortunae injuria commoveri, aut de gradu dejici potuit? quid reliqua praeſtan-
qqq tis animi & (*qqq*) ingenii bona? nonne ſunt, ut ad imitandum, ſic ad enumerandum difficillima? hunc vos, patres ampliſſimi, divinum & plane caeleſtem virum, vobis antea ſemper amandum, ſemper obſervandum propoſuiſtis: hunc proximis comitiis nil

fructum capere potuiſſet; ut, cum ad eum, qui & praeclarum opus in commune contulerat, & mihi convertendum dederat, & erat ipſe exemplum continentiae, de virginitate librum miſiſſem, propter illam tum perſonae opportunitatem, tum gratam animi mei ſignificationem, aequioribus uterer iis, qui in Chryſoſtomo vertendo majus ingenium, majus etiam judicium requirerent. Accedit eo perſpecta ſemper quidem omnibus eximia viri voluntas in ſtudia virtutis & artium optimarum, mihi vero in ſummo ejus honore multo perſpectiſſima. nam, cum, in maximo primi illius, vel potius ultimi temporis rerum hominumque concurſu, pontificem maximum ſalutatum veniſſem, memini, cum me de Chryſoſtomo eſſet hortatus, ut laborem ſuſciperem, gratulari bonis ac ſtudioſis, quibus tantum acceſſiſſe diceret ad praeſidium & ornamentum, quantum ſibi ad honorem & promerendi poteſtatem eſſet adjunctum.

(*nnn*) Omitt. cod. vat.

(*ooo*) Non in cardinalatu modo, verum etiam in ſummo ipſo pontificatu Marcellus nihil ex tanta illa ſua in omne genus hominum beneficentia ac benignitate ad conſanguineos redundare paſſus eſt. *Neminem*, inquit Panvinius, *propinquorum Romam venire voluit, ne fratrem quidem: quodque his & temporibus & moribus novum eſt, duos parvulos Alexandri fratris filios, Ricardum & Herennium, quos ipſe in urbe educabat, a nemine ſalutari, raro etiam in publicum prodire, praeterquam ad ſacra, paſſus eſt. eos vero, ſericeis veſtibus indutos, modeſtiae admonendos curavit; nec brevi eo tempore, quo pontifex fuit, illos unquam vidit. Interpellatus, an in palatium ex privatis aedibus introducendi eſſent, reſpondit „ Quid illis cum palatio? eorum forte id patrimonium ne eſſe cenſetis?* „ Quorum ſimilia paullo inferius ab ipſomet Pogiano commemorantur.

(*ppp*) *eodem* cod. vatic.

(*qqq*) *atque* id.

nil molientem, nihil denique tale cogitantem, tanto omnium veſtrum ſtudio, tanta conſenſione pontificem maximum declaraſtis (*rrr*), ut plane ſignificaretis, ſpiritus ſancti afflatu vos *rrr*
in eam rationem eſſe deductos. quod non modo comprobavit laetitiae fructus is, quem apertiſſime praeſentes tuliſtis, ſed incredibile ejus rei gaudium omnium gentium, aetatum, generum, ordinum. quinetiam, in Marcelli pont. max. renunciatione, morum diſciplina, literae, bonae artes, accepto laetiſſimo nuncio, ſeſe ad veteris dignitatis recuperandae ſpem erexerunt. unus ipſe Marcellus, cujus ex honore ſumma ad omnes laetitia pervenerat, ut (*ſſſ*) vetus nomen retinuit (*ttt*), ſic *ſſſ ttt*
eundem

(*rrr*) *Conclavi inſtituto* (nonis april. an. 1555.) *non diu patres de novo pontifice eligendo cunctati, ſed, omnium, qui cum novem & triginta in vaticanum comitium convenerant, votis ... decimo octavo vacantis ſedis die, quinto idus aprilis, anno ſalutis 1555. pontifex maximus renunciatus eſt ... Poſtridie ... in baſilica vaticana, ſine ſolemni pompa ac caeremonia, quum feſta paſchalia inſtarent, ſervato veteri nomine, ſummae ejus dignitatis, ſacra tiara a cardinali Piſano, diaconorum primo, redimitus, inſignia, me etiam prope aſtante, & cuncta accurate contemplante, accepit, magna omnium expectatione, majore ſpe. praefulgebat enim ſanctitate, moribus & doctrina, ſic ut ipſius vita omnium cenſura haberi poſſet.* Panvin.

Sed audiatur etiam cardinalis Nobilius noſter, qui iiſdem comitiis interfuit, in *Adverſariis ſuis*, quorum hanc particulam Pollidorius in Marcelli *Vita* affert pag. 107. *Ad veſperum ejus diei* V. *idus aprilis, ſub horam vigeſimam quartam, Spiritus ſanctus patrum mentibus praetulit lumina, ut eum intueri poſſent, quem Jeſus Chriſtus, Deus ac dominus noſter, eccleſiae ſuae praeeſſe vellet. nam, cum omnes cardinales, vocati a Neapolitano* (card. Jo. Petro Caraffa), *ad concilium conveniſſemus, incredibili quadam vi compulſi ad pedes Marcelli, cardinalis Sanctae Crucis, concidentes, eum pontificem maximum ſalutavimus. Quid enim dicam, divinum numen non interceſſiſſe? cum & ii, qui a Marcello vehementer abhorrebant, ſubito commutata ſententia, praecipites ad eum pontificem maximum conſalutandum ferrentur, & a multis, prae laetitia, lacrymae effunderentur, voceſque, plenae hilaritatis & gaudii mitterentur, omnes* (fort. *omneſque*) *Marcellum divinum hominem appellarunt* (fort. *appellarent*).

(*ſſſ*) *& eundem vultum &c.* cod. vat.

(*ttt*) *Peculiari erga S. Marcellum, papam & martyrem, ſuum ac Cervinae familiae patronum, religione ductus, acceptum in ſacro baptiſmate nomen in pontificatu retinuit: quod paulo ante praeſtiterat Adrianus VI. ... Aliam perinde laudabilem prioris nominis retinendi cauſſam affert Ughellius in catalogo epiſcoporum Regii Lepidi, numero 76. ſcribens: „ In dignitate ſuprema haud ſuſtinuit nomen novum ſibi imponi: quippe qui ex conſueto nomine intelligere vellet mortales, tam in pontificatu ſe moderate acturum, quam in privata fortuna ſe facilem beneficumque omnibus praebuiſſet „ ... Idem fere tradit Joannes Federicus Mayer in commentario de electione romani pontificis cap. 7. §. 2. pag. 165. „ Marcellus ſecundus, inquit, cardinalibus rogantibus ut nomen pro more recepto converteret, reſpondebat: „ Marcellus eram: ero Marcellus: nec mores mutabit nec nomen meum pontificatus „. Sed haec ſilent aequalium monumenta.* Pollidor. pag. 109.

eundem vultum animumque ſervavit : & fratris filios eodem
uuu veſtitu, eodem comitatu uti voluit, quo prius aſſueverant (*uuu*).
neque mirum : nam, qui aequiſſimam illam Chriſti vicarii perſonam ſibi impoſitam intelligebat, non jam uni Cervinae domui proſpiciendum, ſed univerſae chriſtianae familiae conſulendum judicabat; &, qui jam animo migraverat in caelum, nihil
xxx in ſuis caducum, nihil inane ferre poterat. quare (*xxx*) ad eam voluntatem, quam ſemper habuerat, ut primum facultas
yyy fuit, vehementer incubuit; atque iis orſus eſt initiis (*yyy*), ut brevi

(*uuu*) Vide ſuperiorem adnotationem *ooo*.

(*xxx*) *ſed tamen* cod. vatic.

(*yyy*) Praeclara Maccelli pontificatus initia his verbis Panvinius perſequitue: *Multa & magna ad apoſtolicae ſedis decus, pene obſcuratum, inſtaurandum meditatum fulſſe, ſertbatur ab iis, qui, quum adhuc cardinalis eſſet, mentem ejus exploratam habebant, arcanorum omnium participes ... Illud ſubinde ſaepe in ore habebat, ſanctitati eccleſiaſticae turpiſſimum eſſe, eos, qui ſacerdotiis, ad curam animarum ſpectantibus, praefecti eſſent, a ſuis gregibus paſcendis abeſſe; neque ſe eos Romae aut uſquam verſari, niſi ſacerdotiis abdicatis, boniſque paſtoribus commiſſis, permiſſurum. Decreverat item, ejectis ex aulico miniſterio cunctis indignis, ſe neminem in palatinis, niſi qui frugi & honeſtis moribus eſſet, cujuſque opera foret neceſſaria, eſſe paſſurum. luxum enim omnium malorum cauſam eſſe, & ipſum peſſimum eſſe dicebat. quare etiam profuſas ſuperiorum pontificum ſportuloe in modicam quandam pecuniarum ſummam jam vix pontificatum adeptus contraxerat. Collegium cardinalium ſupra omnia exornare conſtituerat, neque quenquam praeterea in eorum numerum, lege veteri repetita, ſine omnium conſenſu legere, quaeſitis quoque in eorum lectionibus ſummorum virorum teſtimoniis ... Ejus praecipua cura erat aes alienum eccleſiae ſolvere ... Id ut facilius faceret, ſe neque bella geſturum, neque inſanis ſubſtructionibus vacaturum, aut propinquis ſuis principatus empturum, publice profeſſus eſt ... Quum aliquando ejus menſae cochlear & alia inſtrumenta aurea appoſita eſſent, argentea ſufficere dixit: clibanum pro argenteo aereum voluit, & ex iis pecunias uſibus apoſtolicae ſedis conflari juſſit ... Viros militares ac prorſus omnem militiam a ſe abigere, & in eccleſiaſticae ditionis limitibus procul ab urbe, ad ipſos tuendos fines, conſtituere voluiſſe, fama eſt: eundemque aliquando cogitaſſe de ipſo etiam germanis corporis cuſtodibus exauctorandis, illud ſaepe repetens, multos principes ſalutari crucis ſigno potius, quam armis, adverſus hoſtes defenſos: pontificem vero maximum, qui pro Chriſto univerſam eccleſiam gubernaret, ſcutis aut gladiis indigere* (fort. *non indigere*). *unde ſatius eſſe, ipſum ab impiis & ſceleratis, ſi caſus ita eveniſſet, occidi, quam reip chriſtianae tam indecorum praebere exemplum. Religionis chriſtianae diſſidiis, & his, quae nunc vigent, haereſibus valde angebatur: & procul dubio, ſi vixiſſet, omnem operam ſuam & ſtudium in eo collocaſſet, ut, ſublato ſchiſmate, omnes ad concordiam redigeret, vel generali concilio, quod ſemper expetivit, vel alia quavis ratione. Sanctiſſimam hanc ejus mentem ego, non aliis referentibus, ſed ex familiaribus ſermonibus, inter nos habitis dum cardinalis eſſet, optime novi.* Quo etiam pertinent illa, quae Pollidorius pag. 123. prodidit: *Sanctum Ignatium Loyolam, ad ipſum ſalutan-*

brevi caeleſtis illius eccleſiae praeclaram quandam ſimilitudinem in noſtra hac eccleſia viſuri eſſemus.

Sed

lutandum profectum, arcte complexus & ſuaviter oſculatus... cum eo ambulavit, & de rep. chriſtiana componenda non pauca contulit. duos e ſocietate theologos, apud ſe futuros, petiit (cui Jacobum Laynium, & Martinum Olavium, doctorem ſorbonicum, Ignatius aſſignavit), *ſed ea modeſtia, niſi Ignatius illos alibi utiliores exiſtimaſſet. Illud etiam addidit: „ Tu milites collige, & bellatores inſtrue: nos utemur „.* Marcelli autem, etiam tum cardinalis, conſilio atque opera S. Ignatium ſaepe uſum eſſe in Dei gloria hominumque ſalute procuranda, cum alia declarant, tum ex quadam ejuſdem epiſtola, cujus autographum ampliſſimus Senenſium archiepiſcopus Alexander Cervinius apud ſe habet, exemplum autem nuper ad me vir doctiſſimus idemque humaniſſimus Franciſcus Corſettius tranſmiſit, perſpicuum eſt: quam, etſi non ſatis ad italicae linguae conſuetudinem ac regulas exactam, quippe ab homine hiſpano neque ita multos annos in Italia diveeſato ſcsiptam, tamen hoc loco exhibendam putavi.

Al R̃ma Mon. S. mio e padre in Chriſto oſſervandiſſ. il cardinal Santa ✠ &c.

R̃mo S. mio e padre in Chriſto oſſervandiſſimo. La ſomma gratia & amore eterno di Chriſto noſtro ſignore a V. S. reverendiſſ. ſalute e viſite. Alli 21. recevendo (hoc eſt *avendo ricevuto*) *una di V. S. reverendiſſ. di 16. hieri parlando con el reverendiſſimo legato* (is erat Rodolfus Pius cardinalis carpenſis, a Paullo III. Roma die 26. Febr. an. 1543. conveniendi Carolum V. caeſarem gratia profecto, urbanarum rerum adminiſter ac vicarius relictus) *ſopra il fare obſervare da medici il decreto d' Innocentio III. me diſſe. che, per più ſalidare e confirmare per lo avenire queſta obſervatione, havendo ſcritto alla Corte, finito il colloquio de la Mageſtà ceſarea con S. Santità, aſpettava bona reſolutione e riſpoſta* (Buxeti habitum eſt id colloquium, quo Paulus die 21. jul. Carolus autem poſtridie venerat; unde quatriduo poſt Caeſar in Germaniam, Pontifex Bononiam, feſtum S. Petri apoſtoli diem celebraturus, contendit) *dal reverendiſſ. Farneſe; eſſendo già S. Santità bene informata e molto laudando la opera, piacendoli la obſervatione del preſato decreto. Io vedendo la mente di V. S. reverendiſſ. a queſta ſancta opera tanto optimamente adaptata, mi è parſo dare alcuno aviſo di queſto, perchè il reverendiſſ. Legato, vedendo una lettera di V. S. reverendiſſ. e del reverendiſſ. Farneſio, dando ſede dil conſenſo di la S. Beatitudine, ponerà ſubito in eſecutione. Prego a Iddio noſtro ſignore in ogni coſa V. S. reverendiſſ. ſia guidata e governata da la ſua divina mageſtà. Di Roma. 24. di Zunio de 1543.*

Humillimo e perpetuo ſervo nel ſignor noſtro, Ignatio.

Rem, de qua in hac epiſtola agitur, apud Orlandinium lib. IV. *Hiſtor. Soc. Jeſu* num. 9. his verbis explicatam reperies: *Patres, dum interviſendis aegrotis, juvandiſque morientibus luſtrant urbem, decedentes ſine poenitentiae ſacramento, magno ſui dolore, complures aſpiciebant; quibus, cum pene animam exhalabant, tum demum ſacerdos acceſſebatur, &, cum defectio totius corporis vocem incluſerat, tum ſacramentorum praeſidia parabantur. Ignatius igitur, tot animarum periculis anxius, confeſtim ad pontificem* (Paullum III.) *re delata, ſua oratione conſilioque pervicit, ut Innocentii tertii ſalutare decretum* (Cap. *Cum infirmitas* 13. de Poenit. & Remiſſ.) *quod ipſa temporum abrogarat iniquitas, & quo ſummus ille cavebat antiſtes, ne prius aegris corporibus medicus, quam curationem animis presbyter admoveret,*

univer-

zzz Sed o fulmen (zzz)! o fragilem & caducam hominum
aaaa conditionem! nam, qui alter (*aaaa*) ei & vigeſimus dies ab aditu ad

univerſae eccleſiae bono revocaretur. Quod adeo poſtea Pius V. pontifex approbavit inſtauravitque, ut poenis acrioribus etiam caverit, ne quiſquam a medico conviſeretur aegrotus, priuſquam remitterentur a ſacerdote peccata. Vide in Bullas. Pii V. Conſtit. *Super gregem dominicum* an. 1566.

(zzz) Rei acerbae atque inexſpectatae eventum ac nuncium Cicero quoque lib. IV. ad *Atticum* epiſt. 6. *fulmen* vocavit. *Trinas*, inquit, *ante legeram, quibus melluſcule eſſe, ſcriptum erat. ecce quartae* fulmen. *ſed ille, ut ſcripſi, non miſer &c.*

(*aaaa*) Poſitum pro *ſecundus*. Cic. lib. XII. epiſt. 25. ad Cornificium: *Liberalibus litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius altero vigeſimo die, ut dicebat, reddidit*. In quem locum Paullus Manutius, *Die*, inquit, *viceſimo ſecundo. nam alter ſecundum obtinet locum: quod ex antiquo lapide intelligitur, in Caſinati reperto, in ruinis villae:*

MEMORIAE
SEX. VIGELII. AQVINAT. QVI
ANN. ATTIGIT. CENTENS.
SET. ALTERVM. ET. NONAGENS.
PERPET. INOFFENSA. VALETVD.
EXEGIT. RELIQVOS. SEPTEM. ET. D.
XLIX. DECVBVIT. ET. OCCVBVIT
NAT. LVD. SAECVL. VIII. OBIIT
SEQVENT.

Et Tacitus in Dialogo de oratoribus tres aetates adoleſcentium oratorum deſignat his verbis: „ Nonodecimo aetatis anno L. Craſſus C. Carbonem, uno & XX. Caeſar Dolabellam, altero & XX. Aſinius Pollio Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus inſecuti ſunt, quas hodieque cum admiratione legimus „. In illo quoque Virgilii Bucol. ecl. 8. v. 39. *Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*, poſitum eſt *alter* pro *ſecundo*; neque tamen ſumma tredecim annorum (quod quidam putant) ſed duodecim dumtaxat, conficitur. ita enim *alter* de annis de reliquiſque rebus dicitur, ut ad *unum*, qui proxime ſive praeceſſit, ſive praeceſſiſſe intelligendus eſt, referatur, cumque eo duo conſtituat: ex quo illa ſunt, Ciceronis pro *Cluent.* c. 38. *Cum is unum jam & alterum diem deſideraretur*: & c. 72. *Unus & alter dies intercesſerat*: Virgilii *Aeneid.* lib. 3. v. 356. *Jamque dies alterque dies proceſſit*: Ovidii *Triſt.* l. 1. el. 3. v. 16. *Qui modo de multis unus & alter erant*: & aliorum veterum Latinorum alia ſexcenta. in *undecimo* autem ineſt certe *unus*: eſt enim *undecimus* quaſi *unuſdecimus*, ſive *unus*, aut *primus*, & *decimus*; cui *uni*, aut *primo*, ſi *alter*, ſive *ſecundus*, acceſſerit, non *tertiuſdecimus*, ſed *duodecimus* exſiſtet. Carolus Sigonius in eo libello, quem contra Franciſcum Robortellium *de convenientia ſupputationis* ſcripſit, quique in tomo VI. ejuſdem Sigonii operum edit. Mediolan. an. 1737. primo loco recenſetur, fatetur quidem, annum *alterum ab undecimo*, non niſi *duodecimum* apud Virgilium ſignificare: idem tamen, quod ſane mireris, eo ipſo poetae loco, itemque illo (Bucol. ecl. 5. v. 48.) *Tu nunc eris alter ab illo*, abuſus, ita ratiocinatus: „ *Quia alter dicitur de duobus, ergo* alter a trecenteſimo *eſt* trecenteſimus primus. *ut enim Virgilius dixit* Tu nunc eris alter ab illo, *id eſt* ſecundus, *non* tertius, *& annum* alterum ab undecimo *pro* duodecimo ... *ſic* trecenteſimus alter *eſt* trecenteſimus primus „. Licebit igitur, Sigoni, iſta ratione dicamus, *ſecundum a trecenteſimo*, ſive *trecenteſimum ſecundum*, eſſe *primum a trecenteſimo*, ſive *trecenteſimum primum*. nam certe *ſecundus* item *de duobus*, quemadmodum *alter*, dicitur. Verum ita ſe res habet, ut *alter*, itemque *ſecundus*, ita de duobus dicatur,

tu ad pontificatum fuit, is & communem omnium ſpem, &
Vol.I. R ejus

tur, ut *unum*, ſive *primum*, proxime praeceſſiſſe, neceſſe ſit. in annorum autem, reliquarumque rerum, quas numerando percurrimus, ſeriebus, ubi ab *uno* ſive *primo* exorſi ad *decem* ſive *decimum* pervenerimus, curſus ad *unum* ſive *primum* novae, hoc eſt ſecundae, decadis redimus: quod idem in tertia reliquiſque decadibus facimus. itaque annus *trecenteſimus*, qui triceſimae decadis decimus ac poſtremus eſt, a conſequentis decadis quadrageſimae *primo* excipitur, iſque ſolus, qui hunc ipſum primum conſequitur, *ſecundus* ſive *alter* ab eo eſt. non igitur *alter a trecenteſimo*, ſive *trecenteſimus alter*, eſt, quod Sigonius volebat, *trecenteſimus primus*. Virgilii illi ipſi, quos affert, loci rem ipſam magis perſpicuam faciunt.

Non calamis ſolum exſuperas, ſed voce magiſtrum.

Fortunate puer! jam nunc eris alter ab illo:

Ita *alterum ab illo* (hoc eſt *a magiſtro*) in cantorum numero poëta puerum dicit, quemadmodum Livius lib. I. *ſecundum ab Romulo* in regum romanorum ſerie Numam dixit. nempe *unum* ſive *primum* uterque reſpiciens, eum, qui proxime conſequebatur, *alterum* Virgilius, *ſecundum* Livius appellavit.

Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus:

Dixi jam ſupra, in undecimo ineſſe *unum*, ſive ſecundae decadis *primum*. quid igitur mirum eſt, ſi *alter*, qui ejuſmodi *uni* ſive *primo* ſupervenit, *duodecimum* efficit?

Sed in Horatii Turſellini opere *de particulis latinae orationis a B. Jacobo Thomaſio olim recognito, tum ab Jo. Conrado Schwartz locupletato & perpolito*, Pataviique anno 1715. edito, ſcriptum ita video: *Alter pro primus, cum jungitur ordinaribus* (corr. *ordinalibus*) *nominibus*. *Cic.* XII. *ep.* 25. „*Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & viceſimo die, ut dicebat, reddidit*„: *id eſt, vigeſimo primo. Ubi tamen quidam malunt interpretari vigeſimum ſecundum, quemadmodum & illud Virgilii Eclog.* 8. „*Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*„ *de decimo tertio. Sed reſpondere poſſis ex ſententia Sigonii I. Emend.* 16. *ſi a vigeſimo incipiamus, tum eum, qui proxime ſequitur, alterum eſſe: ſequitur autem vigeſimus primus*. Rem quidem ipſam ſatis ſuperiori oratione refutatam exiſtimo. nunc breviter reſponſionem, quae eſſe dicitur *ex ſententia Sigonii*, refutabo. *Si a vigeſimo*, inquit, *incipiamus, is, qui proxime ſequitur*, alter *eſt*. Quid tu mihi, rem, de qua inter nos controverſia eſt, tamquam certam atque conceſſam ſumis? negavi ego, *alterum* de *primo* in numerando dici: & certe de *ſecundo* dici, multis iiſque perſpicuis exemplis oſtendi. tu eum, qui vigeſimum proxime ſequitur, eſſe *alterum* affirmas. nego iterum, eum, qui vigeſimum proxime ſequitur, eſſe *alterum*: eſt enim tertiae decadis *primus*; *alter* autem is eſt, qui proxime hunc ipſum *primum* ſequitur, *ſecundus* nempe & *vigeſimus*. vides igitur, nihil ad me refellendum aut ad rei demonſtrationem a te eſſe allatum. Quod ſi ſatis eſt a *vigeſimo* incipere, ut is, qui *vigeſimum* proxime ſequitur, *alter* dicatur, nullus non numerus *alter* dici poterit, quum nullus ſit, a quo incipere iſta tua ratione non poſſimus, quique, ſi *primum* exceperis, non alium proxime praecedentem ſequatur. dicatur igitur *alter* non modo ſecundus, qui primum proxime ſequitur, ſed etiam tertius, qui ſecundum, quartus, quintus, reliquique omnes, qui proxime praecedentes deinceps ſequuntur. quod ſane riſu potius excipiendum eſt, quam oratione refutandum.

Digitized by Google

bbbb ejus ſaluberrima conſilia repentina (*bbbb*) morte pervertit. ſol
cccc mihi propemodum e mundo viſus (*cccc*) excidere, & ſempiterna nox rebus offundi. tantam ne probitatem, doctrinam, prudentiam, ſapientiam tam improviſo, atque inopinato caſu concidiſſe? quantum ſpei, virtutis & bonarum artium ſtudioſi, in Marcelli morte amiſiſtis? quantum in eo detrimenti feciſtis? idcirco ne tot literati viri, tot optimorum ſtudiorum principes,
dddd relicta patria (*dddd*), conjugibus, liberis, laetitia exultantes ſeſe ad Marcelli pont. max. nomen effuderunt, ut ſuo ad urbem adventu, vix, quid ſperarent, aut ne vix quidem diſpicerent? o ſummam naturae rerum, temporis momento, commutationem! o miſeram & infelicem hanc urbem, abjectas & afflictas
eeee provincias, quae Marcelli obitu non jam (*eeee*) patronum aut propugnatorem acerrimum, ſed tutorem fideliſſimum, atque adeo parentem optimum & amantiſſimum requirant! o funeſtam

(*bbbb*) Omitt. cod. vat.

(*cccc*) *viſus eſt* id.

(*dddd*) Inter caeteros litterarum gloria praeſtantes viros, qui Romam, Marcelli pontificatus cauſa, confluxerant, fuiſſe Petrum Victorium, ex ipſo diſcimus in epiſtola decima lib. III. ad Robertum Nobilium card. *In comitiis*, inquit, *illis praeclaris, quae laetitia omnes extulerunt, quibuſque creatus eſt pontifex maximus is, quem omnium preces votaque exoptabant, egregie te geſſiſti ... Eo autem ipſo tempore iſtuc ego adveneram, excitus domo ſpe quadam non dubia videndi ejus, quod ſane brevi factum eſt. utinam diuturnior ejus gaudii fructus fuiſſet! neſcio enim quomodo, divinitus certe, mihi promiſeram fore, ut cito in altiſſimo gradu honoris collocatum Marcellum Cervinum viderem. quem multum obſervaram, quem ſemper, ob praeſtantes animi ipſius dotes atque illuſtria facta, tamquam Deum colueram. Vidi autem tunc primum te, tolemque inveni, qualem mihi ſermo multorum & tacitus quidam animi ſenſus ſaepe praedicaverat, id eſt egregium adoleſcentem, & ſcientia optimarum artium valde expolitum ... Videbam igitur, me, ſi diutius iſtic manſiſſem, ex humanitate tua tantaque tua morum ſuavitate non mediocres voluptates eſſe capturum; conatuſque fuiſſem, ſi opera ſedulitateque mea opis aliquid tuis ſtudiis adferre potuiſſem, libenter id ſtudioſeque facere. Sed invidit his meis cogitationibus iniquiſſimum fatum acerbaque mors Marcelli pontificis, qui me, ut ſcis, complexus jam erat, participemque aliquarum ſuarum curarum eſſe voluerat. illa autem gravis plaga, ut me confecit, ita animos bonorum omnium valde perturbavit. ego enim ſubito deſperatis rebus, intelligenſque, mihi ereptum eſſe praeſidium illud, quo maxime confidebam, Roma diſceſſi, domumque redire, rurſuſque me in otium litterarum abdere deliberavi ... In itinere autem (nam plures dies conſumpſi in agro Piceno peragrando) magna cum mea voluptate audivi, laudem tuam renovatam. ut enim ex ſuperioribus illis comitiis judicio omnium probatus exiſti, ita ex iis, quae conſecuta ſunt, plurimum commendationis gloriaeque domum retuliſti. quae res effecit, ut ſapientiſſimus pontifex Paulus* IIII. *& ipſe, magna in re cognita virtute tua, delectatuſque modeſtia iſta incredibili, te in oculis ferat, atque undique faveat dignitati tuae.*

(*eeee*) *tantum* cod. vatic.

ſtam & plane miſerabilem Marcelli pont. max. familiam, quae,
unde ſummas opes, honores, laetitiae fructum caeteri conſe-
quuntur, inde inopiam, ſolitudinem, luctumque percepiſti!
quanquam, ut vere dicam, in eadem re graviſſima vos plaga
perculit (*ffff*), patres, ampliſſimi: ſiquidem, quod vobis (*gggg*) *ffff*
in primis glorioſum fuerat, id repente ereptum eſt. quae enim *gggg*
unquam pontificia ſuffragia ſummis, mediocribus, infimis ju-
cundiora? quae comitia ad laudem & gloriam fuerunt illuſtrio-
ra? jure igitur, ut lacrymas in Marcelli pontificis max. re-
nunciatione prae laetitia profudiſtis, ſic nunc in ejuſdem mor-
te prae maerore fletum continere non poteſtis. Utinam, Mar-
celle ſanctiſſime, in priore illo & honore & fortuna potius vi-
veres, quam ex altiſſimo dignitatis gradu in tanto omnium ge-
mitu ſubito (*hhhh*) caſu dejectus jaceres. *hhhh*

Sed quid ago? aut in quem me errorem provehit dolor?
an non intelligo quid chriſtiana veritas ac pietas requirant?
quid huic loco, quid conſeſſui veſtro conveniat? quid poſtulet
a me beatiſſima de caelo anima? „ Nihil eſt (inquit) quod
lacrymas commovere ſtudeas: mecum praeclare actum eſt:
meis, ſi modo & (*iiii*) me ipſum intueri, &, quae iis prae- *iiii*
ſcripta eſt a me vivendi ratio, eam tenere voluerint, nunquam
deerit divina benignitas. quod vero unum mihi maximae curae
eſt, a patribus ampliſſimis atque adeo fratribus meis peto, ut
eam adhibeant in pontifice deligendo celeritatem (*kkkk*) & pru- *kkkk*
dentiam, quam & muneris omnium in terris optimi & maxi-
mi, & temporis difficillima ratio poſtulat. illum autem, quem
pontificem max. divino conſilio renunciarint, oro atque obſe-
cro, ut, cum nihil antiquius eccleſiae dignitate, nihil potius
Chriſti diſciplina habuerit, illos ipſos, qui meum diſceſſum ex
iſta vita maxime doluerunt, meos, meos (*llll*), inquam, non *llll*
cognatione aut (*mmmm*) affinitate, ſed animo, ſtudiis (*nnnn*), *mmmm*
& voluntate meos, ſuos ducat, illis faveat, illis opituletur „. *nnnn*
Atque haec non jam flens aut perturbatus, ut ego nunc, ſed
eádem illa mentis & orationis tranquillitate loquitur, qua-

R 2 ſemper

(*ffff*) *percuſſit* id.

(*gggg*) *nobis* edit.rom. Emendavi ex cod. vatic.

(*hhhh*) *ſubita morte dejectus &c.* cod. vat.

(*iiii*) Omitt. id.

(*kkkk*) Adhibita ſane celeritas fuit in Marcelli ſucceſſore deligendo. ingreſſi enim conclave vaticanum die 15. maji quattuor & quadraginta cardinales, Paullum IV. die 23. ejuſdem menſis pontificem max. renunciarunt.

(*llll*) Hoc alterum *meos* addidi ex ingenio. abeſt autem tum ab edit.rom. tum a cod. vat.

(*mmmm*) Voces *aut affinitate* omittit cod. vat.

(*nnnn*) *ſtudio* id.

oooo ſemper (*oooo*) antea dicentem audiviſtis. Quamobrem, patres,
pppp non dubito, quin (*pppp*), ut Marcelli pontificis max. precibus obſequamini, qui non mortuus (neque enim moriuntur, qui ex Dei voluntate vixerunt), ſed animo vivens & praeſens id a
qqqq vobis vehementer expetit, quod & (*qqqq*) veſtra, & chriſtianae reipublicae maxime intereſt, eum pontificem maximum
rrrr deligatis, qui in triſtiſſimo omnium Marcelli deſiderio, ejuſdem
ſſſſ nobis (*rrrr*) animum & vitam repraeſentet. Dixi (*ſſſſ*).

(*oooo*) *ſaepius eum dicentem &c.* idem.

(*pppp*) *fore quin* id. & editio. Emendavi. Vide vol. II. pag. 272.

(*qqqq*) *a veſtrae & chriſtianae &c.* cod. vet.

(*rrrr*) *vobis* id.

(*ſſſſ*) Omitt. id.

XCV.

Jul. Pogianus Ranutio Farneſio S. R. E. Cardinali Sancti Angeli. (*a*)

a CUM omnis principatus (quod tu minime ignoras, Ranuti ampliſſime) ad Dei arbitrium dari ſolet, tum vero maxime ad ſummum pontificatum homines ejuſdem numine deliguntur. illum autem in terris altiſſimum dignitatis gradum qui conſequuntur, quanquam divina poteſtas aeque omnibus
b impartitur (*b*), non tamen omnium gerendae reip. eandem videas eſſe rationem. aliis enim publica ſalute & utilitate nihil antiquius eſt; alii, ad communem peſtem & perniciem incumbentes, curas in eo ſuas cogitationeſque defigunt. magnum vero ſignum nimis offenſae atque abalienatae divinae voluntatis; certiſſimum argumentum, non jam humano more homines, non uſitato modo peccare, cum ab illis acerbitates perferunt, quibus, tanquam parentibus communibus, & clementibus & indulgentibus uti debere videantur. in his procellis & tempeſtatibus diu nimirum verſata ſunt ſuperiora tempora:
c multaque, non modo maxima vectorum (*c*) culpa, ſed ſummo guber-

(*a*) Ranutius Farneſius, Petri Aloyſii filius, Paulli III. nepos, natus die 11. aug. an. 1530. creatus cardinalis ab avo die 16. dec. an. 1545. & titulo S. Angeli in foro Piſcium inſignitus. Vide Ciacconium.

(*b*) Patiendi ſignificatione accipiendum hoc verbum eſt, pro *tribuitur*. Cic. III. in Catil. c. 14. *Primum mihi gratiae aguntur, deinde praetores laudantur, atque etiam viro forti, collegae meo, laus impartitur* (al. *impertitur*).

(*c*) Haec item vox *vectores* in eadem patiendi ſignificatione accipitur, pro *ii, qui vehuntur*. Cic. Philipp. VII. c. 28. *Summi guberuatores in magnis tempeſtatibus a vectoribus admoneri ſolent*.

gubernatorum vitio, facta naufragia (*d*). bene vero aliquando, quod noſtrae conditionis miſertus ſuam Deus animadverſionem unius viri pietati & religioni condonavit. is enim fuit, ſuperioris memoriae facile princeps, Ranuti ornatiſſime, avus tuus Paulus pontifex max. quem gubernandi ſcientiſſimum divina bonitas in ſacroſancta puppe collocavit, ut, vel ſcopuloſo mari ac ſumma hyeme, bene aliquando veheremur. etenim quis, illo pontifice maximo, ſecuritatem aut otium reip. deſideravit? quis copiam atque affluentiam rerum requiſivit? neque vero ſolum effecit is, ut memorabiles illos quindecim annos beata eſſet Italia, reliquae florerent reip. partes, ſed eandem felicitatem, quantum in ſe fuit, ad multa ſaecula propagavit: tot enim viros, ſui ſimillimos, cooptavit in ampliſſimum veſtrum ordinem, ut praeſidia publicae tranquillitatis in diuturnum tempus proviſa eſſe videantur. nam inde habuimus Marcellum illum pont. max. cui quando ab eodem illo fonte & capite Paulo (*e*), tua quidem in primis opera, ſucceſſit is (*f*), quo nunc fruimur caeleſtis benignitatis vicario & miniſtro, cum Marcello praeclare, nobiſcum non incommode actum videtur. ab illo denique ſenatus illuſtratus eſt iis & domeſticis & externis lumini-

(*d*) Polo, ſignificari Leonis X. & Clementis VII. qui Paullum III. proxime anteceſſit, pontificatuum tempora. ſub Leone Germania, ſub Clemente Anglia ab romana fide defecerat.

(*e*) Paullum III. intellige.

(*f*) Paullus IV. ſignificatur, qui die 23. maj. hujus anni 1555. pontifex maximus creatus fuerat, non quidem cardinalis Ranutii *in primis* (id quod Pogianus ait), ſed Alexandri, fratris ejus majoris, *opera*. eſt apud me anonymi, qui creationi illi interfuit, ms. commentarius, ex quo, res quemadmodum, per quemque acta ſit, plane cognoſcitur. *Eſſendo*, inquit, *detto a Farneſe* (card. Aleſſandro), *che già Puteo era fatto papa, & tutto ſoſpeſo voltandoſi per andare in cappella, dove, gli era ſtato detto, ch'erano i franceſi* (cardinali), *ſi ſcontrò in Perugia* (card. della Cornia), *il quale perchè ſi maneggiava animoſamente, & Farneſe era avvezzo per l'addietro a dare leggi nel conclave, & non riceverle, come lo vide ſi ſentì commuovere ſtraordinariamente, di maniera che, entrando con queſta alteratione nella cappella Paolina, & trovando quivi cardinali franceſi ſconſolati, gli ſopragiunſe allo ſdegno una compaſſione di loro così fatta, che dimenticandoſi di quello che haveva detto a Santa Fiora* (card. Sforza) *& a Trento* (card. Madrucci) *& che il fratello* (card. Ranuzio Farneſe) *haveva liberamente promeſſo, diede loro animo a credere, che ſi poteſſe impedire l'elettione di Puteo con fare alcuna diverſione in alcuno de' medeſimi imperiali . . . Propoſe il cardinale di Chieti* (Giampietro Caraffa) *non perchè nè prudenza nè ragione voleſſe che doveſſe proporlo, ma perchè ſi vedeſſero i miracoli del conclave, & come è Dio veramente quello, che fa il papa . . . Et così il cardinal di Chieti fu fatto papa: il quale, per rendere il primo frutto della gratitudine a Farneſe, ſi fece chiamare Paolo quarto.*

g miuibus (*g*), quorum ſplendor toti ſuo tempore lucebit eccleſiae. ſed, ut ad eum redeam, cujus cauſa haec & inſtituta, &
h fortaſſe etiam nimis alte repetita oratio eſt, ego, proxima (*h*) Marcelli pont. max. laudatione, cum intelligerem, te neque ab illo ſejungendum eſſe, quicum tibi curae & actiones rerum maximarum conjunctae fuiſſent, neque praeſentem, perinde ut res poſtulabat, laudandum, ne offenderem pudorem tuum,
i parcius omnino de utroque dixi (*i*). quare, etſi eam concio-
k nem tibi deberi (*k*) non poſſe animadverteram, tamen, quod, quae dicendo vel acutiſſimorum hominum ſenſus fere praetervolant, ea ſi judicio tuo ſubjicerem, qui propter acumen occultiſſima perſpicis, veritus ſum, ne, cujus auribus antea for-
l taſſe fui moleſtior, ejus nunc oculis abuti velle exiſtimarer (*l*); cumque

(*g*) Eos ſignificat praeſtantes ac ſingulares viros, quos Paullus III. tom ex itala tum ex aliis nationibus delectos, S.R.E. cardinales in ſuo quindecim annorum pontificatu deinceps renunciarat: de quo illa vere ſunt a Pogiano in Marcelli laudatione ſuperius pag. 109. commemorata: *Habuit omnino hoc Paulus, praeter caetera virtutum ornamenta, praecipuum & proprium bonum, ut non magis honoribus viros, quam honores viris honeſtaret. neque vero, ad rem exemplis comprobandam, quemquam alium nominabo; praeſertim cum & haec cauſa, uno contenta Marcello, requirat praeterea neminem, & unicuique, in ampliſſimum iſtum conſeſſum aequo animo intuenti, facile Paulus ſeminarium optimorum pontificum in veſtrum ordinem intuliſſe videatur.*

(*h*) Orationem in Marcelli funere Pogianus habuerat die 14. maj. 1555.

(*i*) Non video qui orationis illius locus ſignificari heic a Pogiano poſſit, niſi illum pag. 106. *Ac primum ad Caeſarem in Hiſpaniam conſolandi gratia cum* ampliſſimo adoleſcente *a pontifice* (Paullo III.) *miſſus* (Marcellus) *ſic inde diſceſſit, ut Caeſari, in domeſtica conjugis luctu, ſuae & prudentiae & eloquentiae jucundum relinqueret deſiderium. Poſt* ornatiſſimo juveni, *ad Caeſarem & ad Galliae regem maximis de rebus proficiſcenti, iterum adminiſter datus, tantam navavit operam, quantam in ſummo pontificis ſtudio difficillima negotiorum & temporum ratio poſtulabat.* Verum, *ampliſſimum* illum *adoleſcentem*, & *ornatiſſimum juvenem*, non Ranutium hunc, ſed Alexandrum fratrem fuiſſe, nulla non illius temporis hiſtoria teſtatur. itaque aut in oratione illa per errorem de Ranutio Pogianus cogitavit, aut non ad Ranutium, ſed ad Alexandrum, data eſt haec epiſtola: quod verius puto. Certe vetus exemplaris mei inſcriptio haec erat *Alexandro cardinali Farneſio*; &, ubi nunc in ipſa epiſtola *Ranuti* legitur, *Farneſi* legebatur. Gratianus ſua manu novam illam, quam exhibui, inſcriptionem, priore deleta, ſubſtituit, & ex *Farneſi* fecit *Ranuti*. quorum ego utrumque quum non ſine ratione ab eo, qui eadem aetate vivebat, factum judicarem, non auſus ſum tantae anctoritatis correctorem corrigere.

(*k*) Fort. *diutius deberi*. Cicero *Topic.* cap. 4. *Non potui igitur tibi ſaepius hoc roganti .... debere diutius.* Et lib. III. *de orat.* cap. 18. *An me tam impudentem eſſe exiſtimatis, ut vobis hoc praeſertim munus putem diutius poſſe debere?*

(*l*) *exiſtimarer. Itaque cum mihi &c.* exempl. Qui diligenter hunc locum, qualis eſt in exemplari, conſiderarit, intel-

eumque mihi praeterea eſſem conſcius, me in hac ingenii tarditate, cum propter dolorem, quem partim ex communi jactura, partim ex privato incommodo meo ceperam, tum propter anguſtias temporis, quae quanto ad hanc facultatem impedimento ſint, intelligis, haudquaquam ſatis illi tum muneri feciſſe, diſtuli, & procraſtinavi rem; quam ne nunc quidem per me unquam explicaſſem. ſed, cum gravi periculoſoque morbo levatus aliquando ancipitem illam curam ad ampliſſimum hunc cardinalem (m), apud quem ſum, retuliſſem, is mihi omnem dubitationem facile ſuſtulit. nam etiam tibi pro tua ſingulari prudentia, pari humanitate conjuncta, concionem pro tempore non improbatum iri affirmavit, & hanc animi mei ſignificationem non injucundam futuram. habebis igitur hoc a me ſi minus elaboratum orationis, certe mirificum amoris & obſervantiae munus; &, ut prudentiam & eloquentiam meam deſideres, benevolentiae & pietatis officium erga te nunquam deſiderabis. quod ſi quid ex hac mea, quantulacunque fuit, induſtria profectum eſt, quod aut merito tuo, aut meo in te officio aliqua ex parte reſpondeat, ſcito, nihil mihi hoc neque ad voluptatem jucundius, neque ad laudem optabilius accidere potuiſſe. ſin vero (quod omnino fatendum eſt) ingenium minime fuit aut rei aut cupiditati par, eo tamen plus me tibi debere gaudebo, quo tua benignitas & humanitas, praeclara hac, ut ſpero, voluntate contenta, fuerit excelſior.

intelliget, vel ita, ut nos correximus, vel certe alia aliqua ſimili ratione corrigendum fuiſſe.

(m) Hieronymum Dandinium Caeſenatem, ab Julio III. die 20. dec. 1551. cardinalem creatum; de quo, deque Pogiani apud eum contubernio plura alibi dicemus.

XCVI.

Hieronymus Card. Dandinus Ricciardo & Herennio Cervinis. (a)

TAntum eſt apud optimum quenque ponderis in Marcelli pontificis max. memoria, ut plus commendationis ad gratiam nemini unquam a patre relictum eſſe, quam vobis a patruo

(a) Alexandri Cervinii, Marcelli II. fratris, filiis, quos ipſius Marcelli commendatione Guilhelmus Sirletus inſtituendos ſuſceperat. Latinus Latinius ad Andream Maſium die 21. maji (cujus ipſius menſis Kalendis Marcellus obierat) an. 1555. ſcribens, *Sirletum tuum*, inquit, *ſi quo conſolatione ſubleva-*

truo veſtro comparatum exiſtimem. vobis enim vir ille praeſtantiſſimus ſuis ſingularibus ornamentis bonorum ſtudium & amorem conciliavit: quo majores facultates aut firmiores opes requirere non debetis; ſiquidem eſt illud patrimonium omnium ampliſſimum, nulli nec hominum injuriae nec temporum iniquitati propoſitum. quos tamen idem ille ſuarum laudum heredes

levabit, facies, mihi crede, rem amiciſſimi hominis officio conſentaneam, & tuae humanitatis propriam. eum ego poſt Marcelli mortem nunquam vidi, qui tamen reliquos omnes veteres pontificis clientes familiareſque frequenter adii, conſolatuſque ſum, quaque potui opera & conſilio juvi. ille vero, cum adoleſcentibus Alexandri Cervini filiis abditus, nondum, opinor, lucem aſpicere ſuſtinet: tametſi, qui fortiore animo eam jacturam tulerit, quam Sirletus, puto eſſe neminem. Afferam quoque ipſius Alexandri ad eumdem Sirletum litteras, de iiſdem adoleſcentibus agentes, ex codice vaticano 6189. pag 278. depromtas.

Al molto Magnifico, come maggior fratello honorando, Meſſer Guglielmo Sirleto. In Roma.

Molto Magnifico Meſſer Guglielmo, come maggior fratello honorando. Ho ricevuto la lettera del cardinal Saraeini gratiſſima al possibile. crederei, che fuſſe da viſitarlo ſpeſſo, & operare (fort. *adoperare*) *ſua ſignoria reverendiſs. in queſto coſa del Breve: poichè nel parlar agli altri ei ſi mette tanto tempo e fatiga. pure di tutto mi rimetto a V. S. Dipoi è comparſa la ſua lettera delli* XI. *& quanto al fatto di Meſſer Gio:Vincentio, io gli ho ſcritto ſempre modeſtiſſimamente, & circa alla proviſione ne ragionaremo a bocca; piacendo a Dio. Io ho già dato ordine, per più accarezzarlo, che gli ſieno pagati in Perugia 15. ſcudi, tanto che ſerà ſtato pagato per cinque meſi, primo che habbia finito di ſervir' uno o poco più. Circa alle lettioni io mi ſò ſempre rimeſſo in V.S. & in lui; & alli figliuoli ho ſcritto, che lo honorino & lo facino honorare a tutti di caſa: & da me non reſtarà, ch' egli non habbia ogni ſatisfattione; perch'io penſo che lo meriti, per haver' molte belle qualità, & ringratio V. S. della diligentia & fatiga durata. Mi piace, che Andronico ſia arrivato a ſalvamento; il quale non mancarò raccomandarlo a V. S. ancorchè ſò, che non biſogna: & mi piace habbia ſcritto alli figliuoli. non mancarò ancor' io di comandarli, che eſeguiſchino li ſuoi precetti; perchè hanno d'havere più obligo & riverentia a V.S. che a me.*

Io aſpetto Bandino, per informarmi a bocca dello ſtato di quei figliuoli: di poi mi riſolverò al venire in quel miglior modo, che Dio mi ſpirarà. Deſiderarei, che V. S. non fuſſe partita di caſa: del che la prego, quando ſi poſſa far ſenza ſuo perdita; perchè diſcorriremo molte coſe, ſiccome altre volte gli ho detto. le chiavi de' libri ſi le ha V.S. tenghile, ancorch'io habbi ſcritto a meſſer Niccolò, che le mandi: & in tanto harà la certezza della mia venuta. Mi piace infinitamente, che V.S. ſe ſia ritrovata inſieme col Torres dal Cardinal' San Jacomo, & che habbia havuta qualche riſpoſta di quel, che vol' fare circa alla penſione. Deſidero anco, che V.S. me ne ſcriva preſto, acciochè per il cardinal d'Auguſta, che trà pochi dì paſſarà di quì, poſſa far intender' al cardinal' di Trento quel che il cardinal San Jacomo ha riſpoſto. Il che ſia per fine di queſta, con raccomandarmi & offerirmi a V.S. infinite volte. Da Monte Fano li 24. di Gennaro 1556.

Di V.S. come minor fratello

Aleſſandro Cervini.

Digitized by Google

redes eſſe voluit ea lege, ſi, quam ipſe in paranda hereditate rationem (*b*) eſt ſecutus, eam vos in tuenda teneretis. ad id *b* vobis non ab eo exempla virtutum, non per eum doctrinae adjumenta (*c*) defuerunt. quam quoniam vitae & literarum *c* praeclaram diſciplinam & diligenter coluiſtis, Marcello vivo, ut ejus animi ingeniique praeſtantia in veſtra etiam inſtitutione eluceret, & poſtea retinuiſtis, ut omnino dignos illo vos praeberetis, ei propterea, qui debebatur amor, vobis jure optimo redditur. in iis, qui veſtra cauſa cupiunt, ego eum me eſſe profiteor, qui, cum Marcelli omnes honorum gradus, praecipuis quibuſdam ejus laudibus illuſtratos (cum me praeſertim ab eo amari intelligerem), praecipuis benevolentiae & obſervantiae quaſi gradibus ſemper proſecutus fuerim, vobis, fratris ejus filiis, unice faveam. qui quod etiam ad me ſcribitis de ratione ſtudiorum veſtrorum, tarditatemque literarum excuſatis, in altero pudorem veſtrum agnoſco, ex altero vero maximam capio voluptatem: utriuſque certe probo non vulgare epiſtolarum genus. quare pergite, ut facitis, optimi adoleſcentes, tenere iſtud inſtitutum, & imitari illum ipſum, cujus nominis & virtutis gloria ad vos maxime redundat: referte vero ad Deum omnia, Marcelli exemplo; voſque, ita & ſtudentes & viventes, cum aliis multis, tum mihi in primis & charos & curae eſſe, confidite (*d*). *d*

(*b*) Hanc vocem *rationem*, quae aberat ab exempl. addidi ex ingenio, tamquam neceſſariam.

(*c*) Sirleti potiſſimum inſtitutio ſignificatur; de qua in ſuperiore adnotatione.

(*d*) Unde & quo tempore non modo haec epiſtola, verum etiam ex iis, quae deinceps ſequentur, pleraeque datae ſint, certo ſtatuere ac definire non poſſum. neque vero in re, plus operae atque moleſtiae, quam utilitatis habitura, & fortaſſe etiam minime ſucceſſura, mihi duco eſſe laborandum. unum modo omnia diligenter conſiderans deprehendere mihi viſus ſum, eas, ſi paucas aliquot exceperis, pontifice Paullo IV. (qui a die 23. maj. an.1555. ad diem 19.aug.an.1559.pontificatum geſſit) ſcriptas eſſe. quo quidem omni tempore Pogianus, a card. Hieronymo Dandinio in contubernium adſcitus, partim Romae fuit, partim Imolae (cujus urbis epiſcopus Dandinius erat), partim Caeſenae (quam patriam idem Dandinius habuit), partim Bononiae, atque etiam alibi: id quod ex aliquot, quae ſequentur, epiſtolis intelligetur.

XCVII.

Hieronymus Card. Dandinus N. N. (a)

AMO quidem amorem & ſtudium tuum erga me, teque, optimae ſpei adoleſcentem, iſti etiam humanitati deditum eſſe, & ad laudem & ad gratiam tuam pertinere judico. ſed tamen, cum ſalutationum aſſiduitatem non mea ambitione, ſed amicorum utilitate definiam, equidem, quod ad me attinet, minima iſtius obſervantiae ſignificatione vel ab omnibus contentus eſſe poſſum. itaque, cum tu honoris mei cauſa iſtic ad me fueris (b), mihique ſtudii & benevolentiae officium cumulate praeſtiteris, eſt omnino ſupervacanea tua haec & purgatio literarum & querela de Julio (c) noſtro. quamobrem cave exiſtimes, te ejuſmodi ſedulitatis praetermiſſione quicquam aut inhumaniter aut negligenter feciſſe. ſatis enim nobis officii tui ratio conſtat, ſemperque conſtiterit, ſi & vitae, ut facis, & ſtudiorum tuorum conſtantiae ſervieris. cujus mihi rei cum & multorum ſermo, & epiſtola tua, & Julius ipſe firmum (d) dederit teſtimonium, non modo ullum unquam praeconium a me tibi defuerit, ſed ne opera aut ſtudium quidem meum. quae cum moribus ac diſciplinae tuae libenter daturi ſumus, tum amori & obſervantiae erga nos jure etiam dabimus. Vale, & patri tuo, pro ſingulari ejus in me animo, de mea quoque voluntate prolixe pollicere. xɪɪɪ. Kal. martii.

XCVIII.

(a) Nomen ejus, ad quem data eſt haec epiſtola, nullum in exemplari noſtro co npáret: quae praetermiſſio in nonnullis aliis, quae infra ſequentur, epiſtolis contigit. N ɔs, niſi ſi quando aliquid conjectando aſſequi potuiſſe nobis videbimur, taciti ejuſmodi locos praeteribimus.

(b) Cicero ad Att. lib. x. epiſt. 4. *Fuit ad me* (Curio) *ſane diu*. & epiſt. 15. *Commɔdum ad te dederam litteras de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionyſius fuit*. Hi me Ciceronis loci, quamquam millies a me lecti, neſcio quo pacto fugerant, tum cum tomo hujus operis tertio pag. 84. Pogianum ac Riccium, ſimiliter loquutos, ſane immerentes reprehendi.

(c) Pogiano.

(d) Cicero pro Q. Roſcio Comoedo cap. 17. *Dabit enim nobis jam tacite vita oĉt.ı in alterutram partem firmum & grave teſtimonium*.

XCVIII.

Julius Pogianus N. N. (*a*)

SI ex quotidianis ſermonibus & collocutionibus utrique noſtrum ſcribendi argumentum naſci debet, nihil omnino aut ego ad te aut tu ad me ſcribes, niſi de Pompeji aut Caeſaris praeſtantia (*b*). hinc enim jam tres menſes omnis noſtra diſputatio ducitur, huc denique refertur: quae etiam ne ſerpat in infinitum, non mediocriter pertimeſco. video enim, pleroſque noſtrum, naturali vel inculcato quodam ſtudio potius, quam ratione, varie eſſe propenſos; ut difficile ſit, hunc fieri poſſe conſenſum tot hominum, ita pertinaciter tanta de re inter ſe diſſidentium. quamobrem mihi optimum factu videtur, poſthac ea de re ne verbum quidem facere, & unicuique permittere, ut ſententiam, quam adamavit, tacite tueatur. non enim, ut de Pompejo & Caeſare nobis in poſterum ſtatuatur ſilentium, deerit quid loquamur. quae ſane quotidiana oratio nobis ſcribendi argumentum ſuppeditabit. poſitum igitur ſit id, quod mihi utrique accommodatiſſimum fore videtur, ut ſemper in menſa aliquis alius vel a te, vel a quo tibi libuerit, inferatur ſermo, qui utrique noſtrum praebeat ſcribendi materiam. cujus rei cras, ſi ita tibi videbitur, tu initium facies. hac enim introducta diuque adhibita conſuetudine, fiet, ut de quacunque re propoſita latine vel ſcribere vel loqui poſſis. ego interea, quod dicta facillime excidunt, ſcripto operam dabo, uti meam de Pompejo ſententiam tuear. tu hodie, modo ut aliquid ad me ſcribas, vel inanes literas mitte.

(*a*) Haec non tam epiſtola eſt, quam *codicillus*, inter eos fortaſſe recenſendus, quos ad card. Nobilium datos ſupra exhibuimus. ſed potuit etiam ad card. Dandinium dari, ad quem proxime conſequentes quattuor datos eſſe, non eſt ambigendum.

(*b*) Rhetoricae exercitationis cauſa hoc ſumſerant ſcribendi argumentum, ut alter Pompejum Caeſari, alter Caeſarem Pompejo bellicis, ut opinor, laudibus praeſtitiſſe oſtenderet.

XCIX.

a ### Jul. Pogianus N. N. (*a*)

ANtequam mihi tecum conveniret, ut latino ſermone uteremur, nunquam mihi defuit ſcribendi ad te argumentum. ſuppetebat enim mihi res ex eo, quod te ad id ipſum per literas cohortabar. prius etiam quam Hieronymus noſter (*b*) animum induceret, ut latine loqueretur, ſcriptioni noſtrae materiam dabat. nunc id, quod expletum & cumulatum putabamus, plus incommodi habet, quam adjumenti, & omnino ex copia verborum magna rerum inopia videtur exiſtere. dices: Quaſi vero nihil reliquum ſit, de quo ſcribamus, hoc erepto literarum genere. Etiamſi infinita paene ſit ſcribendi materies, nullum tamen, vel vobis judicibus, accommodatius literarum ſermoni argumentum eſt, quam ipſe ſermo: quo ſublato

(*a*) Hunc & tres ordine conſequentes codicillos non ex Gratiani exemplari, unde aberant, ſed ex codice vaticano 3432. pag. 255. & ſeqq. depromſi: quos ad card. Hieronymum Dandinium datos eſſe, quovis pignore poſſim contendere. *Roberto Nobilio* (inquit Gratianus de Pogiano in epiſtola ad card. Commendonum, quam ſecundo hujus operis volumini praefiximus) *politiano, ſummae indolis adoleſcenti, regendo inſtituendoque eſt datus ... Acitus inde eſt in contubernium ab Hieronymo Dandino cardinale; qui novo amore literarum incenſus, Pogianum magna benevolentia complexus quotidie domi audiebat*. Nec modo *audiebat*, verum etiam crebris, ac prope quotidianis latinis litteris ad latine reſpondendum, ejus facultatis comparandae cauſa, laceſſebatur. in quo quantos proceſſus fecerit, quaternae ejus litterae, quibus totidem Pogiani codicillis reſpondit, quaſque, ex eodem illo vaticano codice deprumtas, ſingulis deinceps codicillis ſubjiciam, intelligi poterit. de qua etiam re praeclarum Pogiani ipſius teſtimonium hoc exſtat in quadam ad Joannem Antonium Fuſcherium epiſtola: *Tantum igitur abeſt, ut ab optimo hoc meique amantiſſimo cardinale cupiam diſcedere, ut magnas facultates & honoris & commodorum prae hac conditione contemnam. quid enim tanti ſit? cum, apud eum quam ſim, honoratior eſſe non poſſim ... cum ita doctrinae ſtudio exardeat, ut ne valetudinis quidem incommodo retardetur: cum & tantum jam profecerit in literis, quantum omnes admirantur, & ſe ejus generis omnia per unum me conſecuturum & ſperet & praedicet.*

b (*b*) In omnibus his Pogiani ad Dandinium, ac Dandinii ad Pogianum codicillis, aliqua ſemper Hieronymi hujus mentio fit, qui etiam in ultimo, cujus initium eſt *Ego etſi quid hominis*, Hieronymus *Bagini* appellatur. Videtur fuiſſe unus e Dandinii domeſticis ac familiaribus, domui ejus ac negotiis fortaſſe praepoſitus. is quoque Pogiano latinae linguae atque elegantiae doctore cum Dandinio, at non pari ſtudio atque fructu, utebatur; praebebatque utrique tarditate quadam ſua frequentem ridendi jocandique materiem.

Digitized by Google

lato nova iſta loquendi conſuetudine, ut non deſit quid ſcriba-
mus, certe minus apte ſcribemus. Hic mihi videor videre ſto-
machantem Hieronymum praeſtigias & captiones verborum meo-
rum, qui quaſi tenebras quaſdam videar offundere veſtris ani-
mis, quo minus quid rectum, quid vobis utile ſit, intelligatis.
Quod, inquit, nobis conceſſerat, extorquet: inſtabat, urgebat,
ut hanc conſuetudinem adhiberemus, omnium utiliſſimam: nunc,
neſcio quibus orationis fallaciis, ab eadem deterret. quae eſt iſta
varietas & inconſtantia? Lenius, quaeſo, Hieronyme. non poſ-
ſum verius aut planius agere, quam ago. vidi quid poſtulet in-
ſtitutae exercitationis ratio, quam ignorare videar, vel certe
ab ea abhorrere, niſi ita ſcribam. non poſſum etiam magis meae
conſtare conſtantiae, quam ſi ſervo meum illud ſolemne, ut ab
inſtituto non diſcedam. quid eſt quod neſcio quid tecum? cla-
rius. nemo exaudiet. ſed exciderat (c), ad te has eſſe literas. c
quare non tanquam mihi id, quod ſentio, ſentienti reſcribes,
ſed quaſi aliud, quod ſcriberem, certe magis appoſite ad id,
quod aggreſſi ſumus, non habenti, reſpondebis. maneo enim
in ſententia, ut audias diligenter, ſcribas latine, loquare etiam.
*triplex eſt haec via, quae eo ducit, quo contendis, praeterea
nulla. Hieronymus* mecum, ut ſolet; cum ſtudiis noſtris ſit in
gratia. Vale (*d*). d

(*c*) Hactenus, tamquam ſi ad Hieronymum Bagium ſcribere inſtituiſſet, ita cum eo egerat. nunc ad Dandinium orationem revocans excuſat ſe, quod oblitus fuerit ad eum has eſſe literas.

(*d*) Ad hunc Pogiani codicillum Dandinii reſponſio haec fuit. *Ex proximis tuis literis magnam cepi voluptatem, in quibus cum tibi & rem & verba putarem defutura, utraque abunde adeſſe cognovi. ſumma vero literarum neque opportunior, neque magis in uſum hujus mei temporis eſſe poterat. utinam modo & praeceptis tuis & cupiditati meae, praeſertim in latino ſermone, ſatisfacere poſſim: quod majus negotium eſſe fateor ingenue, quam ſperaram. neque tamen ejus rei ſpem omnino abjeci, fore, ut per te omnia impedimenta ſuperem. Hieronymus, quocum mihi communes ſunt tuae literae, fecit eorum ſuo muneri ſatis. quare ejus ſermonem, quem tecum habuit, non ſcribam ad te his literis, ne & tibi & mihi tadem te moleſtus ſim.*

C.

Jul. Pogianus N. N.

QUae (malum!) eſt iſta latine & audiendi & ſcribendi ratio, quae te, ſi non egentiorem, certe tardiorem in loquendo facit? nam inquis, te, ex quo Ciceronem habes in manibus, verecunde dubitanterque loqui: cum id antea fiden-

ſideuter facere ſolitus eſſes: ut idem ille Cicero, quem, ſi non
unum, certe principem habemus linguae latinae magiſtrum,
quod omnes docet, te dedocere videatur. At, inquis, ſocium
habeo Hierouymum noſtrum hujus & cunctationis & rationis.
Si idem uſuvenit Hieronymo, quod tibi, uterque veſtrum eſt
accuſandus, non Cicero eam ſuſtinet culpam, qui vel infantiſ-
a ſimum quenque (*a*) eloquentem reddere poſſit. At dices: ſit
tua praeſentia. Itane vero? me igitur doctorem adhibetis, cu-
jus diſciplina ſitis elingues? at videte, ne, quod veſtro ſit vi-
tio, id in alios, & eos, quos minime omnium decet, confe-
ratis; qui vel non perinde operam detis ut oportet, vel, cum
diligenter attendatis, tacendo potius quam loquendo iſtam fa-
cultatem vos aſſecuturos ſperetis. ut non eſt meſſis, niſi ex ſe-
mente, ſic latine loquendi copia niſi ex diuturno ſermone non
b comparatur (*b*). ſed contraria eſt ſeminis rationi haec loquen-
di ratio. quo enim plus ſeminaris, minus ſeminis reliquum
c eſt. in oratione vero quo plus effuderis (*c*), eo facultatem ejus
majorem habueris. ſed dices: quid tam multis mecum agis?
iſtud Hieronymo dictum oportuit: interdum enim, ut ſaepe
ego latine loquor, ille eſt plane mutus. Tu vero effice, ut ipſe
etiam loquatur: eum praeſtes neceſſe eſt, aut aliud agamus.
ſileutio certe, ſine magna & Ciceronis & mea contumelia, uti
d non poteſtis. Vale. (*d*)

CI.

(*a*) *quenquam* cod.vat. Emendavi.

(*b*) *comparetur* id. Emendavi.

(*c*) *effunderis* id. Emendavi.

(*d*) Pogiani codicillo hac epiſtola Dandinius reſpondit. *Noſtra quidem latine & audiendi & ſcribendi conſuetudo praeclara eſt vel ex hoc ipſo, quod nos admonet officii noſtri, quam in ſermone latino cautos & modeſtos eſſe oporteat, &, ut relicta obliqua & quibuſdam quaſi virgultis obſtructa via, in rectam & facilem ingrediamur. cave igitur exiſtimes, quicquam nos vel Cicerone legendo, vel te audiendo, damni feciſſe: ut etiam tua ſit inanis objurgatio, qui verearis, ne ſilentii noſtri culpam in te aut in Ciceronem conferamus, cum utrique a nobis propterea gratia debeatur. quod vero ad id, quod cupimus, tertia haec requiritur latine loquendi ratio, a te vehementer peto, ut quod in reliquis duabus exercitationibus praeſtitiſti, id in tertia ne a te deſiderari patiaris; ut mihi vias tradas, quibus eo, quo intendi, pervenire poſſim. quod ſi feceris, vel potius quoniam facis, tibi, cui multum debeo, plurimum debere confitebor. Vale.*

C I.

Jul. Pogianus N. N.

HAec ad te epiſtola initium faciet ejus exercitationis, quae tibi ad comparandam latinae linguae facultatem adhuc reliqua eſt. accidit autem percommode, ne ſit hic inanis ſermo literarum, ut quidam, cujus cauſa multum cupio, tua per me auctoritate apud Trajanum Alicorninm uti velit. is igitur amicus meus avet conducere de ipſo Trajano agrum, quem habet ad Verbanum lacum neſcio quotenorum jugerum, & ita avet, ut pluris ſit redempturus illum agri modum, quam a ſuperioribus ejuſdem conductoribus factum ſit: utique tanti. eſt ſatis locuples, Trajano praedes dabit vel Romae vel Mediolani, quos voluerit, ut illi cautum ſit: ſolvet etiam annuam penſionem ante diem, vel nunc repraeſentabit. profert, qui pro (*a*) ſe egerint de eadem re cum Alicornio. profert praeterea Hieronymi literas de eo ſcriptas, quocum etiam locutus eſt, *a*
ut ab illo rem cognoſcere melius poſſis. (*b*) *b*

CII.

(*a*) *per te egerint &c.* cod. vatic. Emendavi.

(*b*) Cardinalis Dandinii ad Pogiani hunc codicillum reſponſio, ea, quae ſequitur, fuit: in qua, quod item in reliquis feci, aliquot locos, qui mihi mendoſi, librarii certe vitio, viſi ſunt, ex ingenio emendavi.

Ego, etſi, quid hominis ſit iſte Trajanus, neſciam, vel potius ne hominem quidem eſſe putem, tamen, quod te ſingulari quodam artificio ſummorum, mediocrium, infimorum ſtudia colligere video, & tuam apud omnes voluntatem permagnum pondus habere intelligo, vehementer a te etiam atque etiam peto, uti mea cauſa Hieronymo id negotii des, ut de re cum Trajano agat. curabit mandatum tuum probe. ut caetera, ſed hoc melius, certe fidentius, quod cum illo latine agendum non eſt. cum, ut tu ſcis, nihil mihi ſit optatius ſtudio ejus exercitationis, quam mihi ad comparandam linguae latinae facultatem adhuc reliquam eſſe ſcribis, nihil certe jucundius mihi accidere potuit, quam eas a te literas accipere, quae hujus ipſius conſuetudinis initium fecifſent. itaque non aſſequar, ut tibi cum de hoc, tum de eo, quod nihil praetermittis, quo aliquando latine & loqui & ſcribere poſſim, agam gratias. ſed, quando caſu accidit, ut tuarum literarum argumentum ſit minime fictum, cum Trajano ita agam, ut & familiari tuo ſatisfiat, & tu intelligas, me nihil hac beneficii acceſſione praetermiſſurum eſſe, quo me memorem & gratum cognoſcas. Quod vero Hieronymus Bagius noſter non minus ſtudioſus ſit hujus meae utilitatis & laudis, quam ipſe ſim, ſpero, ejus operam, quam in hac cauſa opportunam fore ſcribis, apud Trajanum pondus habituram; praeſertim cum latine agendum non ſit. quod non eo dico, quod is ab hac ratione abhorreat, praeſertim abſente te, ſed quod latinus ſermo cum Trajano perinde ſit, ac ſi hominem ab eo concedendo deterreas, quod ab ipſo impetrare cupias. Vale.

Digitized by Google

C I I.

Jul. Pogianus N. N.

QUam non eſt facilis ea ſcribendi ratio, quam proxime
inſtituimus, quam vero difficilis ejus perfectio rationis!
non enim utrunque ſimul poſſis & quotidie ſcribere,
& ſemper ei muneri ſatisfacere. aliquid quotidie novi afferri
qui poteſt? eadem in omnibus literis inculcare, quam ineptum
& moleſtum eſt? At inquies: non id ego requiro abs te, ne tu
quidem, opinor, a me, ut te de re ulla certiorem faciam per
literas; congreſſio enim & collocutio noſtra fere aſſidua utrun-
que hac cura liberat. quare vel joceris, vel inanes des literas
a licet, modo me (a) in hac ſcribendi exercitatione retineas. Et
b tamen (b) jocorum aut inanis epiſtolae aliqua vel inanis mate-
ria ſit oportet: ut ipſum omnino ſcribere maguum ſit nego-
tium. ſed nos, puto, Hieronymus hac moleſtia levabit: qui
cum ipſe nihil latine ſcribat, non debet recuſare, quin ali-
quod quotidie excogitet argumentum, quo uterque noſtrum uti
c poſſit. (c)

CIII.

(a) ne cod. vatic. Emendavi'. ſunt autem haec card. Dandinii verba, qui dudum a Pogiano inductus eſt loquens.

(b) Loquitur jam Pogianus ipſe: aitque, non carere magna difficultate jocoſae aut etiam inanis epiſtolae ſcriptionem.

(c) Dandinii reſponſionem ſubjicio: *Non eſt, ut ſcribis, haec facilis ſcribendi ratio, quam proxime inſtituimus: &, ſi tibi facilis eſt, mibi certe omnium difficillima, qui modo in hanc rationem ingreſſus ſum; ut perfectio iſta a me requiri minime poſſit. inchoata modo & adumbrata mea ſint, aptiſſime mecum agitur. difficultas autem, ut ais, omnis haec eſt, non poſſe ſimul utrunque nos, & ſcribere quotidie & ſemper ei muneri ſatisfacere; cum in alterutro peccandum ſit, ut vel eadem inculces, vel inanes des literas; quae tamen & ipſae ſine aliquo vel jocoſo vel inani argumenta eſſe non poſſint. ego vero neutrum timeo, quinetiam utrunque facile me praeſtare poſſe confido, ut & nullum praetermittam diem epiſtolarum, & ſemper aliquid novi ſcribam. quo maxime vero laboramus, id a se vel relictum vel omiſſum miror. verborum copia opus eſt, qua, in tanta literarum frequentia, abundare oportet. quae igitur caeteroqui mibi ratio non eſt facillima, verborum latinorum inopia certe eſt difficillima. Hieronymus noſter ſi id voluerit, quod poteſt, nobis morem geret. ſed vereor, ne omnibus legibus ſolvi velit.*

CIII.

Jul. Pogianus N. N. (*a*) a

Legi commentarium Pauli Manutii in orationem Ciceronis pro Sextio (*b*), in quo, quantum vir ille poſſit in eo interpretandi genere, intellexi. tantum vero meo judicio aſſequitur, quantum nemo fortaſſe adhuc. cum enim ingenium & induſtriam ſuam, quibus maxime excellit, ad Aſconii Pediani (*c*) imi- b c

(*a*) Hoc, quidquid eſt ſive epiſtolae, ſive codicilli, ſive teſtimonii, e codice vaticano pag. 268. depromtum eſt.

(*b*) Eſt apud me commentarii hujus editio veneta anni 1559. Miſſus eſt autem ad Antonium Aelium, Polae epiſcopum, praefixa Manutii epiſtola: ex cujus ea, quam ſubjicio, particula, operis ſuſcipiendi occaſionem conſiliumque cognoſce. *Scis tu*, inquit, *Aeli, pro noſtra vetere amicitia & familiaritate, per quot annos, quibus laboribus haec, quae ab humanitate nomen acceperunt, ſtudia coluerim. ſciebat optime omnium, & mihi, cum viveret, hoc nomine tribuebat plurimum, Bernardinus Maffeus cardinalis* (obierat autem die 16. jul. an. 1553.), *meus ille, in omni vita mihi deflendus, Maffeus, urbis deliciae, lepor, humanitas, exemplum antiqui officii, flos omnium virtutum. is amabat haec ſtudia mirifice, eaque, quibus poterat rebus* (*poterat autem plurimis*) *tuebatur & fovebat. bene autem de hac, quaecumque in nobis eſt, vel potius quantulacumque eſt, latinae orationis facultate exiſtimabat: neque quotidie, quantum poſſem ut latine ſcriberem, urgebat: & ſcribebat ipſe, ut ſcis, luculenter & egregie. probabat omnino meum conſilium, & efferebat maxime, de commentariis in Ciceronis orationes. ſed exerceri malebat prius induſtriam meam in antiquitatibus romanis, ipſo potiſſimum auctore inſtitutis. interim, ut quaſi ex unius partis forma de toto liceret aedificio conjicere, unam aliquam, quae ſpecimen ingenii mei praeberet, orationem ſubſicivis horis ut exponendam ſuſciperem, hortatus eſt. ego ſumpſi pro Sextio: nec multis poſt eum ſermonem menſibus hunc, qui nunc in tuo nomine, Antoni Aeli, apparebit, commentarium abſolvi.* Litteras, quibus Aelius Manutii huic epiſtolae reſpondit, ſane luculentas, habes in tertio volumine operis inſcripti *Lettere volgari di diverſi nobiliſſimi ingegni* &c. aldinae editionis an. 1564.

(*c*) Aſconius Pedianus doctiſſimos commentarios in novem M. T. Ciceronis orationes ſcripſit, quos Poggius florentinus in monaſterio S. Galli prope Conſtantiam, conſtantienſis concilii tempore, reperit, primuſque vulgavit. patavinum patria fuiſſe arguunt eruditi ex illo commentarii in orationem *pro Cornelio* loco, in quo filios ſuos (quod tum in hoc tum in reliquis commentariis ſemper facit) alloquens, *Sunt tamen*, inquit, *qui eundem ſtilum duorum* (tribunorum plebis) *numerum, quem Cicero, ponant: inter quos Tudianus, & Pomponius Atticus, Liviuſque noſter.* quam conjecturam non parum adjuvari putant Silii Italici illis verſibus libri XII. *de bello punico ſecundo* v. 212.

Polydamanteis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, trojanaque ſemina & ortus
Atque Antenoream ſeſe de ſtirpe ferebat,
Haud levior generis fama, ſacroque Timavo

Gio-

imitationem a prima adoleſcentia contulerit, cum illo non modo ea re conferendus eſt, ſed (quod haud ſcio an imitatorum nemini contigerit) & eſt praeferendus. itaque, cum tantam habeat ejus rei facultatem, qua nihil utilius eſſe poteſt lin-
d guae latinae ſtudioſis, ſequitur (*d*).

Gloria, & euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, venetaeque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, ſeu bella cieret,
Seu Muſas placidus, doctaeque ſilentia vitae
Mallet, & aonios plectro mulcere labores,
Non ullum dixere parem: nec notior alter
Gradivo juvenis, nec Phoebo notior alter.

(*d*) Reliqua deſiderantur.

C I V.

a
Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio. (*a*)

NISI me & uſus & ratio ipſa ad hanc animi aequitatem erudiiſſet, ut exiſtimationem meam veritate, non ſermone obtrectatorum, niti debere ſtatuerem, magna ſane ex iſto rumore, quem de me prolatum ſcribis, moleſtia affectus eſſem. ſed mihi certum eſt arbitratu judicioque meo eſſe ſollicitum, non libidine malevolorum; quorum ſtudia & artificia quod eo referri intelligo, ut, cum vere non poſſit, ficto tamen aliquo crimine in nos invidia commoveatur, facile patior, eos, in quo mihi nihil noceant, ſummam nocendi voluntatem declarare. homines aſtutos! qui iis in me criminationibus abutantur, quibus turpiſſimam paucis diebus calumniae notam ſubire cogantur. quamobrem ſcito, non ſtomachum iſta mihi, ſed riſum moviſſe. video enim, nonnullos in hujus rei cupiditate adeo intemperantes eſſe, ut vel ipſi monſtra confingant, vel ſe a leviſſimis auctoribus hujuſmodi mendaciis onerari non moleſte ferant. quibus tamen, ne ſe falſa jucunditatis opinione aut ſpe turpiter duci patiantur, hunc errorem eripiendum putavi. tantum igitur abeſt, ut ab optimo hoc meique amantiſſimo car-
b dinale (*b*) cupiam diſcedere, ut magnas facultates & honoris & commodorum prae hac conditione contemnam. quid enim tanti ſit? cum apud eum, quam ſim, honoratior eſſe non poſſim: cum mihi

(*a*) De hoc Fuſcherio non plus poſſim dicere, quam quantum quivis ex hac, ex aliiſque ſeptem, quae deinceps conſequentur, Pogiani ad eum epiſtolis, poterit per ſe, nulla mea admonitione, cognoſcere.

(*b*) Hieronymo Dandinio. Vide epiſtolam 99. pag. 140.

mihi nullum ejuſdem deſit obſequium, nulla ad homines commendatio: cum ita doctrinae ſtudio exardeſcat, ut ne valetudinis quidem incommodo retardetur: cum & tantum jam profecerit in literis, quantum omnes admirantur, & ſe ejus generis omnia per unum me conſecuturum & ſperet & praedicet. quae cum ita ſint, non modo ingratus atque impius ſim, ſi deſeruero, ſed etiam mihi ipſe inimicus: cujus rei fruſtra, mihi crede, omnis expectatio commovetur. quare miſericordes iſtos, quos de me haec cum dolore narraſſe ſcribis, de me etiam ſollicitudine liberabis. quanquam, ſi, quaſi perſpecta re, ſine ulla cauſa id a me commiſſum affirmant, contumelioſe potius, quam dolenter, iſta divulgant: veruntamen neque amoris erga me, neque graviorum rerum difficillimam ſimulationem per me ne in hoc quidem amittent. a te vero peto, niſi iſta plane evanuerunt, ut, ſi qui adhuc dubitant, iis meam epiſtolam legas. mihi enim, de me affirmanti, credere debebunt (c). Vale. Bononia iii. Kal. auguſti.

(c) Atqui non temere ſparſum rumorem illum de Pogiani conſilio aut certe cogitatione a cardinale Dandinio diſcedendi, argumento eſt Pogiani ipſius haec, quam ſubjicio, ad Nicolaum Majoranium epiſtola, quam autographam in vaticanae bibliothecae codice 6416. pag.65. reperi.

Al molto reuerendo ſignor mio oſſeruandiſs. monſignor Nicolò Majorano, veſcovo di Molfetta. Roma.

Non farò ſcuſa con V. S. della tardezza di queſt' ufitio di viſitarla con lettere, aſſoluendomi da tal cerimonia la benignità ſua & l'amore, qual ſempre mi ha portato. ſolo dirò, che non è ſtato ciò pretermeſſo per dimenticheza, perchè ſempre, come è mio debito, l'ho hauta nel cuore, con quell' affetto, che ſi deve hauere verſo un' padre & ſignore; anzi n' è ſtato cauſa la ſperanza, che m'andaua promettendo, ch' io la poteſſi vedere & godere in preſenza. ma i trauagli communi m' hanno interrotto la credenza & il diſſegno, tal che ſon condotto a queſt' hora a far il debito mio con lei. ſalutandola con tutto l'animo adonque, gli priego ogni felicità, poi, perch'io ſo, ch' amandomi, come fà, deſiderarà ancora ſaper' de l'eſſer' mio, gli ne darò conto volontieri, ſpetialmente hauendo biſogno in ciò del ſuo conſiglio. Son coſtretto a bramare il contrario de gl'altri ſervitori de' cardinali. non vorei eſſer' tanto amato, nè tanto in gratia del patrone, quant' io ſono, ſe l'amor' & la gratia è l'eſſer' adoperato & affaticato a tutte l'hore in leggere, in ſcriuere, & queſto non in una ſorte ſola, s' è perſuaſo il cardinale, ch'io ſappia molto più, ch'io non sò, & per tal mi ſpende per latino & per volgare: & gli ſpiriti ſi conſumano fra mille carezze & mille laude l'hora. ma che ſarà poi al fine? ſe bene io arriuaſſi alla grandezza delle promeſſe? s'in queſto mezzo mi ſtempero la compleſſione? s'io ſto le notte intere ſenza veder ſonno? & ſe queſto male va continuando, temo di non comprar la ſperanza col maggior prezzo, ch'io habbi. è vero ch' io ſon povero di facoltà, ma ſon'ancor povero di deſiderio. io mi trovo quella penſione, che mi ha data il cardinale di 600. ſcudi (ſe però a qualche tempo non ſarà litigioſa) & di più 350. ſcudi in

in contanti. manco n'hanno molti maggiori huomini di me, & stanno con manco fatica & con più allegrezza & tranquillità di me. mi ſento ogn'hora ragionar nell'anima τὸν ἄνδρες ἐοίκαθε; τὸν ποιμένα ζήτομεν; Queſto hò voluto conferir a V. S. confidandomi, che non lo farà ſapere ad alcuno, & mi conſigliarà di quanto gli parà, che mi ſi convenga fare, con la ſolita ſua prudenza, fede & amore. Vorei ancora ſtampare il Chryſoſtomo, che ſta quì inutile molti meſi ſono. l'ho dedicato al cardinale d'Inghilterra. però m'andavo trattenendo così un' poco ombroſo. V.S. di gratia mi dichi il parer ſuo sì de la ſtampa, come de la dedicatione. c'è ſolamente un luogo nel 47. capitolo ſegnato pur con la croce da V. S. ch'io non ne poſſo cavar ſenſo perfetto. lo notarò in una carta quì incluſa, inſieme con la tradution mia. V. S. ſi degnarà vedere un poco il teſto³di Venetia & conferirlo col dottiſſimo & mio oſſervandiſſ. meſſer Guglielmo, acciò ch'io eſchi di dubbio, havendone avertimento da lui; la quale priego che ſaluti detto meſſer Guglielmo in mio nome mille volte, & meſſer Franceſco, & ſuo fratello, nipoti di V.S. & ſi dignorà ſimilmente ſcrivermi, ſe ſi ricorda il nome antico latino del ſuo veſcovato. & baſciandogli le mani di cuore me gli raccomando. D'Imola a li VIIII. di decembre 1556.

Di V.S. molto reverenda

Servitore Ginlio Poggiano.

C V.

Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio.

QUoniam nihil affers, quo mihi excuſes tarditatem literarum tuarum, & ego memini oſtentationem tuam illam, te, ſi morbum depuliſſes, crebritate epiſtolarum ſuperiorem fore, equidem in tanta reſcribendi mora conſtantiam promiſſi & fidem tuam requiro. neque vero te in eo accuſarem, ſi, quod a te ſerius factum eſt, diligentius etiam factum viderem. ſed extat & mearum ad te literarum, & dierum ratio; ut negare non poſſis, me primo quoque tabellario tuae ſemper epiſtolae perſolviſſe. quo majorem etiam in te reprehenſionem habet hujus officii praetermiſſio, qui ne in ſummo quidem otio homini occupatiſſimo par eſſe poſſis (*a*). & tamen pergis inculcare diſſimilitudinem neſcio quam opinionis & voluntatis meae (*b*): quaſi vero aut ipſe ſim mei diſſimilis, aut illi non ſui ſimiles, qui gravitatem meam levitatem & tibi & mihi videri velint. ego nullas ad Sirletum dedi literas, quibus vel ſuſpicari poſſet, me quicquam de diſceſſu meo cogitare. contra autem ſaepius ſcripſi ad eundem ita, ut intelligeret, me huic de me optime merito cardinali mirificas apud ſe gratias agere. quod ſi rem cum ipſo Sirleto communicaſſes, neque tibi verba dari paſſus eſſes, & ad has diſputandi ineptias non abires. ſciſſes enim, auctorem illarum literarum, cum ei certum eſſet diſcede-

(*a*) *non poſſis* exempl. Emendavi. Dandinio. Vide proxime ſuperiorem epiſtolam, ad eamque ad notationes.

(*b*) Diſcedendi nimirum a cardinale

cedere, ne quid temere facere videretur, paulo graviorem ejuſdem conſilii ſocium falſo protuliſſe: ſcriberes vero ad me de ſtudiis tuis. quae quia non video, de te non poſſum non eſſe ſollicitus. nam permagni tua intereſt, nullam mihi tuae neque lectionis neque ſcriptionis horam ignotam eſſe. iſta ſcilicet, quae intercipi periculoſum eſt, ne tu quidem attingeres. cave igitur putes, quicquam aut iſtic fieri ſine ſumma ratione, aut iſtam chriſtianae religionis & pietatis arcem (c) non caeleſtibus praeſidiis ſeptam & tutam futuram. Me jam menſem vigilia ſic exercet, ut non modo ſcriptionem, ſed etiam facultatem, ſi qua eſt, dictandi meam impediat.

(c) Erat igitur Romae Fuſcherius, Pogianus autem ſive Imolae ſive Bononiae. ſcriptam autem hanc epiſtolam puto extrema anni 1556. aeſtate: quo tempore pontificiae ditioni, ipſique adeo romanae urbi infeſta hiſpanorum arma, Ferdinando Toleto, Albae duce, neapolitani regni pro rege, imperatore imminebant. Vide Paulli IV. hiſtoriam a Carolo Bromatio conſcriptam, & Ravennae an. 1748. editam, libro IX. pag. 309.

C V I.
Idem Eidem.

SErmo literarum tuarum ita mihi jucundus eſt, ut cautiorem vel tuam vel librarii manum requiram. cum enim valeas ingenio, facultatem praeterea latine ſcribendi habeas, judicium etiam acrius, quam ab iſta aetate poſtulari ſoleat, neſcio quomodo tuae laudes ſcripturae negligentia videntur obſcurari. quis enim eſt, qui, cum in tuis epiſtolis vel confuſas voces, vel alias ab aliis oppreſſas, vel, detractis propriis literis, quaſi exanimatas, vel omnino ſingulis paene verſibus ipſarum epiſtolarum crebris lituris offuſam caliginem videat, te literis, ut leviſſime dicam, tinctum exiſtimare poſſit? equidem ex duobus his capitibus, quae ex Bembi oratione in tuam epiſtolam tranſtuliſti, ſenſum vix elicere, aut ne vix quidem, potui: ita multa partim quaſi tenebris quibuſdam obcaecata, partim praetermiſſa ſunt. & meminiſſe profecto debes frequentes ea de re admonitiones meas. ſed non vereor, ne te eo in genere jam mihi expolitum praebeas. novi enim te eum, qui ſine exceptione laudari cupias. quare hujus cautionis & diligentiae facies initium proximis literis, quibus & bembina iſta attentius, quam antea feciſti, deſcribes; & quota pagina, quoto etiam verſu ea ſint, notabis, quae ex Ciceronis oratione tibi explicari velis. Sed quid tibi in mentem venit ita loqui? *in cuſtodiendis veſtibus* te *diligen-*

gentiorem fuiſſe, quam quantum (tibi) *mandaram*. illis enim duobus verbis *quam quantum* domicilium eſt proprium in magnitudine, ita tamen, ut *plus*, aut aliquid ejus generis antecedat. eodem pertinet illud *longe difficiliorem eſſe Ciceronis orationem, quam quantum tuus animus capere poſſit*. quare iſta ad illam
a M. Tullii rationem dirigere debebis (*a*): *Non plus Craſſum atti-*
b *giſſe doctrinae, quam quantum prima illa aetate potuiſſet* (*b*). Quod veſtes meas curas, facis, quod tuum eſt: decet enim, te mea curare, tua me. de quibus tamen veſtibus vellem ita dixiſſes, *apud te illas aſſervari diligenter, ſaepe aut prima luce, aut in ſole explicari, ſaepius etiam excuti, curari denique melius, quam ſi ipſe adeſſem*. Ego, quomodo Ariſtoteles docebat, hanc dictavi
c epiſtolam in caeſenate (*c*) bibliotheca inambulans, qua (mihi cre-

(*a*) Vocem hanc *debebis*, in exemplari praeteemiſſam, ſed ceete neceſſariam, addidi ex ingenio.

(*b*) M. Tullii locus integee eſt in ipſo libri II. *de oratore* initio hujuſmodi: *Magna, nobis pueris, Quinte frater, ſi memoria tenes, opinio fuit, L. Craſſum non plus attigiſſe doctrinae, quam quantum primo illa puerili inſtitutione potuiſſet*. Ejuſdem geneeis illa ſunt lib. I. *de orat.* c. 167. *Alter plus, lege agendo, petebat, quam quantum lex in duodecim tabulis permiſerat*. & 3. *de orat.* c. 15. *Quod item nos poſtulamus ... ut majus quiddam de L. Craſſo, quam quantum a nobis exprimetur, ſuſpicentur*. & 4. *in Verr.* c. 70. *Ait, accuſatores ejus multo majorem pecuniam praetori polliceri, quam quantam hic dediſſet*. & 5. in eund. c. 70. *Etiamne ſi plus edidiſſet, quam quantum natum eſſet?* & alibi alia ejuſmodi ſexcenta.

(*c*) *caeſenen. bibliothecam iminens, qua &c.* exempl. Ita emendavi, ut vides, &, ut opinoe, pcobe. nam certe *inambulans* Ariſtoteles auditoees ſuos in philoſophia exercuiſſe dicitue. Ciceso lib. 1. *Acad. quaeſt.* c. 17. *Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lycaeo*. Pogianum autem, Caeſenae commorantem, celeberrimam ejus urbis bibliothecam frequentaſſe, ex quadam ejus ad Sirletum epiſtola perſpicue intelligi poteſt, quam, ex codice vatic. 6189. pag. 36. depromtam, ſubjicio.

Al molto magnifico meſſer Gugilelmo Sirleto, ſignor mio oſſervandiſſimo. A Roma.

Magnifico ſignor mio. Io ſon ſtata in libraria, la quale m' è parſa maraviglioſa non per il numero de' libri, perchè non ci ſonno più che doi ordini di banchi, & ciaſcun' ordine non ha più, che trenta banchi con cinque volumi per ogni banco, ma perchè ſon tutti libri ſcritti di belliſſima mano. Li greci in ſacra ſcrittura ſon pochiſſimi. in altre facultà & ſpecialmente in medicina & filoſofia ſonno aſſai. C'è ancora buon numero d' hebraici. L' indice, che m' impoſe V. S. ch' io li mandaſſi, è queſto; ancora che penſo non ci ſia libro ſeconda il deſiderio voſtro.

Libri latini.

Biblia tribus corporibus diſtincta.
Teſtamentum novum.
Concordantiae.
Prima pars bibliae & Pentateuchus.
Auguſtinus ſuper geneſi ad literam.
Auguſtini libri duo ad Simplicianum.
Omnia ejuſdem opera.
Ejuſdem Auguſtini ad Oroſium.
Oroſius ad Auguſtinum.
Breviarium Origenis in pſalterium, a divo Hieronymo converſum.

Com-

Digitized by Google

crede) admirabiliter paſcor (*d*). Vale, & ſaluta mihi optimam d
faeminam matrem tuam, & ornatiſſimum juvenem Vincentium fratrem, totamque domum.

Commentarium divi Hieronymi in centum quinquaginta pſalmos.
Ejuſdem in XII. prophetas.
Item in Matthaeum & Marcum.
In epiſtolas ad galatae, ad ephesios, ad Philēmonem & ad Titum.
Ambroſius in pſalmum Beati immaculati.
In Lucam.
De officiis.
De exceſſu fratris.
De reſurrectione & poenitentia.
Gregorii Omeliae in lectiones & euangelia.
Dialogi.
Paſtorale.
In Job.
Remigius in omnes epiſtolas Pauli.
Cirilius in euangelium Joannis.
Nicolaus de Lira in pentateucham, Joſue, Iſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, libros regum, & Job.
Poſtilla ejuſdem in Iſaiam, Hieremiam, Ezechielem, Danielem, in hiſtoriam Suſannae, belis & draconis.
Poſtilla magiſtralis in Job, in quatuor euangelia, in Lucam & in Eccleſiaſticam.
Poſtilla Michaëlis in pſalterium.
Hieronymi altercatio Luciferiani & orthodoxi, cum nonnullis aliis.
Exceptiones ex opuſculis Gregorii a geneſi uſque ad Zachariam, & ab euangelio Matthaei uſque ad Apocalypſim.
Poſtilla in epiſtolas Pauli.
Poſtilla in pſalterium.
Iterum Auguſtini omnia opera.
Hieronymi epiſtolarum duo corpora.
Ejuſdem ſymbolum de fide catholica.
Ambroſii ſermones cum epiſtolis.
Ejuſdem in cantica.
Auguſtini liber locutionum.
Beda in proverbia Salomonis.
Chryſoſtomus de laudibus Pauli.
Dionyſius de angelica hierarchia.
Ejuſdem de eccleſiaſtica hierarchia.
De divinis nominibus.
De myſtica theologia.
Sermones Leonis papae.
Epiſtolae ejuſdem.
Sermones Petri Ravennatis.
Euſebius de praeporatione euangelica.
Epiſtolae Cypriani.
Hilarius de Trinitate.
Bernardus ad Eugenium.
Ejuſdem epiſtolae 250.
Liber meditationum.
Breviloquium Bonaventurae.
Epiſtolae Rabbi Samuelis ad Iſaac Robbi.
Iſidorus de utroque teſtamento.
Caſſiodorus in librum de anima.
Iſidorus ſoliloquia.
Frater Ubertinus de Caſali in arborem Crucifixi.
Lactantius Firmianus.
Boëtius de conſolatione cum commento travet.
Sextus ſententiarum.
Prima & tertia pars ſummae Alexandri de Ales.
Ejuſdem quartus ſententiarum.
Bonaventurae ſecundus, tertiae, & quartus.
Prima pars ſecundae & ſecunda ſecundae ſancti Thomae.
Tertia pars ſummae ejuſdem.
Ejuſdem ſecundus ſententiarum & ſumma contra Gentiles.
Henrici de Gandavo quinque Quodlibet.
Ejuſdem decem Quodlibet, & prima pars Quodlibet.
Joannes Seſti omnium.
Conflatus Franciſci de Marieronis.
Quatuor libri Galielmi Guarae.
Quodlibeta Ricardi de media villa.
Breviatio in tres libros Bonaventurae.
Tertius ejuſdem.
Summa Thomae Anglici.

De

De cauſis dei contra Pelagium.
Dialogus Ricardi hiberniei.
Dialogus Gulielmi Ocham.
Summa de vitiis.
Tabula originalium.
Tabula Textoris.
Legendae ſanctorum.
Sermones Voraginis feſtivi.
Iterum omnia Hieronymi opera.
Pompejus Hella.
Chronographia tripertita Nicephori Conſtantinopolitani.
Nicolaus de Lira in pſalmos.
Ambroſius de myſteriis & ſacramentis.
Graeci auctores.
Joannes Chryſoſtomus in pſalterium a principio ad Deus deorum.
Ejuſdem a Deus deorum *uſque ad finem.*
Omeliae Gregorii magni.
Quatuor evangeliſtae.
Ejuſdem Gregorii alia.

V. S. mi tenghi in ſua buona gratia, & ſi degni raccomandarmi a meſſer Antonio noſtro, & a meſſer Vincentio. Dio la conſervi. Di Ceſena alli 27. di Maggio 1556.

Servitore di V. S.
Julio Poggiani.

(d) Cicero lib. IV. *ad Attic.* epiſt. 10. *Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti: fortaſſe tu putabas, his rebus puteolanis & lucrinenſibus.*

C V I I.

a Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio... (a)

FEcit meus in te amor, & ſingularis cura de ſtudiis tuis, ut
b Ciceronis orationes, quas graecorum librorum lectione (b)
diſtractus duos jam menſes ne aſpexi quidem, hodie in manus
ſumerem; &, de quo ſententiam meam exquireres, ut in eo
cupiditati tuae obſequerer, operam darem. in quo etiam caſus
quidam mirificus intervénit, qui meum ejus rei ſtudium vehe-
c menter adjuvit. tantum enim quod (c) librum aperueram, cum
d in eos incidi locos (d), quos mihi abs te notari volueram.
qua-

(a) Depromſi hanc epiſtolam ex codice vatic. 3432. pag. 285. nuſquam in Gratiani exemplari comparentem. neque tamen in eodem codice ulla ejus erat inſcriptio, quam quidem ego ex certiſſima conjectura non dubitanter praefixi.

(b) Quorum illi copia in caeſenate bibliotheca ſuppetebat.

(c) Cicero lib. VII. epiſt. 23. ad Fabium Gallum; *Tantum quod ex arpinati veneram, cum mihi a te litterae redditae ſunt.* Idem autem valet heic *tantum quod*, ac *commodum* in illis ejuſdem Ciceronis *ad Att.* lib. XIII. epiſt. 11. *Commodum diſceſſeras heri, cum Trebatius venit, paullo poſt Curtius.* & epiſt. 19. *Commodum diſceſſerat Hilarus librarius... cum venit tabellarius cum tuis litteris.* Pro utroque autem uſurpavit etiam *vix* & *vixdum* idem Cicero lib. II. *de orat.* c. 89. *Vix annus intercesſerat ab hoc ſermone cohortationis meae, cum iſte accuſavit Norbanum.* & lib. IX. *ad Attic.* epiſt. 2. *Vixdum epiſtolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum, Poſtumius Curtius venit.*

(d) Loci, qui heic ſignificántur, ſunt in Ciceronis oratione *pro domo ſua* cap. 110. 111. & 112. *At quae dea eſt? Bonam eſſe oportet, quandoquidem eſt abs te dedicata. Libertas, inquit, eſt. Eam tu igitur domi meae collocaſti,* quam

quare & meum diutius quaerendi , & tuum accuratius deſcribendi laborem levatum eſſe , valde laetor . ſuppeditet modo mihi in his temporis anguſtiis ingenium ; quod ipſum , etiamſi natura tardius ſit , mirifica certe erga te benevolentia incitatur . ſcito igitur, videri mihi , clariſſimum illum virum , ſummo genere natum, pontificem & conſularem , C. Cottam fuiſſe , eum,
quem de natura deorum cum Vellejo & Balbo apud ſe (e) lo- e
quentem, puto, meminiſti . erat enim is , coſſ. Piſone & Gabinio, pontifex , Ciceroni praeterea adjunctus (f) ſumma neceſſi- f
tudine , utriuſque (g) officiis conſtituta . is itaque Cotta, cum , g
turbu-

quam ex urbe tota ſuſtuliſti ? tu , cum collegas tuos , ſumma poteſtate praeditos , negares liberos eſſe : cum in templum Caſtoris aditus eſſet apertus nemini : cum hunc clariſſimum virum , ſummo genere natum , ſummis populi beneficiis uſum , pontificem & conſularem , & ſingulari bonitate & modeſtia praeditum . . . audiente populo romano , a pediſequis conculcari juberes : cum indemnatum exturbares , privilegiis tyrannicis irrogatis : cum principem orbis terrae virum incluſum domi contineres : cum forum armatis catervis perditorum hominum poſſideres : Libertatis ſimulacrum in ea domo collocabas , quae domus erat ipſa indicio tui crudeliſſimi dominatus , & miſerrimae populi romani ſervitutis ?

111\. *Eumne potiſſimum Libertas domo ſua debuit pellere, qui niſi fuiſſet, in ſervorum poteſtatem civitas tota veniſſet ? At unde inventa eſt iſta Libertas ? quaeſivi enim diligenter . Tanagraea quaedam meretrix fuiſſe dicitur . ejus non longe a Tanagris ſimulacrum e marmore in ſepulcro poſitum fuit . hoc quidam homo nobilis , non alienus ab hoc religioſo Libertatis ſacerdote , ad ornatum aedilitatis ſuae deportavit . etenim cogitarat omnes ſuperiores muneris ſplendore ſuperare . itaque omnia ſigna , tabulas , ornamentorum quod ſuperfuit in fanis & communibus locis , tota e Graecia atque inſulis omnibus , honoris populi romani cauſa , ſane frugaliter domum ſuam deportavit .*

112\. *Is , poſteaquam intellexit, poſſe ſe , interverſa aedilitate , a L. Piſone conſule praetorem renunciari , ſi modo eâdem prima littera competitorem habuiſſet aliquem , aedilitatem duobus in locis , partim in arca , partim in hortis ſuis collocavit , ſignum , de buſto meretricis ablatum , iſti dedit , quod eſſet ſignum magis iſtorum , quam publicae libertatis .*

(e) Id eſt *domi ſuae* . Cicero lib. I. *de orat.* c. 214. *M. vero Scaurus , quem non longe ruri apud ſe eſſe audio , jam , credo , huc veniat* . habitam autem in C. Cottae aedibus diſputationem illam de natura deorum , prodidit idem Cicero libro I. ejuſdem operis c. 15. *Quod cum ſaepe alias , tum maxime animadverti , cum apud C. Cottam, familiarem meum , accurate ſane & diligenter de diis immortalibus diſputatum ſit . nam , cum feriis latinis ad eum , ipſius rogatu arceſſituque veniſſem , inveni eum ſedentem in exhedra , & cum C. Vellejo ſenatore diſputantem . aderat etiam Q. Lucilius Balbus .*

(f) Q. Cicero *de petitione conſulatus* ſimiliter eſt loquutus . ait enim cap. 7. *Ego autem tibi hoc confirmo , eſſe neminem , niſi aliqua neceſſitudine competitorum alicui tuorum ſit adjunctus , a quo non facile , ſi contenderis , impetrare poſſis , ut ſuo beneficio promereatur , ſe ut ames , & ſibi ut debeas .*

(g) *utriuſque tuta*]. *is* &c. cod. vatic. Emendavi , quae deeſſe mihi viſa ſunt , ſupplens ex illis Ciceronis *pro Cluentio* cap. 117. *Mihi cum eo ſumma , utriuſque officiis conſtituta , neceſſitudo eſt .*

turbulentiſſimo illo tempore clodiano, tribunitio furori amici
cauſa occurreret, ab illo ipſo Clodio eſt indigniſſime tractatus.
quo etiam tempore princeps orbis terrae Pompejus, quem eodem loco ne nominat quidem, propter metum dimicationis &
ſanguinis privatis ſe parietibus continebat. Sequitur, ut de interverſa aedilitate tibi, quid ſentiam, exponam. quare ſic habeto, & nobilem illum hominem, cujus nomen ut curioſius
b quaerendum non eſt (quanti (*b*) enim refert non ignorare?) ſic,
ſi te in eam partem incitares, facile ex veterum monumentis
i poſſis eruere (*i*), magnam vim ſignorum, tabularum, pulcherrimarum denique rerum omnium ad ornatum aedilitatis, quam
petiturus erat, Romam undique deportaſſe, &, cum animad-
k verteret, a duobus illis, non jam conſulibus (*k*), ſed provinciarum mercatoribus, magiſtratuumque & dignitatis populi romani venditoribus, omnia poſſe obtineri, Piſonis gratia fretum,
ſpe praeturae aedilitatem abjeciſſe. ac nimirum homini facile fuit
medium illum inter quaeſturam & praeturam honoris gradum
tranſilire, praetoremque fieri, quod competitorem habuit, cujus
tam praenomen & nomen, quam ſuum, in tabella éadem litera
deſignare videretur. exempli cauſa: petunt eundem magiſtra-
l tum Cicero & Varro. utriuſque tabella (*l*) habet *M. T.* ut ex illis
notis tam *Marcum Tullium*, quam *Marcum Terentium* poſſis inter-
m pretari. conveniunt etiam primae literae ſaepe cognominis (*m*),
ut utriuſque tabellae ſenſus idem videri poſſit. quamobrem non
n ita magnum negotium fuit illi (*n*) eo artificio multos fallere,
cum interverſam aedilitatem, ut ita dicam, ad eandem primam
o literam transferret (*o*). itaque aedilitii muneris ornatum, cujus
rei

(*b*) Non *quanti*, ſed *quantuli* ſcripſit fortaſſe Pogianus.

(*i*) Appium Claudium, P. Clodii fratrem, *nobilem* hunc *hominem* fuiſſe, eum, qui, praeterita aedilitate, Lentulo & Metello conſulibus, praetoe fuit, noo eſt dubitandum.

(*k*) Piſone & Gabinio.

(*l*) Videtur Pogianus exiſtimare, eos, qui magiſtratus peterent, tabellas ſuo cujuſque inſcriptas nomine ad comitia attuliſſe. quod certe non ita fuit. ſuffragatores enim, non vero petitores, ejuſmodi tabellas afferebant, ejus candidati, cui ſtúdebant, praenomine, nomioe, ac cogoomine ioſcriptas.

(*m*) Ut in cognominibus *Cicero*, & *Caeſar*.

(*n*) Omnioo *nobilis ille homo*, non vero Piſo, a Pogiano ſignificatur. atqui non *ille*, ſed Piſo conſul, qui praetoriis comitiis praeeſſe debebat, uſurus fuiſſe videtur aliquo artificio, aliquamque fraudulentam rationem initurus, quo *ille*, ſi modo competitorem aliquem eádem prima littera habuiſſet, praetor, non obita prius aedilitate, renunciaretur.

(*o*) Quid Pogianus dicat *Interverſam aedilitatem ad eandem primam literam transferre*, equidem non intelligo: niſi forte hoc voluit dicere, *nobi-*

r ei ſplendore ſuperiores omnes ſuperare cogitarat, praetor factus partim vendidit, & eam pecuniam in arca collocavit, partim ad hortorum ſuorum ornamentum contulit, Tanagreae meretricis, ideſt Libertatis, ſignum Clodio dedit. & haec de interverſa, ideſt ab eo, cui is honos mandari debebat, ad alterum per fraudem translata aedilitate (*p*). Erunt, qui dicant *eandem primam literam* eſſe *A*. ut enim literarum omnium princeps p
eſt, ſic etiam *aedilitatis*; ut intelligas, alterum, qui peteret aedilitatem, eſſe eum, cui eſſet *eadem prima litera*: quos nihil dicere arbitror (*q*). Habes ſententiam de utraque re meam, quam q
V 2 uni

nobilem illum virum aedilitatem a ſe in alium, qui eádem prima littera eſſet, tranſtuliſſe. ſed certe *nobilis illius viri* conſilium atque propoſitum non fuit aedilitatem a ſe in alium transferre, ſed praeturam ſibi, praeterita aedilitate, comparare. quid autem illi, praetor ut fieret laboranti, prodeſſe poterat, ſi non ipſe, ſed alius factus fuiſſet aedilis?

(*p*) Heic jam perſpicuum eſt quid *interverſam aedilitatem* Pogianus intellexerit, ſed pravo certe intellectu. neque enim ſi *nobilis ille homo* curaſſet, atque adeo effeciſſet, ut aedilitas, ſibi debita, alteri demandaretur, *intervertiſſe aedilitatem* dici potuiſſet. *interverti* enim latine dicuntur ea, non quae nobis debita in alios ſive transferimus, ſive transferri ſinimus, ſed contra, quae, aliis debita, avertimus, ad noſque transferimus. Cicero in Verr. act.II.lib.4. c.68. *Multi reges . . . habent profecto in animo Capitolium ſic ornare, ut templi dignitas imperiique noſtri nomen deſiderat, qui, ſi intellexerint, interverſo regali hoc dono* (candelabro ſcilicet pretioſiſſimo, quod, ab Antiocho rege Jovi capitolino deſtinatum, Verres abſtulerat) *graviter vos tuliſſe, grata fore vobis populoque romano ſua ſtudia ac dona arbitrabuntur*. Idem in M. Antonium II. c.79. *Ille* (Caeſar) *induxit* (Dolabellam) *ut peteret* (conſulatum): *promiſſum & receptum intervertit, ad ſeque transtulit: tu* (Antoni) *ejus perfidiae voluntatem tuam adſcripſiſti*. Hoc autem loco *aedilitas* non pro *aedilicia dignitate*, ſed pro eo *munere*, quod populo romano *aediles* dare debebant, accipienda eſt. qua eádem ſignificatione dixit infra Cicero, nobilem illum hominem *aedilitatem partim in arca, partim in hortis ſuis collocaſſe*: quod ipſum fuit *aedilitatem*, populo romano debitam, *intervertere*, ad ſeque transferre.

(*q*) Ego quoque, qui ita dicunt, nihil eos dicere arbitror. ſed neque Pogianum noſtrum quidquam in tota hac ſua epiſtola, neque quemquam e tot Ciceronis interpretibus, multum in commentariis ſuis, quod quidem ad obſcuriſſimum certe locum illuſtrandum ſatis valeret, dixiſſe adhuc, exiſtimo: de quo quidem loco, de ejuſque aliorum interpretationibus audiendus Andreas Schottus lib. I. *Nodorum Ciceronianorum* cap. 18. qui ſuas etiam de eo conjecturas affert. *Locus*, inquit, *oratione* pro Domo *interpretes torſit haud dubie: ſed ſilentio diſſimulare, ut ſit, ac praeterire, quam ignorantiam profiteri, maluerunt. ecquis enim, quod ignorat, explanaverit? in ejus orationis parte extrema, P. Clodii, hominis flagitioſi, ut alibi ſaepe, vitam moreſque dum orator recenſet, rurſum ille nobis ad partes vocandus eſt. verba itaque apponere non pigebit*: Is, poſtquam intellexit, poſſe ſe, interverſa

aedi-

aedilitate, a L. Piſone conſule praetorem renunciari, ſi modo eádem prima littera competitorem habuiſſet aliquem, aedilitatem duobus in locis, partim in area, partim in hortis ſuis collocavit. *Interrogatus aliquando ab eruditiſſimo amico ac diligenti Ciceronis lectore, quae haec tandem* prima littera *eſſet* αἰνιγματώδης *dictu, de plano reſpondere ut non debui, ſic nolui: non enim, ut ille ajebat, e numero ſumus vomentium. nam & Lambinum, hominem doctiſſimum, hic ne haeſitaſſe quidem, verbumque nullum commutaſſe, cetera non indiligentem, video:* ἀλλὰ γρῦ γρύ. *alterum vero Dionyſium Gallum, edito Ciceronis contextu, addita ſynopſi, & pandectis juris egregie illuſtratis, ad oram ſcripſiſſe video* praematuri: talem competitorem. *quod quale ſit, equidem non divino; niſi, ut ſuſpicor, operarum culpa mendum eſt, locumque obſcurat magis. Quid Manutius? Thomas enim Freigius Germanus piſce & hic magis mutus eſt. Paullus* (Manutius) *vero quid verba ſonent ſic nos edocet, nodum tamen non expedit: de mendo autem ne ſuſpicatur quidem.* ut reliquae, *inquit,* nominis litterae, prima tantum incolumi, corrumpi mutarique poſſent. *hoccine vulnus ſanare eſt, aut obſcuris lucem adferre? imma obſcurare id eſt potius. Proponam, pace lectoris, in mentem quod venit, dum locum otioſus expendo, eo nimirum inclinante tandem animo, ut aut duo illa verba* prima littera *furcis ejiciantur fodianturve, aut certe, ſi obtorto collo retinenda atque emendanda ſunt,* praetura *pro his ſubjiciatur. ſic enim planus evadet locus, minimeque impeditus. haec mea mens. plures tamen conjecturas adferre, quando libris ſcriptis ac membranis hic deſtituimur, quid prohibet? parva temporis & chartae jactura. fuit cum ſcripſiſſe Ciceronem hic opinarer* priva lege. *L. enim pro* lege *antiquitus ſcriptum Valer. Probus in Notis auctor eſt.* priva *autem* lex, *quod hodie* privilegium *nominamus,* praerogativam *Cicero. Quid ſi reponas* eádem primo licentia? *vel ſic:* ſi modo, ea adempta, alterum competitorem habuiſſet. *Sed, verum ut fatear, hariolari hoc eſt ac divinare. placet, quod jam ſubjeci,* τὸ praetura *reponi.*

Schotti *haec omnia*, inquit Georgius Graevius, *rejicit Samuel Petitus Miſcell.* III. 6. *& cenſet*, eádem prima littera competitorem *a Cicerone dici, qui ejuſdem ſit praenominis cum Piſone conſule, id eſt*, Lucius *vocetur; quod praenomen prima tantum littera L ſcriberetur vulgo. itaque recte dixiſſe Ciceronem* eádem *cum Piſone conſule* prima littera competitorem, *qui non minus quam Piſo*, Lucius *appellatus ſit, atque eádem prima litera L deſignaretur. ludere autem M. Tullium in varia hujus praenominis* Lucii *acceptione, dataque occaſione Piſonem conſulem, hoſtem ſuum, carpere & notare.* Lucium *igitur dici hominem vilem & improbum, id liquidum eſſe e Tertulliani verbis Apologet.* III. ... *Dicere igitur Ciceronem, nobilem illum virum potuiſſe a Piſone praetorem renunciari, ſi modo* Lucium *aliquem, hoc eſt, vilem & improbum, non minus quam erat L. Piſo conſul, competitorem habuiſſet. Haec Samuel Petitus. ſed ſunt argutae nugae.* Hactenus Graevius: qui, ut puto, ne ipſe quoque *argutae nugari* cogeretur, ſatis habuit Petiti interpretationem afferre, nullam ipſe ſuam proferens.

M. Antonius Ferratius in ejuſdem loci interpretatione non ille quidem nugatur (quid enim minus in praeſtantiſſimi interpretis, deque Cicerone praeclare meriti, gravitatem atque ſapientiam cadere poteſt?), ſed certe mihi non aeque atque in caeteris ſatisfacit. ſic autem ait in epiſtola 4. libri III. edit. venet. an. 1738. (quam quidem temporis notam idcirco non praetermittendam putavi, ut quivis intelligat, italum quemdam Ciceronis interpretem, cujus adnotationes in orationem *pro domo* anno 1750. Venetiis itidem prodierunt, non ſuam

hujus

uni tibi notam eſſe velim, praeterea nemini. cupio enim, te, tum

hujus loci, ſed Ferratii interpretationem, tacito Ferratii nomine, pag.628. attuliſſe. quod eſt hominis, alios, per quos profeceris, debita laude gratiaque fraudantis). *Quo melius ea, quae dicta ſunt, omnibus pateant, explicabo locum illum orationis* pro domo ſua, *quem proferebam*: Poſſe ſe, interverſa aedilitate, a L.Piſone conſule praetorem renunciari. *Nemo dubitat, quin Ap.Claudius ſignificetur. cum enim ſupra haec ſint verba*, Quidam homo nobilis, non alienus ab hoc libertatis ſacerdote, *ea non poſſunt, niſi ad unum Appium, P. Clodii fratrem, pertinere: quippe ſeptem reliqui praetores illius anni Ciceronis partes defenderant. Appius igitur eo anno, quo Cicero exulabat, aedilitatem petebat, ſignaque ac tabulas ex tota Graecia atque omnibus inſulis deportaverat Romam*: etenim cogitarat omnes ſuperiores muneris ſplendore ſuperare. *ſed, mutata repente ſententia, & omiſſa aedilitatis petitione, per fraudem factus eſt praetor. qua vero id ratione contigerit, orator ſic exponit*: Is, poſteaquam intellexit (*ſic enim inter Appium & Piſonem convenerat*) poſſe ſe, interverſa aedilitate (*fraudans populum aedilitate, quam pollicitus fuerat, eam, quaſi debitam, avertere videbatur*), a L. Piſone conſule (*qui magiſtratuum omnium habiturus erat comitia*) praetorem renunciari, ſi modo eádem prima littera competitorem habuiſſet aliquem &c. *Fac, eodem anno petiiſſe praeturam* A.Poſtumium *quemdam. cum tabellis nequaquam inſcriberentur integra nomina candidatorum, ſed, brevitatis cauſa, primae tantum litterae nominis cujuſque, neceſſe erat, praetoriis comitiis, praeter alias aliorum multas, duas etiam tabellas dari, quarum una* A. P. *haberet pro Poſtumio, altera* A. C. *pro Claudio. promiſerat autem Piſo conſul, ſe, in examinandis uniuſcujuſque centuriae ſuffragiis, tabellas omnes, inſcriptas* A. P. *pro Appio accepturum: quorum ſuffragiorum acceſſione facta ad ea, quae ipſe* (Appius) *tuliſſet, dubium non erat, quin praetor fieret. Nam commentatoris* (Paulli Manutii) *opinio*, potuiſſe reliquas nominis litteras, prima tantum incolumi, *facile* corrumpi, *defendi non poteſt; tum quia litura apparuiſſet, tum etiam quia tot litteris corrumpendis in tam multis tabellis, neque tempus erat opportunum, ſi uno die comitia abſolvenda erant, neque locus, cum univerſus populus romanus adeſſet.*

Mihi quoque Manutii opinio tum ob has ipſas tum ob alias, in quas incurrit, difficultates, *non poſſe defendi*, videtur. ſed vereor, ne tu quoque, Ferrati, tuam defendere, quamquam valde & ingenioſam & eruditam, non poſſis. jam illud, quo tota interpretatio tua nititur, *nomina candidatorum, non integra, ſed prima tantum littera inſcribi tabellis* ſolita, quem tibi daturum putas? de praenominibus, quae admodum pauca apud romanos erant, fortaſſe id verum eſt: quamquam in his ipſis, ſi una atque eádem littera duorum prima eſſet, ut *Auli* & *Appii*, ut *Caji* & *Cnaei*, ut *Marci* & *Manii*, ut *Titi* & *Tiberii*, ſuo quamque diſcrimine ac veluti charactere notari, non modo in ejuſmodi tabellis, ſed in omni ſcriptorum genere conſueviſſe, certiſſimum eſt. neque enim *A.* neque *Aulum* atque *Appium*, neque C. neque *Cajum* ac *Cnaeum*, neque *M.* neque *Marcum* ac *Manium*, neque *T.* neque *Titum* ac *Tiberium* ſignificavit umquam, ſed *A. Aulum* dumtaxat, *C. Cajum*, *M. Marcum*, *T. Titum*: *Appii* autem nota haec ſemper fuit *Ap.*, *Cnaei* haec *Cn.*. *Manii* haec M'. denique *Tiberii* haec *Ti.* At vero in nominibus ac cognominibus, quae prope innumerabilia atque admodum inter ſe diverſa erant, quanam, quaeſo, ratione venire in mentem cuiquam potuiſſet, ad ea ſignificanda, non

Digitized by Google

non niſi prima cujuſque littera in ſcribendo uti? *Brevitatis cauſa*, inquis. Crede mihi, non ita amantes brevitatis erant illi veteſes, ut, quae ſcriberent, non intelligi, quam paullo eſſe longiores in ſcribendo mallent. quae ſi illis brevitas ſcribentibus tantopere probabatue, cur non etiam eam dicis ab iiſdem ad loquendum fuiſſe translatam, ut propterea talium nominum non niſi primam cujuſque litteram, brevitatia cauſa compreſſis reliquis, appellaeent? octo praetotes illa Ciceeonis aetate ſingulis annis creabantur: cujus magiſtratus vel octoginta, atque adeo octingenti, ſi fors tuliſſet, petitores eſſe potuiſſent. nihil autem vetat, in tanta multitudine decem repettos, qui & eodem *Auli* praenomine, & eádem nominis prima littera eſſent. fac, ſuffragatorum alios A. Papirio, alios A. Papio, alioa A. Petilio, alios A. Pinario, alios A. Plautio, alios A. Pompejo, alios A. Pomponio, alios A. Popillio, alios A. Porcio, alioa denique A. Poſtumio tuo faviſſe. tu, ſi praetoriia comitiis conſul praeeſſes, tibique centuriarum multa illa ſuffragiorum millia examinanda afferrentur, in quibus non niſi *A. P.* inſcriptum videres; quaeſo, quid ageres? quem ex decem illis competitoribus deſignari litteris *A. P.* exiſtimares? in quem plura ſuffragia conſpiraſſe ſtatueres? denique, qui non L. Piſo eſſes, ulli Appio Claudio addictua ac venditus, ſed ſumma fide conſtantiaque conſul, quem potiſſimum ex toto illo *Aulorum P.* numero praetorem renunciares? tu vero, opinor, haereres, aeſtuares; quo te veeteres, non haberes: tandemque faterere, ejuſmodi tabellarum inſcriptiones non tam breves, quam putaraa, eſſe oportuiſſe.

Sed eſto, prima dumtaxat cujuſque nominis littera fuerit ſuffragiorum tabellia inſcripta. quaero ex te: quae tum, in *Appii Claudii* atque *Auli Poſtumii* petitione illa praeturae, opportuna ac commoda Piſoni conſuli facultaa data eſſet *Appium Claudium*, *Aulo Poſtumio* praeterito, ptaetotem renunciandi? Tum nempe, inquis, praeter tabellas inſcriptaa *A. C.* quae ad *Appium Claudium* pertinuiſſent, inſcriptas etiam *A. P.* quae ad *Aulum Poſtumium*, ejus competitorem, pertinebant, pro *Appio Claudio* Piſo conſul, praetoriis comitiis praeſidens, accepiſſet. Sed quaero iterum ex te: cur Piſo conſul, praetoriis comitiis praeſidens, duaa illas tabellarum litteras *A. P.* dumtaxat adamarit ac requiſierit, caeteras autem omnes, quaſi conſilio ſuo Appii praetoris renunciandi minime accommodatas, exceperit ac repudiarit? an non tabellas, quibuſcumque tandem inſcriptas litteris, pro *Appio* homo injuſtus ac fraudulentus potuiſſet accipere? Non, inquis: ſi enim tabellas, aliis praeter quam *A. P.* inſcriptas litteris, pro *Appio* a Piſone accipi vulgo eſſet animadveeſum, tum fraus hominis atque injuria manifeſto tenetetur. Atqui non minus, inquam, eadem fraus atque injuria deprehenſa eſſet, ſi tabellas, inſcriptas *A. P.* homines inſpexiſſent, qui pro *Aulo Poſtumio* accipiendas ſcirent, ac pro *Appio Claudio* acceptaa a Piſone viderent. non igitur quidquam majoris commodi aut opportunitatis atque anſae ad Appium Claudium praetorem renunciandum ex *Auli Poſtumii* potius, quam ex cujuſvis alius candidati praeturae petitione Piſoni conſuli, in eam renunciationem intento atque incumbenti, Feerati, comparabatur: totumque hoc tuum de tabellis inſcriptis *A. P.* tamquam vanum ac commenticium ab omnibus, atque a te in primis, omnium graviſſimo veritatiſque amantiſſimo, repudiandum eſt. quod quo magis intelligas neceſſario eſſe faciendum, illa eadem, a te prolata, Ciceronis noſtri verba recognoſce. *Is* (Appius) *poſteaquam intellexit, poſſe ſe, interverſa aedilitate, a* L. *Piſone conſule praetorem renunciari, ſi modo eádem prima littera competitorem habuiſſet aliquem* &c. Vides, ad *Appii* renunciationem, *primam modo eamdem* competi-

tum mea tum tua cauſa, in his rebus aliquando tectiorem eſſe.

qua-

petitoris *litteram* fuiſſe neceſſariam. tu, niſi, praeter primam, etiam ſecundam, hoc eſt, praeter *A.* etiam *P.* in *Appii* competitore *eamdem* repereris, *Appii* renunciationem conſtituere atque tranſigere non potes: ut, ſi forte in praetoriis illis comitiis aliquis *Aulus* praenomine, ſed nullus ſive *Poſtumius*, ſive alius eâdem nominis prima littera, hoc eſt *P*, competitor repertus fuiſſet, *Appii* prima littera, in illius alterius competitoris praenomine *eadem* reperta, nihil *Appii* petitionem, ſententia tua, adjuvare potuiſſet. atqui, Ciceronis ſententia, prima una illa ſatis ad *Appium* praetorem renunciandum erat tutura.

Nunc ego, ne tantum videar aliorum opiniones reprehendere, nullam meam interea proferre, de controverſo hoc loco quid ſentiam timide verecundeque dicam. ſic autem exiſtimo, nullius heic fraudis aut injuſtitiae in comitiorum ſuffragiis avertendis, ſed ſummae in iis legendis imperitiae Piſoni notam Ciceronem inurere voluiſſe; cui contumeliae locus ut eſſet, totum illud de *prima* ejus, qui Appii competitor futurus erat, *eâdem littera* lepide atque oratorie ab eo excogitatum confictumque eſſe. *lepide*, inquam, atque *oratorie*. nam & oratorum eſt talia, praeſertim in narrationibus, comminiſci, & ineſt in iis elegans lepor atque feſtivitas. quod genus veteribus illis ſummis oratoribus & probatum & frequentatum fuiſſe, vel unum illud Julii Caeſaris apud Ciceronem libro II. *de orat.* cap. 240. ſatis declarat: *Duo ſunt*, inquit, *genera facetiarum; quorum alterum re tractatur, alterum dicto. re; ſi quando quid, tamquam aliqua fabella, narratur: ut olim tu, Craſſe, in Memmium, comediſſe eum lacertum Largii, cum eſſet cum eo Tarracinae de amicula rixatus. ſalſa, attamen a te ipſo ficta tota narratio. addidiſti clauſulam, tota Tarracina tum omnibus in parietibus inſcriptas fuiſſe litteras, tria* LLL, *duo* MM. *cum quaereres, id quid eſſet, ſenem tibi quemdam oppidanum dixiſſe*: Lacerat Lacertum Largii Mordax Memmius. *Perſpicitis, hoc genus quam ſit facetum, quam elegans, quam oratorium, ſive habeas vere quod narrare poſſis, quod tamen eſt mendaciunculis adſpergendum, ſive fingas?* Jam in controverſo, quo de agere coepimus, loco, reliqua vera ſunt; illud de *prima* competitoris *littera* ſane *mendaciunculum* veris *adſperſum* puto. ait igitur orator, Appium, qui aedilis (quo ex magiſtratu ad praeturam erat adſcenſus) eſſe nollet, ne aedilicii muneris ſumtus, quos ſibi reſervare volebat, facere cogeretur, praetor autem fieri majorem in modum optaret, quum vidiſſet, illo ipſo anno, quo aedilitatem petiturus eſſet, L. Piſonem conſulem praetoria comitia habiturum, hominem nimirum plane rudem ac ruſticanum, & omnis litteraturae penitus expertem, ſtatim, abjecta aedilitatis petitione, de petenda praetura cogitare, atque adeo de aſſequenda ſperare coepiſſe. *intelligebat* enim, ſibique perſuaſerat, quum illius conſulis tanta eſſet hebetis ingenii tarditas tantaque litterarum inſcitia, ut non niſi primam alphabêti, quod vocant, litteram *A* noſſet (quam, ſi ne eam quidem noſſet, non ita difficili negotio ab ſe doceri potuiſſet), *intelligebat*, inquam, facilem ſibi atque expeditam adipiſcendae praeturae, eo conſule, rationem fore, *ſi modo* ſecum una eamdem praeturam aliquis peteret, cujus *prima* primi nominis (hoc eſt praenominis) *littera* eſſet *eadem*, quae eſt *Appii*, quique, exempli cauſa, *Aulus* vocaretur. tum enim ipſe Appius, de ſua petitione Piſonem tempeſtive monens, id effeciſſet, ut, cum ad comitia ventum eſſet, quoties illitteratiſſimus conſul in ſuffragatorum tabellis, quas ipſe recognoſcere

ſolus

ſolus debebat, nomen aliquod, ab *A* littera incipiens, offendiſſet, non niſi *Appium*, nihil de *Aulo* cogitans aut ſuſpicatus, deſignari crederet: qua re fieret, ut ſuffragiorum puncta, quae, inſpectis centuriarum tabellis, in codicem (quam *tabulam* dicebant), conſule dictante, deinceps referebantur, tam ea, quae ipſius Appii erant propria, quam ea, quae ad Aulum competitorem pertinebant, omnia uni ſibi adſcriberentur, ſic, ut ex utriſque certiſſimus ipſe praetor a bono illo minimeque malitioſo conſule, poſt initam omnium punctorum rationem, ſine controverſia renunciari deberet.

Video, nonnullos miraturos, tantam tamque inſignem vel primorum elementorum inſcitiam Piſoni objici ab oratore potuiſſe, quae plane eſſet incredibilis. ſed non abhorret hoc a caetera ejuſdem oratoris conſuetudine: qui in iis, quos vehementer oderat, palamque inimicos atque infenſos habebat, inſectandis, quo ſe illis acerbiorem ac moleſtiorem, eoſque aliis magis deſpiciendos atque irridendos praeberet, incredibilia quaedam de iis comminiſci ac narrare conſuevit, non ut crederentur quae diceret, ſed ut ii, de quibus diceret, contemni a ſe ac ludibrio haberi ſentirent, idque ipſum ab iis, apud quos diceret, ita eſſe intelligeretur. an non hujus generis ſunt illa in Verrem actionis ſecundae libro primo cap.133? *Venit ipſe in aedem Caſtoris: conſiderat templum: videt undique tectum pulcherrime laqueatum, praeterea caetera omnia nova atque integra. verſat ſe: quaerit quid agat. dicit ei quidam ex illis canibus, quos iſte Ligari dixerat eſſe circa ſe multos;* „ *Tu, Verres, hic quod moliare, nihil habes, niſi forte vis ad perpendiculum columnas exigere* „. *Homo, omnium rerum imperitus, quaerit, quid ſit* ad perpendiculum? *Dicunt ei &c.* Et ejuſdem actionis libro quinto cap.27. *Cum autem ver eſſe coeperat, cujus initium iſte non a Favonio, neque ab aliquo aſtro notabat, ſed, cum roſam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur, dabat ſe labori atque itineribus.* Et in M.Antonium Phil.II c.16. *O miſerum! ſive illa tibi nota non ſunt (nihil enim boni noſti), ſive ſunt, qui apud tales viros tam impudenter loquare.* & ib.c.19. & 20. *Jam illud cujus eſt non dico audaciae (cupit enim ſe audacem dici), ſed, quod minime vult, ſtultitiae, qua vincit omnes, clivi capitolini mentionem facere, cum inter ſubſellia noſtra verſentur armati? ... Nec vero tibi de verſibus reſpondebo. tantum dicam breviter, neque illos neque ullas te omnino litteras noſſe.* & c.42. *Haec ut colligeres, homo amentiſſime, tot dies in aliena villa declamaſti? quamquam tu quidem, ut tui familiares dictitant, vini exhalandi, non ingenii acuendi cauſa declamitas.* & Phil.III. c.21. *At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus! ſententiolas edicti cujuſdam memoriae mandavi, quas videtur ille peracutas putare: ego autem, qui intelligeret quid dicere vellet, adhuc neminem inveni ... Nonne ſatius eſt mutum eſſe, quam, quod nemo intelligat, dicere? ea, cur magiſter ejus ex oratore arator factus ſit, poſſideat in agro publico populi rom. campi leontini duo millia jugerum immunia, ut hominem ſtultum magis etiam infatuet mercede publica.* & Phil.V. c.19. *Ipſe interea decem & ſeptem dies (ut digeſtio potius quam declamatio videretur) de me in tiburtino Scipionis declamitavit, ſitim quaerens. haec enim ei cauſa eſſe ſolet declamandi.* Sed de nemine tam multa incredibilia Ciceeo, quam de ipſo Piſone, contumeliae atque irriſionis cauſa, dixit: cum quibus ſi hoc de ignoratis ab eo elementariis litteris convicium comparetur, valde moderatum ac ſane leve videatur neceſſe eſt. in ea oratione, quam poſt reditum ab exſilio habuit in ſenatu, *Ille alter,* inquit, illum deſcribens cap.13. *Caeſoninus Calventius, ab adoleſcentia verſatus eſt in foro, cum eum, praeter ſimulatam verſutamque triſtitiam, nulla res commendaret ... Cum hoc homine,*

on

Digitized by Google

quare tacitum iſtud tenebis. Bembina (r) expecto, & ſi quid praeterea. Vale, & ſaluta meis verbis tuos omnes, in primis vero ampliſſimum virum avunculum tuum. ſtude, & ſcribe diligenter. Caeſena. III. non. junii.

an cum ſtipite aethiope ſi in fora conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe: ſine ſenſu, ſine ſopore, elinguem, tardum, inhumanum negotium; cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. An credibilius eſt, Piſonem *elinguem*, quam illiteratum fuiſſe, hoc eſt, loqui, quam legere neſciiſſe? In oratione autem, contra ipſum coramque ipſo habita in ſenatu, ſexcenta ſunt ejuſmodi omnem fidem ſuperantia maledicta, quorum duo tantum exempli cauſa nunc proferam: unum ex cap. 67. *Nihil apud hunc* (Piſonem) *lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum, (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quidquam, praeter libidines, ſumptuoſum. toreuma nullum: maximi calices, & hi, ne contemnere ſuos videatur, placentini: exſtructa menſa non conchyliis & piſcibus, ſed multa carne ſubrancida. ſervi ſordidati miniſtrant, nonnulli etiam ſenes: idem coquus, idem atrienſis: piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum a propola atque de cupa: bibitur uſque eo dum de ſolis ortu nuncietur. ubi galli cantum audivit, avum ſuum* (maternum; qui natione Gallus fuerat) *revixiſſe putat: menſam tolli jubet.* Si credibile eſt, id putaſſe Piſonem, ſit ſane incredibile, ignorantiam vel primorum omnis doctrinae elementorum eidem potuiſſe a Cicerone objici. Alter locus eſt in ejuſdem orationis capite 73. hujuſmodi: *Verumtamen, quoniam te non Ariſtarchum, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum verſum, ſed poëtam armis perſequare, ſcire cupio quid tandem iſto in verſu reprehendas,* Cedant arma togae. *Tuae dicis, inquit, togae ſummum imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te, aſine, litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. non dixi hanc togam, qua ſum amictus, nec arma, ſcutum & gladium unius imperatoris: ſed, quod pacis eſt inſigne & otii* toga, *contra autem* arma *tumultus atque belli, more poëtarum loquutus hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio conceſſurum. quaere ex familiari tuo graeco illo poëta. probabit genus ipſum & agnoſcet; neque, te nihil ſapere, mirabitur.* Et mirabitur quiſquam, cum videat tam multa incredibilia de Piſonis inſcitia a Cicerone dici, illud quoque de ignorata ab eodem legendi ratione, certe incredibile, non tam dici, quam latenter atque obſcure ſignificari potuiſſe?

(r) *Bembina* haec ſunt illa ipſa, de quibus in proxime ſuperiore epiſtola actum eſt, ubi ita legitur: *equidem ex duobus his capitibus, quae ex Bembi oratione in tuam epiſtolam tranſtuliſti, ſenſum vix elicere, aut ne vix quidem, potui: ita multa quaſi tenebris quibuſdam obcaecata, partim praetermiſſa ſunt .... Bembina iſta attentius, quam antea feciſti, deſcribas.*

CVIII.

Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio.

EGO & iſtam tibi ad binas meas ad te literas ſerius reſcribendi cauſam fuiſſe doleo, & mirabiliter laetor, te ex morbo aliquando ita recreatum eſſe, ut & huic literarum & reli-

quo tuo officio non incommode ſatisfacias . firmiorem vero,
tum tua temperantia tum tuorum diligentia fretus, brevi fore
confido . quamobrem tibi etiam magnopere auctor ſum, ut pe-
riculo valetudinis nihil non modo mea, ſed ne tua quidem cau-
ſa, committas . tum erit & ſtudendi & ad me ſcribendi maturi-
tas, cum vires refeceris . quicquid praeripueris ad eas res tem-
poris, neque mihi praepropera tua feſtinatione gratum feceris,
& tibi parum conſulueris . proficiet etiam mora ad prudentiam
literarum tuarum, quam, ſi tuum ingenium bene novi, deſi-
derari abs te minime patiere . oratio tua eſt quidem latina ſic,
ut iſta aetate, quemadmodum ego exiſtimo, ea laude parem
habeas neminem . ſed, ut eadem praeterea apta ſit, elabores ve-
lim . nihil mediocre abs te requiritur: ſumma omnia expectan-
tur, quinetiam, quod tui id ſpecimen dediſti, pro debitis exi-
guntur . quare, quod aetas allatura eſt, id tu ingenio praecipias
oportet . nihil igitur eſt, ut argutiis utare, & *juſtae*, & *inju-
ſtae reprehenſionis*, & *tuae perfidiae*, & *meae invidiae* . neque
enim illa ad rem apposita, & ſunt aliena utroque noſtrum .
mitto, quod tuis acuminibus te ipſe compungis . nam *repreben-
ſionem*, ſi *juſta* eſt, quomodo effugis? *injuſtam* in re perſpicua
dicere qui potes? ecqua autem *ſuſpicio*? ecquis *invidiae* locus?
Eodem ſpectat, quod adjicis, me ad te ſcripſiſſe, ne, quae uni
tibi a me commiſſa eſſent, efferres . ſcilicet ego iſta quaſi my-
ſteria quaedam enunciari nolo . quis enim eſt ita linguae latinae
ignarus, ita rudis antiquitatis, qui illa neſciat? quare non ita
a magnum feciſſe exiſtimo Gallum iſtum (*a*) ſcriptorem comitio-
rum, ſi illum Ciceronis locum, ut tu inquis, illuſtravit; cu-
b jus, antequam Roma exirem (*b*), cum librum perlegiſſem, &
laudem homini tribui maximam, & majorem tribuiſſem, ſi non
interdum & a ſe ipſo, & a veterum ratione diſſentiret . ſed de
Gallo alias . ad me redeo . ego tecum non egi, ut non ſolum
c iſta, quae vulgaria ſunt, ſed ne quidem (*c*), ſi quid rarum aut
d ſingulare ſit, aſtute reticeas (*d*) . quis enim aliis ſua libentius
im-

(*a*) Nicolaum Gruchium Rotoma-
genſem ſignificari, non eſt dubitandum;
cujus opus *de comitiis romanorum* Lu-
tetiae Pariſiorum prodierat ex officina
typographica Michaëlis Vaſcoſani an-
no 1555.

(*b*) Exierat Roma Pogianus ineun-
te, ut opinor, vere anni 1556. In Aemi-
lia autem annum circiter commoratus,
rurſus ſe Romam cum card. Dandinio
recepit,

(*c*) Uſitatiſſimum latinis eſt dictio-
nem aliquam inter *ne* & *quidem* in-
terjicere . ſed quidam, non optimos for-
taſſe veterum latinorum codices ſequu-
ti, negant, id eſſe perpetuum .

(*d*) Oblitus nimirum Pogianus fue-
rat quid de hac re antea Fuſcherio prae-
cepiſ-

impertit, quam ego? vixi in iſta luce (*e*) aliquot annos, neque in praeſentia verſor in tenebris (*f*): ut hoc meum factum obſcurum eſſe non poſſit. quanquam hujus tu rei es omnium maxime conſcius. ſed iſta cautio magna ex parte tua eſt. quae vis ſit horum verborum, profecto debes intelligere: & ſunt nonnulla, quae ad ſuperiorem admonitionem meam pertineant: ſed propediem, ut ſpero, tua diligentia tollentur. haec ſumma ſit, ut ad me ſimpliciter ſcribas, & tui officii memineris. ego, quod abſens poſſum, pro eo quanti te facio, tibi nulla re de- ero. Vale.

cepiſſet. ſic autem in epiſtola psoxime ſuperiore (quae fortaſſe aliquot menſibus ante, quam haec, data eſt) ſcripſerat: *Habes ſententiam de utraque re meam, quam uni tibi notam eſſe velim, praeterea nemini. cupio enim te, tum mea tum tua cauſa, in his rebus aliquando tectiorem eſſe. quare tacitum iſtud tenebis.*

(*e*) Romanae usbis ſcilicet.

(*f*) Verſabatur autem, ut conjectura mea fest, Bononiae.

C I X.

Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio.

LAboravi vehementer, ut tuas elicerem literas, quibus ea levarer cura, quae meum animum habebat ſollicitum, qua de morbo, qua de ſtudiis tuis. nam, etſi cognoveram a Vincentio fratre tuo, febri carere te, tamen, quod tanto intervallo nihil epiſtolae meae reſcribebas, veritus ſum, ne aut ſatis confirmata non eſſet valetudo tua, aut omnino te latinae linguae cepiſſet oblivio. nunc utrunque ſumma mea cum voluptate didici ex proxima epiſtola, & te valere, ut volumus, neque ab eloquentiae ſtudio alienum eſſe. quare, quoniam in altero (*a*) eſt aliquod meum beneficium, mihi videndum putavi, ut id non modo abſens (*b*) tuerer, ſed quibus praeterea poſſem rebus ornarem. memini enim, nonnullos dictitare, ſe in tuis interdum epiſtolis imaginem quandam cernere ſcriptorum meorum. quo in genere tametſi facultatis meae me ſemper valde poenituit, tamen, quod videbam, te, qui & maturius & melioribus ducibus in eam viam ingreſſus eſſes, longius, quam me ipſum, progredi, vel potius eo pervenire poſſe, quo ne pauci quidem aſpiraſſent, tibi hortatu ac praeceptis non coram, non per literas defui. defuiſti tu quidem tibi nonnunquam, atque inſtitiſti in curſu, cum etiam committeres, ut mihi cohortan-

 di

(*a*) In eloquentiae videlicet ſtudio ac facultate.

(*b*) Erat Romae Pogianus, Fuſcherius Bononiae.

di tui facultas abeſſet. quare velim, aliquando incites ipſe te ad hanc laudem, cujus ſi fructum, quanti eſt, aeſtimaris, facile intelliges, nihil tanti eſſe, ut quicquam detrahas de diligentia legendi aſſidue Ciceronis, ſcribendique quotidie aliquid ad ejus imitationem. in quo, cenſeo, ſcriptore ſingula conſideres, rem, verba, ſententias, collocationem, & ad illam regulam tua ſcripta dirigas, non ut ſplendor illius orationis uſque adeo perſtringat (c) tuae mentis aciem, ut paene propoſiti oblitus Ciceronis ſenſa totidem verbis transferas in tuas literas, ſed ut animi tui cogitata veſtias ejus oratione. quod omnino conſequére, ſi & diligentiam, quam dixi, adhibueris, & fuerit quaedam norma ac formula judicii, qua tota iſta tanquam a patre quodam familias ratio gubernetur. in primis vero cavere debebis, ne tua te maxime delectent. cum enim vix in re ulla de ſe optime exiſtimantes homines, tum iſto in genere minime proficiunt. quod ſi aut tu Romae, aut ego eſſem Bononiae, ad iſtorum cautionem incommodorum aliquid tibi adjumenti adferre poſſem. ſed profecto iſtic etiam habebis, quorum ſententiam, ubi opus erit, poſſis exquirere. Dandini cardinalis ſtudium & amorem quibus rebus tibi conciliaſti, id eſt ſtudio & amore virtutis, eiſdem velim tueare. Vale. Roma. XVIII. Kal. januarii. (d)

(c) Aſt alii *praeſtringat*, alii, quibus aſſentior, *praeſtinguat* mallent.

(d) Adſcribendus eſt annus vel 1557. vel 1558. Cum enim ſcripta ſit haec epiſtola poſt annum 1555. Romae, unde Pogianus non integrum biennium abſuit, & die 15. dec., Dandinio etiam tum vivente, data, ad annum 1556. pertinere non poteſt (nam menſe decembri ejus anni fuiſſe eum Imolae ex ſuperioribus litteris conſtat), neque ad annum 1559. quo anno ejuſdem decembris menſia die 4. Dandinius obiit.

C X.

Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio.

TAnti meo judicio non eſt legum ſcientiam perdiſcere, ut illud dediſcas, quantulum id cunque fuit, quod adhuc de lingua latina didiciſti, nedum ut ſummam de te hominum eo in genere laudis expectationem deſeras. juris enim quamvis peritus evadas, permultos tamen in hac urbe, altrice juriſconſultorum, tu quidem ſemper habebis, qui cognitione iſtius artis tecum conferri poſſint, uſu etiam (quod caput eſt) civilium actionum tibi praeferantur: eloquentiae vero facultate, quae jucundior eſt & admirabilior, paucis annis parem vel certe ſuperiorem habuiſſes neminem. nunc apud te friget latine ſcribendi

bendi ſtudium, quod maxime calere debuit. quare non erit mirandum, ſi tu quoque jacebis tum, cum maxime vigere potuiſſes. tantum enim perdidiſti de benevolentia bonorum atque doctorum, quam (mihi crede) ſingularem collegeras & praeſenti re, & multo magis ſpe maturitatis tuorum ſtudiorum, quantum haud ſcio, an ullo unquam legum iſtarum pretio poſſis redimere. ſed me multum fortaſſe mea de te fallit opinio, & tu nihilo minus urges ſcriptionem tuam. in quo tamen idem tu culpam ſuſtines & multorum a te alienationis, & erroris mei, qui, quibus pignoribus talium virorum animos tibi conciliaras, illos *ipſos* retinere negligas. aude enim dicere, te quatuor jam menſes Romam ad quenquam latine ſcripſiſſe. quare, ſive ſcribendi exercitationem abjeciſti, ſive, illa adhibita, romanis contemptis exiſtimatoribus, vel tuo, vel alterius neſcio cujus judicio ſtare mavis, vehementer erras. excuſationem autem occupationis legum tuarum nullam habere potes. nam Albertus Bolognettus, qui non modo in juris civilis, ſed in philoſophiae praeterea ſtudiis magna cum laude quotidie verſatur, ſaepiſſime dat ad me Bononia elegantiſſimas literas: & eſt aliquanto natu minor, quam ipſe ſis, vel certe eádem iſta aetate. verum te delectat barbaria forenſis, in qua cauſarum patronum vendibiliorem fore exiſtimas. at praeſtat eruditorum niti ſententia, qui nihil admodum in literis, quod non ſit cum hac dicendi facultate conjunctum, dignitatem habere contendunt, quam opinione duci imperitae multitudinis. haec ad te ſcripſi nullius aut hominis admonitu, aut gratiae invitatu; quam ſane gratiam non modo relatam mihi a te, ſed ne habitam quidem eſſe, tu es optimus teſtis. tantum (*a*) inſtitutum bene merendi de te meum tenere volui, ut, ne ſi tu quidem tui ſimilis fueris, ego mei diſſimilis eſſe poſſim. pluris eſt apud me officii ratio, quam cujuſvis tum iniqui tum ingrati animi vitium. non enim vereor, ſi quid in homines profudero, ne, ut ille inquit, inſanire (*b*) videar. nam omnia in omnes beneficia apud Deum bene ponuntur. ſed quorſum haec? inquies. quorſum? ut intelligas, diuturnum iſtud ſilentium literarum indicium eſſe parum memoris animi, nec ſatis gratae voluntatis in eos, quibus plurimum debes. quod equidem tua cauſa valde doleo. nunc redeo, unde diverti. conſuetu-

(*a*) Vocem hanc *tantum* Gratianus expunxerat, pro eaque *tamen* ſubdiderat. ego retinendam cenſui; idemque valere ac *tantummodo* ſive *dumtaxat* exiſtimo.

(*b*) Cicero lib. V. epiſt. 5. ad C. Antonium: *Quae ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo: ſin ingrata eſſe ſentiam, non committam, ut tibi ipſe inſanire videar.*

ſuetudinem latine ſcribendi ſi praetermiſiſti, velim revoces, & ad me interdum aliquid ſcribas: qui ſi te, quid optimum ſit in epiſtolis, docere minus potero, quid cavendum ſit, admonebo. ſed haec & alia, cum veneris, novae, ut ſpero, affinitatis cau-
c ſa (c), coram agemus.

(c) Fortaſſe Vincentius, Joannis hujus Antonii frater, propediem Romae ducturus erat uxorem.

CXI.

Jul. Pogianus Joanni Antonio Fuſcherio.

CUM multis de cauſis patris tui, optimi & clariſſimi viri, morte commotus ſum, tum ex eo majorem cepi dolorem, quod illi ante e vita migrare contigerit, quam eos, qui ſibi ex te deberentur, ſtudiorum fructus capere potuerit. nihil enim fuit (mihi crede) quod is tantopere cuperet, quam te, quem toties ſpe & expectatione a bonis & doctis viris laudatum audiviſſet, ab eiſdem aliquando re & maturitate probatum intelligere. quoties enim ille mecum ita locutus eſt? *Mihi, Juli, ferme eſt acta aetas, totque circumfuſis moleſtiis nulla jam re libenter in vita retineor, niſi indole hac ingenii filiorum meorum, in primis vero hujus Joannis Antonii, cujus tu mihi magnam virtutis & eloquentiae ſpem ſoles afferre. itaque tanti eſt mihi omnes animi moleſtias*
a *ſollicitudineſque deponere* (a), *dummodo tibi & tui ſimilibus hujus pueri ſtudiorum ratio conſtet*. quid multa? promiſi homini, in meque recepi, fore te eum, in cujus virtute boniſque artibus brevi conquieſceret. quid enim eſſet, quod te, iſta acie ingenii, ardenti ſtudio, &, ſi quid ad rem pertinet, mea etiam diligentia, aſſecuturum non ſperarem? quamobrem vivebat ille hac ſpe & promiſſis meis vitam multo, quam antea, jucundiorem, ſuamque, te filio, cum multorum ampliſſima & florentiſſima fortuna
b minime commutaturum praedicabat (b). ſed ſpes fallaces, & miſeram hominum conditionem! dum ex te pendet, dum ſe jamjam ſtudiorum tuorum fructus uberrimos percepturum confidit, graviſſima quadam vi morbi correptus, paucis diebus ea con-

(a) Niſi, pro *deponere*, verbum, quod plane contrarium ſonet, legero, quid Pogianus heic dicat, intelligere non queam. atqui codicis vaticani pag. 295. eadem lectio eſt, niſi quod pro *omnes animi moleſtias* habet *onus ac moleſtias*. Cicero quidem *in Catilinam* II. c. 15. *Eſt mihi*, inquit, *tanti*, *Quirites*, *hujus invidiae falſae & iniquae tempeſtatem ſubire*, *dummodo a vobis hujus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur*!

(b) *praedicebat* exempl. Emendavi ex eod. vat.

Digitized by Google

conſumptus eſt; quod ad hanc rem attinet, alieniſſimo ſuo tempore. caeterum cum eo quis neget actum eſſe praeclare? aut quis ipſum, cum ſemper ſanctiſſime vixerit, in caelum perveniſſe non exiſtimet? ego certe, qui ejuſdem actionum & vitae ſaepenumero teſtis fui, id dubitare non debeo. itaque cogitanti mihi interdum de ipſius felicitate, quem in caeleſtium concilio, cum ſuis recte factis, tum maxime Dei benignitate, collocatum puto, vehementer ab eodem optare & petere ſoleo, ut mihi propitius ſit, & animae meae ſalutem a Deo opt. max. deprecetur. qua in cogitatione & deſiderio meo, vereor interdum, ne, ſi fidem, quam illi ipſi de te dederim, non praeſtitero, quod (c) a ſe poſtulem, ſuo jure poſſit recuſare. quare a te etiam atque etiam peto, primum ut fidem meam liberes, hoc eſt, ut mea cauſa is aliquando ſis, quem te illi futurum confirmavi; deinde te hortor, quoniam patri tuo te, pro quo ſpopondi, magis quam me ipſe obligavi, ut eidem promiſſa perſolvas. eſt quidem ille nunc, quemadmodum ſpero, caeleſtibus bonis cumulatus, ſed tamen hoc etiam & ad tuam pietatem, & ad ejus laetitiam maxime pertinet, ut te filium talem habeat, qualem ſemper optavit. quod ſi natura & ratione minus adduci poſſes, ut virtutem & bonas artes complecterere, certe vel fides tua, vel patris deſiderii expectatio, vel omnino ejus offenſio te ad id impellere deberet. cave enim putes, niſi ejus laudi reſpónderis, te quenquam magis infenſum atque adeo inimicum habiturum, quam illum ipſum, a quo procreatus es: qui, ut nunc eſt cum ipſo Deo caeleſtibuſque omnibus in gratia, ſic eoſdem tibi, niſi praeclare inſtituta perfeceris, reddet offenſiores. ſed, quid ago? aut quicum loquor? nonne cum eo, qui, ſumma gloriae cupiditate inflammatus, magna ſua ſemper voluntate ſtudiis literarum operam dederit? qui, cum ipſius laudis & gloriae ſtudio duceretur, proptereaque literis eſſet deditus, tum, quod ita patri ſe gratiſſimum facere intelligeret, magis ob eam rem ad id ſtudium incitaretur? ſi igitur tum, cum vixdum, quanti id eſſet, ſuſpicarere, nullum tamen defugiebas laborem, quid nunc facturum te credam, cum, quantam habeant literarum ſtudia ſuavitatem & dignitatem, poſſis animadvertere, & patrem tuum, in caelum ſublatum, unum iſtud requirere, totamque civitatem idem abs te deſiderare intelligas? nonne, quantum animo conuiti, quantum labore contendere potueris, tantum effecturum eſſe ſperem? quinetiam in iis rebus, quae ad vitam & mores pertinent, ſine quibus aut nihil omnino in literis proficeres, aut, quicquid id eſſet,

(c) *quid* exempl. E mendavi ex cod.

ſet, tibi non ſolum dedecori, ſed etiam exitio foret, monitore egere non arbitror. neque enim opinor opus eſſe, ut te ad illa cohorter, ut & Deum opt. max. pie in primis ſanćteque venereris, ut te ab omni vitio ſemper abſtineas: nec vero dubito, quin id tibi antiquiſſimum ſit futurum. ac ne de eo quidem te admonendum puto, ut illud inſtitutum ſerves, quod maximum vir-
d tutis (*d*) tuae ſpecimen fuerit, ut optimae & prudentiſſimae faemi-
e nae matri tuae (*e*) ſummam, quae illi debetur, pietatem praeſtes; patruum vero tuum, eximia probitate hominem, tuique & omnium veſtrum amantiſſimum, in patris locum tibi ſucceſſiſſe exiſtimes; Vincentium praeterea fratrem, ornatiſſimum juvenem, colas & obſerves; in reliquos denique fratres, ſorores, & affines tuos eo amore ſis, quo te eſſe oportet. quae cum omnia facias facturuſque ſis, ipſum patrem tuum ſpećtatorem laudum tuarum ampliſſimo omnium munere proſequeris; teque, id quod praecipue debes optare, immortalitati commendaris: me autem, quem patris tui diſceſſus e vita, tua potiſſimum cauſa, magno dolore affecerat, praeclara iſta tum ſtudendi tum vivendi ratione, magna cura & moleſtia liberaris.

(*d*) *virtuti* exempl. Emendavi ex cod. vat.

(*e*) Omitt. exempl. Addidi ex codice vat.

CXII.

a Jul. Pogianus Sebaſtiano Regulo. (*a*)

QUod ſummae in nos benevolentiae, tuaeque humanitati das,
b ut mea (*b*) vehementer admireris (quae praeclare ſe res habeat, ſi in nobis ſint mediocria) id, non modo noſtra, ſed tua etiam cauſa, mallem veritati dediſſes. nam tibi potiſſi-

(*a*) Sebaſtianus Regulus braſichellenſis (eſt autem Braſichella Romandiolae oppidulum in Apennini radicibus, ſex circiter paſſuum millibus Faventia diſtans) humaniores litteras Bononiae publice docuit, pontificibus rom. Paullo IV. & Pio IV. Ejus exſtant *in Ciceronis orationem in C. Verrem primam explicationes*, Bononiae editae typis Joannis Rubrii, & Guidobaldo II. Feltrio, urbinatium duci IIII. litteris, ab auctore idibus novembr. an. 1564. ibidem datis, nuncupatae. quamquam, ſi verum quaerimus, non tam *in Ciceronis orationem explicationes* dicendae ſunt illae, quam *in Ciceronis, orationem ſcribentis, artificium animadverſiones*. quod ſane genus commentariorum operoſius atque ambitioſius, quam elegantius atque utilius, haberi ab eruditis ſolet. *Loca ſunt* (inquit Paullus Manutius in epiſtola ad Antonium Aelium, commentario in orationem pro P. Sextio praefixa) *in Ciceronis orationibus, male mendis affećta, quampiurima: ſanari nullum videas. ſunt, ob antiquitatis obſcuram notitiam, difficilia: quis eſt de tot interpretum numero, qui lumine explanationis illuſtret? denique communia tantum, quaeque omnibus*

tiſſimum meos fructus, libentiſſimis nobis, capere liceret, quos tu praeter caeteros & concupiſcere vidéris, & humaniſſimis tuis literis extuliſti. ſed provéheris amore, quem parum acrem rerum exiſtimatorem eſſe non ignoras. quare, ſi tantum de nobis in

bus patent, ea ſumunt ad explicandum; ex abditis, quo ſine labore & ingenio acceſſus non eſt, doctrinae fontibus nihil hauriunt. Neque tamen Reguli in illo commentario non & labor & ingenium & doctrina multiplex appáret: verumtamen ſuam illam inveſtigandi aperiendique ciceroniani artificii rationem adamavit, eamque reliquis omnibus interpretandi generibus commodiorem & ad diſcentium utilitates eſſe magis accommodatam ſtatuit. id ipſe initio operis profeſſus eſt; cujus verba, ut hominis facultatis aliquod ſpecimen lector habeat (eſt enim ejus liber perquam rarus minimeque obvius) ſubjicio. *Thraſymachus*, inquit, *& quicunque alii, qui de arte dicendi ſcripſerunt, a Platone reprehenduntur; quod ante de illa, quam de affectibus & differentiis animorum egerunt: propterea quod, cum ſint auditorum animi oratori ita ſubjecti, ut corpus medico, quos in quam velit partem flectat, id facere nequaquam poteſt, niſi cognita animi cujuſque natura. hinc & ars tractandorum animorum a Platone rhetorica dicitur. unde colligitur, neminem poſſe bonum oratorem eſſe, quin animos auditorum ita afficere oratione ſua, ut cauſae ſuae commodum eſſe videatur, optime noverit. hoc ſentit Cicero in libris de oratore, cum ſubinde repetit, eloquentiam in affectibus animorum permovendis dominari. & libro ſecundo inquit: Fieri non poteſt, ut moveantur auditorum animi, niſi omnes ii motus, quos adhibere volet orator auditoribus, in ipſo oratore impreſſi videantur. & Horatius in epiſtola ad Piſones: Si vis, me flere, dolendum eſt Prius* (corr. *Primum*) *ipſi tibi. Nam, ut quiſque fuerit affectus, ita judicabit, & ex affectu animi omnes fere homines loquuntur; nihilque magis vere & ex animo rem dici oſtendit, quam ipſius animi vel habitus vel motus. natura enim ita comparatum eſt, ut, ſi dolemus, ſi admiramur, ſi optamus, ſi juramus* (fort. *amamus*, ſive *ſperamus*, vel *deſperamus*), *ſi moleſte ferimus, ſi timemus, ſi confidimus, ſi iraſcimur, ſi nos miſeret, prius affectio ipſa erumpat, quam, cur ita afficiamur, oſtendatur. Quare primus locus in oratione affectui dandus mihi videtur, ſecundus rationi, tertius verbis. animus enim, ut eſt affectu motus, ita etiam quaerit viam & modum, quod ſibi propoſitum eſt, perſuadendi. ſed, cum idem videat, orationem ad perſuadendum aptam fieri etiam verbis, rebus explicandis idoneis, quaerit ornate & apte dicere: quod fit compoſitione & conformatione cum ſententiarum tum verborum, ex quibus conficitur idea orationis auditoribus jucundiſſima, & rebus & perſonis accommodatiſſima. quae ego omnia ex Platone, ex Ariſtotele, Hermogene, & Cicerone cum didicerim, oratori vel ſcribenti vel dicenti eſſe neceſſaria, & ex iis omnibus praeclariſſimorum oratorum Demoſthenis & Ciceronis orationes eſſe confectas animadverterim, ea mihi viſa eſt hujuſmodi orationes vera & recta interpretandi ratio, quae primo dicentis affectum, deinde locum proprium, id eſt materiem probationis, tertio locum communem, quarto figuram ſententiae, quinto figuram verborum, ſexto orationis numerum demonſtraret: quam, ut novam, inanem, ac futilem, & ex me ipſo excogitatam, ne quis reprehendat, is ſciat, vetuſtiſſimam eſſe & veriſſimam, ex Platone, ex Ariſtotele, ex Hermogene, ex Cicerone ſumtam. nam Plato, ut dixi, vult vim*

hac eruditionis & eloquentiae laude prudentia tua detraxerit; quantum animi propenſa voluntas affinxit, tum nihil erit, quod
c ab utroque noſtrum (c) tuo jure & ſperare & expectare non poſſis. ac de cardinale quidem ipſo, pro ejuſdem & virtutis atque optimarum artium ſtudio, & amore erga doctos & bonos viros, illud tibi affirmo, habere te neminem, in quo majorem honoris aut commodorum ſpem collocare queas. cujus quidem cardinalis tantum abeſt, ut, quod vereris, opinionem fefelleris, ut expectationem ſuperaris. lumen vero ingenii & doctrinae tuae non
d modo clariſſima ipſius (d) luce non obſcuratum eſt, ſed etiam illud ipſum, quaſi ſpeculum ſoli oppoſitum, illuſtrius apparuit. ego vero, qui, in hac rerum omnium tenuitate, nihil cuiquam, praeter eximiam quandam fidem & benevolentiam, polliceri poſſum, tibi ſingulare meum ſtudium & officium profiteor ac defe-
e ro: quae vel abſens ſemper ita praeſtabo, ut praeſentiam meam (e) te magnopere deſideraturum, non exiſtimem. epiſtolam tuam aliquando accepi ſeptimo & trigeſimo die.

ptne omnem oratoris in pertractandis auditorum animis verſari. Ariſtoteles inquit, tribus oratorem perſuadere, moribus, motibus, & rationibus; & multa praecipit de his tribus, & de numeroſa oratione. Hermogenes in omni oratione haec docet eſſe conſideranda, ſententiam, dictionem, methodum, compoſitionem, figuram, clauſulam & numerum. Cicero, Tria, inquit, ſunt praeſtanda oratori, ut moveat, doceat, flectat. Quorum ſapientiſſimorum atque eloquentiſſimorum virorum authoritas cum plurimum apud me, ut debuit, ſemper voluerit, viſum eſt mihi faciendum, ut viam mihi ab illis praemonſtratam ingrederer, quam ſtudioſis dicendi utiliſſimam eſſe, re ipſa expertus, certo ſcirem. & quia eſt optima dicendi via, quae ab univerſis ad ſingula proficiſcitur, ego primo de affectibus, locis propriis, communibus, & ideis orationis ea univerſe dicam, quae faciliorem ſtudioſis aditum ad artificium cum omnium oratorum & poëtorum orationum, tum hujuſce orationis cognoſcendum patefacient: deinde in ſingulis hujus partibus interpretandis, affectus & reliqua, quae dixi, omnia ſingulatim demonſtrabo.

(b) *ea* exempl. Emendavi.

(c) Ab ſe nimirum, & a card. Dandinio.

(d) Card. Dandinii.

(e) Erat tum Pogianus Imolae, ut opinor, quo ſe, cum card. Dandinio, Bononia paullo ante contulerat; *cujus* diſceſſum atque abſentiam *Regulus* graviter ſe ferre, fortaſſe ſcripſerat.

C X I I I.

Jul. Pogianus Sebaſtiano Regulo.

VEreor, ne eodem tempore abutar humanitate ac benignitate tua, qui & tibi, occupatiſſimo homini, quotidie ali-
a quid imponam negotii, & privem te earum rerum fructu (a), qui-

(a) Studiorum fructum, qui ſaepe ſtudioſis hominibus abſentium litteris ac mandatis interceptus amittitur, ſignificari puto.

quibus haud facile careas. ſed, cum mihi eam libertatem dederit amicitia noſtra, ut, ſi quid a te opus ſit, de eo te admoneam, nolim eandem tibi adimat modeſtia tua, ut neque recuſare, quae moleſtius a me petantur, neque quicquam ipſe a nobis poſtulare audeas, cum omnia tuo jure poſſis exigere. quamobrem vide, ne, dum in me officioſior es (*b*), & utilitati tuae *b*
& famae meae parum conſulas. in quo laudo equidem villicum tuum, qui mihi melius caverit (*c*), quam ipſe tu. noluit enim *c*
premi me officii tui (*d*) onere, ut propterea hominem exiſti- *d*
mem illo ſupervacaneo & munere & labore itineris abſtinere voluiſſe. Rhetores tuos (*e*), qui jam videntur aegrius a te abeſſe, *e*
brevi tibi remittam. Tu, quaeſo, Fuſcherio noſtro (*f*), qui jam- *f*
jam aderit (*g*), ſi potes, puerum attribue, qui ſit & moribus *g*
probatis, nec a literis alienus. cujus praeterea ſimilem alterum ſi mihi inveneris, quo, praeter domeſticam operam, & lectore & aſſecla uti poſſim, magno me beneficio affeceris. huic & mercedem dabo, quam ipſe conſtitueris, &, niſi a ſtudiis abhorruerit, me vel magiſtrum profitebor. Vale. Imolae. IIII. non. decembris. (*b*) *b*

Y 2 CXIV.

(*b*) Neſcio quid muneris, Pogiano perferendum, villico ſuo Regulus mandarat.

(*c*) Id munus Pogianus ſibi a villico minime perlatum fuiſſe, eamque ipſam rem percommode cecidiſſe, ſignificat.

(*d*) In exempl. fuit hoc loco vocula, quae nunc, eroſa papyro, legi non poteſt. ſed ſcriptum fuiſſe *tui*, quemadmodum edi juſſi, valde credibile eſt.

(*e*) Liber ſignificatur, quo plurimorum rhetorum oratoriae artis praecepta continentur: quem, commodatum ab Regulo, Pogianus quamprimum ſe ei remiſſurum dicit. Eſt apud me hujus operis pariſina editio anni 1599. hoc titulo: *Antiqui rhetores latini*. Rutilius Lupus, Aquila romanus, Julius Rufinianus, *De figuris ſententiarum & elocutionis*: Curii Fortunatiani *conſulti*, *Artis rhetoricae ſcholicae libri tres*: Marii Victorini, *Expoſitio in libros rhetor. Ciceronis*: Sulpitii Victoris, *Inſtitutiones oratoriae*: Emporius *rhetor*, *De ethopoeia ac loco communi*: Ejuſdem, *Demonſtrativae ac deliberativae materiae praecepta*: Aurelii Auguſtini, *Principia rhetorices*: Julii Severiani, *Syntomata*: Ruffinus, *De compoſitione & metris oratorum*: Priſcianus *caeſarienſis*, *De praeexercitamentis rhetoricae*: Aurel. Caſſiodorus, *De arte rhetorica*: Beda, *De tropis ſacrae ſcripturae*: Iſidorus, *De arte rhetorica*: Anonymus, *De locis rhetoricis*: Albini Alcuini, *De arte rhetorica dialogus*. *Omnia ex codd. manuſc. emendatiora vel auctiora, ex bibliotheca Franciſci Pithoei J. C.*

(*f*) Ad quem datae ſunt a Pogiano ſuperiores epiſtolae; quas conſule.

(*g*) Bononiae, ſtudiorum cauſa.

(*b*) Adſcribendus eſt annus, opinor, 1556.

Google

CXIV.

Jul. Pogianus Sebaſtiano Regulo.

ETSI puer is, qui mihi adhuc operam navat, parum eſt aptus
ſtudiis meis, prohibeor tamen & communi humanitate,
& ejuſdem pueri in me amore fideque in reliquis rebus ac dili-
gentia non vulgari, ne ipſum dimittam gelido hoc anni tempo-
a re (*a*). obduretur igitur hic menſis etiam: quod omnino per-
b commode ceciderit. nam mutinenſis iſte adoleſcens (*b*) ſibi in
c animo eſſe dicit (*c*) parentes ſuos reviſere, mihique ſe ad men-
d ſem ſummum (*d*) Bononiae, quo ego ad id tempus cogito, prae-
e ſto fore, pollicetur. Nollem iſtam epiſtolam (*e*) pervulgaſſes. cum
enim in omnibus meis ad amicos literis negligens ſum, tum
certe fui in iſta ipſa epiſtola negligentiſſimus, quam, in riſu &
clamore familiarium, dictaram huic Baptiſtae Chareto, & tui
ſtudioſiſſimo homini, & mihi ad multa perutili, & in primis pro-
bato; cujus te jam arbitror manum agnoſcere. utinam ea, quam
tu mihi laudem videri vis, non ſit ſumma iſtorum juvenum re-
f prehenſio (*f*): quorum equidem in eas ipſas literas, infantiae
g modo cauſa, vellem riſus eſſent conſecuti (*g*), non etiam ine-
ptiarum. nam, ut ſcribendi facultatis famam, ſi qua eſt, liben-
ter abjiciam, ſic ineptus videri minime velim. quamobrem pe-
to a te, poſthac meam hanc literarum negligentiam ne efferas,
ſed

(*a*) Scripta eſt fortaſſe haec epiſtola eodem, quo proxime ſuperior, decembri menſe an. 1556. Potuit etiam inſequente januario an. 1557. ſcribi.

(*b*) Fortaſſe is erat, de quo Pogianus in eadem proxime ſuperiore epiſtola Reguli operam ac diligentiam expetierat.

(*c*) Non certe coram, ſed per litteras.

(*d*) Hoc eſt, extremum.

(*e*) Significari epiſtolam 112. *Quod ſummae*, exiſtimo.

(*f*) Scripſerat, ut opinor, Pogiano Regulus, ejus epiſtolam, auditoribus ſuis a ſe lectam, ſumma apud eos in admiratione fuiſſe. ait Pogianus, vereri ſe, ne ea res non tam ad laudem ſuam, quam ad illorum juvenum vituperationem reprehenſionemque pertineat, qui epiſtolam, negligentiſſime ſcriptam, tantopere ſuſpexerint.

(*g*) Hoc etiam, puto, Regulus ſcripſerat, perlecta Pogiani epiſtola, riſum illorum eorumdem juvenum fuiſſe conſecutum. quem riſum Pogianus, quaſi, cujus rei cauſa excitatus fuerit, neſciat, moleſtum accidere ſibi negat, modo epiſtolae infantia, non vero ineptiae illius ullae irriſae ab iis fuerint. Veram autem ridendi cauſam illa epiſtolae clauſula, niſi fallor, praebuerat: *Epiſtolam tuam aliquando accepi ſeptimo & trigeſimo die*. quum enim forocornelienſis urbs Imola, ubi tum Pogianus degebat, non niſi viginti paſſuum millibus Bononia, in qua urbe erat Regulus, diſtet, ſane ridiculum fuit, tam ceſſatores tabellarios fuiſſe, ut Reguli litteras ad Pogianum non niſi ſeptem & triginta poſt diebus attulerint.

Digitized by Google

ſed ut, quod minus ipſe provideo propter veterem quandam conſuetudinem temere dictandi vel effundendi potius omnia, id tu & pro tua humanitate feras, & pro ſumma in nos benevolentia ac fide comprimas.

C X V.

Idem Eidem.

JOannem Antonium Fuſcherium, eum, qui tecum, ut ſpero, victurus eſt, paucis diebus habebis (*a*). ſi tibi adoleſcentem iterum commendaro, videar aut mearum de eo ad te literarum parum meminiſſe, aut fidei & liberalitati tuae diffidere. tantum igitur dicam, non dubitare me, quin is in contubernio convictuque tuo ſe & cardinalis commendatione, &, ſi quid ad rem pertinet, mea etiam inſtitutione digniſſimum praebeat. Doctorem hujus juventutis (*b*) ex tuis literis omni meo ſtudio & benevolentia complectar: quarum tu literarum jucunditatem quando etiam muneris ſuavitate cumulaſti, equidem doleo, mihi ad remunerandum nihil ſuppetere, praeter voluntatem; qua ſi pro tua humanitate a me contentus fueris, eo plus me tibi debere confitebor. Vale.

(*a*) Vide epiſtolam 113. *Vereor*. que Imola datam hanc epiſtolam Bononiam puto.
(*b*) Fortaſſe forocornelienſis: nam-

C X V I.

Idem Eidem.

NEque ego Philippo Tanario quicquam de Fuſcherio mandavi, neque, ut arbitror, alius quiſquam. quare vel ipſum Tanarium eam curam ſua ſponte ſuſcepiſſe, vel tuam ex familiaris tui ſermone ſuſpicionem inanem eſſe, oportet. ſed omnem tibi de eo dubitationem tollet maturus Fuſcherii (*a*) adventus; qui, ſi contra quam & ipſe coram & patruus ejus per literas mecum egit, apud alium forte diverſabitur, ut nihil ea re te laedat, me certe a ſe totum abalienatum intelliget. omnino aut is apud te erit, aut ne Bononiae quidem fuerit. Nunc ad me redeo. equidem tui erga me amoris conſtantia magis delector, quam eloquentiae aut doctrinae meae praedicatione, qua plus oneris mihi imponi ſentio, quam quantum ingenii viribus ſuſtinere poſſim. quamobrem commemorationem iſtam laudum mearum potes reprimere, neque ſolum in ſermonibus, ſed etiam in tuis ad

(*a*) Qui Romae, ut opinor, degebat, Pogianus autem Imolae.

Digitized by Google

ad me literis . quae ſane ratio ad id etiam valebit, ut labore epiſtolarum ſuperſedeas, minime neceſſario; tumque ad me ſcribas, cum ſtudium aut opera mea tibi uſui eſſe poſſit . porro autem literarum ad me officium tuo ſemper tempore metieris . Vale .

CXVII.

Jul. Pogianus Sebaſtiano Regulo.

SI diligentiae mearum ad te literarum inſitam tibi opinionem ex animo literis coner evellere, omnem, ut video, & dictandi & ſcribendi laborem fruſtra ſuſcipiam . quod enim vel proximae epiſtolae meae affirmatione, vel ſuperiorum omnium incuria tibi probari non potuit, id ne pluribus quidem literis, in eandem rationem accurate ſcriptis, probatum iri, ſperarim . quare totum id tui arbitrii ſit . illud certe a te impetrare mihi debere videor, literas meas, uni tibi miſſas, ne palam recites . neque enim me movet iſta adoleſcentulorum noſtri vel laudatio vel admiratio : quorum etſi amorem in eo valde amo, tamen neque me propterea plus diligo, & judicio meo de me nonnihil etiam tribuo . quod ſi in hoc quoque durior eſſe voles, equidem alterum cavebo poſthac, ne aut in eo diligentior ſim, ut tibi errorem ſuſpicionis diligentiae meae in negligentia epiſtolarum
a eripiam, aut in eo ſim (a) negligentior, quod ſummam diligentiam requirit . Mitto tibi pecuniam pro libris Ariſtotelis, quanti tu eos libros eſſe, mihi ſcripſiſti . itaque vide, quaeſo, ne quid aut deſit, aut inſigniter mendoſum aut maculoſum ſit . ſed profecto, tua tum elegantia tum in me benevolentia fretus, confido,
b Ariſtotelem eum fore, qualem volumus . tu & a cardinale (b) & a reliquis ſalvebis . mihi moleſtior etiam vigilia eſt, quam ſu-
c d periori aeſtate iſtic (c) fuerat, Vale . (d)

CXVIII.

(a) *ne ſim* exempl. Emendavi ex cod. barberin.

(b) Dandinio .

(c) Bononiae : ex qua urbe dataa ad Fuſcherium, Romae commorantem, a Pogiano litteras die 29. jul. anno, ut opinor, 1556. habea ſupra pag. 146.

(d) Idem ille barberinianus codex, in quo hujua epiſtolae exemplum extat, adſcribit hoc loco *Romae*. quod ſi mendoſum non eſt, adſcribatur ſane huic epiſtolae annus 1559. Superiore quidem anno de bononienſi vigilia ſic Pogianus ad Fuſcherium epiſtola 105. *Quoniam* pag. 149. ſcripſerat : *Me jam menſem vigilia ſic exercet, ut non modo ſcriptionem, ſed etiam facultatem, ſi qua eſt, dictandi meam impediat* .

CXVIII.
Idem eidem.

OPeram multam utriuſque noſtrum , neutri certe neceſſa-
riam ! nam , cum alterius cauſam aequiorem eſſe opor-
teat , neque , utrius ſit , non appareat , uterque tamen ſic ab al-
tero diſſentit , ut ne perſpectae quidem veritati amica (*a*) cedat a
opinio . ego me tibi indicavi , & de mea hac epiſtolarum con-
ſuetudine profeſſus ſum , & (*b*) , cum induſtriam niſi in mora b
exſtare non poſſe & didiciſſem a doctiſſimis viris , & re eſſem
expertus , idem ego , qui aliud paene agens hoc egiſſem , in quo
culpa minus carui , eam certe ſum deprecatus . tu contra ne-
que id credis , & me cum ſumma negligentia parem ſcribendi
facultatem adaequare contendis , ſic , ut prius meae in eo ipſo
refutando , quam tuae in confirmando literae defatigentur . quare
non jam ero pugnax in refellenda ſententia tua , etiamſi id ipſum
amicitiae , etiamſi gratiae tribuas ; praeſertim cum tua , quam
mea victoria mihi honeſtior eſſe videatur . tu modo videto , ne,
cum tantum valeat apud te noſtri amor , nihil benevolentiae fi-
des poſſit . ſed , quoniam ſemel de meo jure deceſſi , illud etiam
tibi remitto , ut epiſtolas meas (quod nihilominus faceres , vel
feciſti potius) tuo arbitratu proferas . Accepi Ariſtotelis libros,
quorum ſex ſunt corpora (*c*) . hi me ſpecie jam nunc admodum c
delectant : rem (*d*) vero etiam diligentia tua dignam fore con- d
fido .

(*a*) Non placet vox haec *amico*: & eſt fortaſſe ab oſcitante librario . ſed , ne quidquam diſſimulem , alia ſunt , quae mihi & in hac , & in aliorum epiſtolae hujus locorum ſententiis magis diſ*pliceant* . ea tamen ejuſdem librarii oſcitantiae , qui quaedam vel omiſerit , vel tranſpoſuerit , vel commutarit , ſane tribuantur .

(*b*) *ut* exempl. Hoc ita mihi perſpicue mendoſum viſum eſt , ut corrigere non dubitarim .

(*c*) Partes unius ejuſdemque operis , *in plurima* volumina tributi , *tomi* graeco vocabulo dicuntur : diverſorum vero operum volumina , ſive unum ſive plura ſint , *corpora* latine appellantur . Cicero ad Q. Fratrem lib. II. epiſt. 13. *Siculus ille* (Philiſtus) *capitalis , creber , acutus , brevis , paene puſillus Thucydides . ſed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) , an utroſque , neſcio* . Scripſiſſe autem Philiſtum hiſtoriarum libros , alteros generatim de ſiculorum , alteros proprie de Dionyſii , ſyracuſanorum tyranni , rebus geſtis , ex Dionyſii Halicarnaſſei ad Cn. Pompejum epiſtola diſcimus .

(*d*) Non ſcriptorum illorum , qualia ab Ariſtotele prodierunt , dignitas , de qua nulla dubitatio aut incerta exſpectatio Pogiano eſſe poterat , ſed editoris atque typographi in iis edendis fides ac diligentia , denique totius editionis integritas atque correctio , *rei* nomine ſignificatur . ſaepe enim nitidius atque elegantius , quam accuratius exactiuſque , doctorum hominum ſcri-

ſido. de quibus quid ego tibi gratias agam, cum id ex noſtra amicitia tolli debere, ſaepius ab me ſcripſeris? De bono viro ac temperanti homine, deque tota illa tua ratione ſimilitudinis, quid ipſe ſentiam, propediem, ut ſpero, coram. Vale.

ſcripta excuduntur. quod, ut alia exempla, quae plurima ſunt, omittam, in Ciceronis operibus, ab Aldo Manutio, Paulli filio, ſplendide ac magnifice olim editis, licet animadvertere. qua quidem editione cum nihil eſt ad ſpeciem nitidius ac pulcrius, tum nihil *re* ipſa inquinatius mendoſiuſque eſſe poteſt.

CXIX.

Jul. Pogianus N. N. (*a*)

a LAnguentem, & ex eo jacentem me quindecim jam ipſos dies, oppreſſit epiſtola tua: cui tamen epiſtolae, peramanter ſcriptae, quanquam iſtius erga me ſtudii & amoris tui ſpecioſas magis, quam veras cauſas adſers, quoquomodo potui, reſcribendum putavi. amas tu me ex Reguli ſermone, ſi ut non inhumanum, non inofficioſum hominem, ſi virtutis etiam cupidum, ſi denique ſat bonarum artium ſtudioſum, recte tu quidem amas; neque te ipſius Reguli perhonorifica de me *fefellit* oratio. ſin vero eximia illius de eodem me alia praedicatio te in noſtri benevolentiam, &, ut ſcribis, in admirationem adduxit, reſpondebo ego quidem tibi ſemper in amore, meque eiſdem praeſtabo finibus, quos ſupra ſcripſi: ſed illa magnifica ac ſingularia exiges ipſe a Regulo noſtro, qui & locuples eſt, &, cum ea receperit, non modo non rogante, ſed etiam inſciente me, recuſare jure non poterit, quin, quod pro me ita ſpopondit, tibi ipſe dependat. Vale.

(*a*) Ad quem data ſit haec epiſtola, incertum: fuiſſe eum aliquem ex Sebaſtiani Reguli, bononienſis gymnaſii rhetoris, auditoribus, valde credibile eſt. ad quem Regulum ſunt ſeptem proxime ſuperiores epiſtolae: quas & de ipſo Regulo, & de ejus auditoribus conſule, praeſertim 117. *Si diligentiae*.

CXX.

Jul. Pogianus Antonio Bono Dalmatae. (*a*)

a
b CUM mihi Blanchinus meus (*b*) magnam literarum tuarum
c expectationem commoviſſet, praecepi (*c*) (mihi crede) voluptatem, quam ex illarum jucundiſſimo ſermone cumulatam me

(*a*) In Dalmatia Raguſium urba eſt percelebris; Raguſii autem *Bonorum*, ſive potius *Bonarum*, gens etiam hodie floret, & patricia nobilitate cenſetur,

me aliquando percepturum ſperabam. nihil enim eſt, quo aeque delecter, atque amicorum literis, praeſertim latinis; quod praeclarum hoc ſcribendi ſtudium coli ab iis, quorum cauſa cupio, vehementer laetor: in quo etſi me, quantum profecerim, poenitet, mihi tamen in eo jam ab adoleſcentia plurimum operae fuit & temporis (*d*). itaque & antea tuarum literarum ſpe oble- d
ctabar, &, illis lectis, ſum incredibili earundem ſuavitate perfuſus. quamobrem de eo deque noſtri memoria, quam ſumma cum benevolentia retines, & magnam tibi habeo gratiam, & me pari erga te ſtudio ac mutuo animo eſſe ſemperque fore, confirmo. Quod autem ſcribis de epiſtolarum frequentia: mihi vero literae tuae eo jucundiores erunt, quo crebriores fuerint. ſed tamen neque tu tantum oneris ſuſcipere debes, neque ego tibi iſtam aſſiduitatis neceſſitatem imponere audeo, ut ſeptimo quoque die aliquid ad me des literarum; quarum quidem officium uterque noſtrum ſuo tempore metietur, ut ipſe tum ad me ſcribas, ſi quid tibi a nobis, ego viciſſim ad te, ſi quid mihi iſtinc (*e*) opus fuerit. quae ſane ratio cum epiſtolae propria eſt, e
tum utriuſque noſtrum ſtudiis accommodata. Vale, & Dionyſium Lippium ſalvere jube.

ſetur: ex qua urbe ac gente Antonium hunc fuiſſe, valde credibile eſt. Qui Raguſium *Epidauri* etiam nomine appellant, ut Paullus Manutius in epiſtola 3. libri VI. quae eſt ad *Nicolaum Gotium*, raguſinum patricium, data, errant, Michaëli Antonio Baudrandio ſi credimus: qui in *Lexico geograph.* ait: *Ipſa falſo pro Epidauro ponitur, teſte Joanne Lucio; cum Epidauri rudera ſex inde millioribus orientem verſus cernantur*, vulgo Raguſi vecchio. *Raguſinum autem ſive Rauſium, deſtructo Epidauro, ob eiſdem epidauritanis in rupe maritima, λαῦ dicta, conditum, & ob id a principio Lauſium dictum, ut Porphyrogennéta ſcribit. Fere tota conquaſſata fuit horrendo terraemotu anno* 1667. Quem quidem ſane *horrendum terraemotum* praeſtantiſſimus philoſophus, idemque poëta elegantiſſimus Benedictus Stayus, raguſinus, neſcio utrum dolentius an ſuavius, deſcripſit extremo libro IV. *Philoſophiae ab ſe verſibus traditae*, Romaeque anno 1747. auctius atque emendatius editae, pag. 212. & ſeqq.

(*b*) Joſephum Blanchinium, Pogiani affinem, ſignificari puto: de quo ſupra ad epiſt. 42. pag. 50. nonnulla diximus, & ad volumen hujus operis tertium pag. 408. lectorem, plura cognoſcere volentem, rejecimus.

(*c*) *percaepi* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) Aliquid fortaſſe, ut *impenſum* aut *poſitum*, aut *collocatum*, deſideratur.

(*e*) Fortaſſe Mediolano.

Digitized by Google

CXXI.

Jul. Pogianus Antonio Bono Dalmatae.

UBeres tuas literas, & ea re jucundiſſimas! quae mihi & diuturni ſilentii fructum, & benevolentiae tuae in me cumulum attulerunt. habent enim nec obſcuram ingenii, & illuſtrem ſignificationem amoris erga me tui. quare, etſi utrunque mihi perjucundum eſt, vix tamen explico, utro magis gaudeam, an me tantopere amari abs te, an te, cui non minus, quam mihi, faveo, tam amabili ingenio praeditum eſſe. ſed, cum ipſe in nos peramanter ſis effuſus, meae jam partes ſunt de me ipſo profiteri. equidem, ut tibi in amore reſpondeo, ſic tuo de me judicio minime reſpondere, plane ſentio. quod licet non aſſequar, tecum tamen, qui, & me poſſe tantum, amice judicas, & mihi id ipſum videri vis, non magnopere pugnabo. contra etiam dabo operam, ut, quoniam te noſtri amor in eam de nobis opinionem adduxit, tua quoque cauſa aliquid habeas aliquando, quo te aequi judices non omnino falſo opinatum exiſtiment. tibi vero auctor ſum, ut hanc latine ſcribendi conſuetudinem, in qua magna tu quidem cum laude, ut iſta aetate, verſaris, ſtudioſe diligenterque teneas. nam, cum hoc ſtudium maxime vigeat, ex tanta tamen hominum multitudine, qui in hac ipſa ratione elaborant, tres, aut ſummum quatuor, qui illi muneri ſatisfaciant, proferre poſſis (*a*). quo magis praeclarum iſtud

(*a*) Eandem querelam iterat in epiſtola ad Gratianum, die 30. maji an. 1562. Roma Patavium data, quam habes in hujus operis volumine III. pag 72. *Sed quotus quiſque eſt*, inquit, *qui bonos nunc legat latinitatis auctores? qui propriorum delectum verborum, qui ornatum concinnitatemque conſectetur? unum aut ſummum alterum, vel in maximis civitatibus, reperias, qui ſpeciem aliquam praeſeferat romani ſermonis; ſuccum vero & ſanguinem incorruptum latinae orationis qui habeat, fere neminem. neque injuria. libri enim, qui nobis praeſtantis illius laudis & diſciplinam praeſcribunt & exempla proponunt, paene abſoleverunt. nullus jam eſt in manibus Terentius, nullus Caeſar: ipſe latinae eloquentiae princeps legi deſitus eſt: tota denique jacet antiquitas, optima tum vivendi tum loquendi magiſtra*. Exſtat quoque Latini Latinii non diſſimilis de eadem re querela in litteris ad Camillum Paleottum die 20. dec. an. 1584. Roma Bononiam ab eo datis. *Male*, inquit, *ut nunc quidem eſt, apud italos cum litteris agitur, &, quod gemens ſcribo, quae olim gymnaſia ita florebant, ut eruditarum virorum numeroſa examina ſingulis paene luſtris ſolita erant effundere, & ultra alpes & maria ad omnium liberalium artium ſcientiam diſſeminandam excolendamque mittere, nunc ita ſunt exhauſta, ut ex aliis provinciis ad nos, non ſine ignaviae noſtrae nota, evocandi ſint, quorum induſtria itala juventus & linguarum ſcientia & rerum cognitione

iſtud ſcribendi genus colere debes, in quo non ita multo tempore paucorum illorum homiuum laudi parem gloriam conſe-

tione imbuatur. hic enim, ut audio, qui in utraque lingua humaniores, quas dicunt, litteras publicis ſtipendiis conducti profitentur, luſitani, hiſpani, gallique majore ex parte ſunt. Quos inter, haec cum Latinius ſcribebat, M. Antonius Muretus, Lemovix, erat: quem ipſum de humaniorum litterarum illo ipſo ſaeculo calamitate conquerentem juvat andire in oratione, quam Romae anno 1572. habuerat: *Hodie*, inquit, *ut quis vulgaria rhetorum praecepta utcumque didicit, & in Ciceronis ſcriptis tantum poſuit operae, ut, adhibito Nizolii libro, poſſit orationem aut epiſtolam ſcribere, cujus tum ſingulae voces, tum etiam ipſa ſtructura & collocatio Ciceronem oleat, protinus magno eorum conſenſu, qui nihil altius aut ſublimius cogitant, eloquentis nomen aſſumit.* Et in oratione habita prid. non. novembr. an. 1582. *Cum poſt reſtitutas*, inquit, *a Medicea potiſſimum familia litteras, infinita quaedam vis extiterit hominum in omni genere eruditorum, cumque & noſtra & patrum memoria homines ſummis ingeniis praediti tam multam in latine loquendi ſtudio operam poſuerint, ut id prope unum operis habere viderentur, pauciſſimi tamen, quorum ſcripta non dico ſermonis vitiis careant (nam hoc quidem illorum nemini contigit), ſed aliquam ſaltem priſcae illius & nativae latinitatis imaginem contineant, extiterunt . . . Duo in Italia ſummi viri duces caeteris ad hanc laudem capeſſendam & quaſi anteſignani fuerunt, Jacobus Sadoletus & Petrus Bembus; qui etiam, propter ejuſdem ſtudii ſimilitudinem, Chriſtophorum Longolium Belgam in deliciis prope atque in amoribus habuerunt. Non ita multo poſt magno in pretio fuerunt duo hujus facultatis praecipui doctores, Patavii quidem Lazarus Bonamicus, in hac autem urbe Romulus Amaſaeus . . . Brevi igitur innumerabilis quaedam hominum multitudo per Italiam effloruit, qui illorum exemplo incitati, horum diſciplina ac praeceptis exculti, ad hanc bene latine loquendi ac ſcribendi laudem incredibili ſtudio incumberent: cum & Venetiis Jovita Rapitius, & Patavii Benedictus Lampridius, & alii praeſtantes viri ſitienti juventuti fontes eloquentiae recluderent, & a principibus maximi honores iis, qui latinam linguam egregie praeter caeteros callerent, proponerentur. & tamen, in tanto ardore animorum, tanta ingeniorum contentione atque aemulatione, tantis propoſitis praemiis, nemo adhuc extitit, cui ſimpliciter, & ſine ulla exceptione ea laus tribui poſſit, ut bene latine ſcripſiſſe dicatur. Proxime quidem veterum gloriam acceſſerunt & ii, quos modo nominavi, & alii ſatis multi: neque immerito commendati ſunt aut is, qui pauca quidem ſcripſit, ſed in ſcribendo omnium politiſſimus maximeque limatus, idemque ab omnibus ineptiis remotiſſimus fuit, Joannes Caſa, aut vir in ſcribendis epiſtolis latinis ſingulari lepóre ac venuſtate praeditus, Paullus Manutius. Qui tamen quemadmodum illud conſecuti ſunt, ut haec laus vere ac merito propria Italiae haberetur, eique ceterae omnes nationes ſcribendi elegantia facile cederent, ita illud negari non poteſt, multos naevos multaſque maculas, quod bona omnium venia dictum ſit, illorum omnium ſcriptis adſperſas eſſe, quae planum faciant, illos vidiſſe quidem quid optimum eſſet, & viam, quae ad illud ferret, ingreſſos longe proceſſiſſe, ſed longe tamen ab eo, quo intendebant, ſubſtitiſſe . . . Doleo igitur & indignor, cum, quae laus, noſtra ac patrum memoria, propria, ut dixi, Italorum fuit, ut ſoli ex omnibus latina lingua perite ac ſcienter uterentur,*

b qui potes. haec non eo ſcripſi, quod (b) te cohortatione mea egere arbitrer, ſed ut intelligas, quantum ingenio, quantum induſtriae tuae tribuam. ego quid poſſim neſcio. quicquid autem id eſt, ſi modo eſt aliquid, tam tibi id paratum, quam mihi ipſi promptum eſſe velim exiſtimes. Vale.

tur, eam nunc ita obſolevisse, ac propemodum evanuiſſe video, vix ut jam toto Italia pauci quidam ſenes, qui eam utcumque ſuſtineant, reperiantur. Hae me Mureti, Latinii, Pogiani, aliorum etiam illius atque adeo omnium aetatum doctorum hominum de litterarum infelicitate querimoniae numquam moverunt, qui illud vulgo fieri atque contingere animadverterim, ut ii, qui in aliquo artificio ſive excellentes ſint, ſive excellentes ſibi eſſe videantur, nihil frequentius in ore, habeant, quam aut nullos aut perquam raros reperiri, qui in iiſdem artificiis excellant. nos quidem certe, qui nunc vivimus, illi ipſi aetari, in qua tam multa, tamque multum, de latinis litteris deplorata ab illis latinitatis ſtudioſis atque cultoribus audivimus, ita favemus, tantumque tribuimus, ut aureae illi Ciceronis atque Virgilii, quod ad eaſdem litteras pertinet, aetati propemodum comparemus.

(b) *ut* exempl. Emendavi.

CXXII.

a Hieronymus Card. Dandinius (a) Philippo b Guaſtavilanio. (b)

c d BArbiano tuo (c), quando familiariter tecum loquitur (d), dicas velim, ne inde ſe honoris mei cauſa commoveat. nam mihi neque ad jucunditatem neque ad ſalutem, loci commutatio

(a) Non potui mihi perſuadere, ſcripſiſſe hanc epiſtolam Pogianum ſuo, quemadmodum exemplar noſtrum praeſefert, non cardinalis Hieronymi Dandinii, cui is operam in ſcribendis epiſtolis per haec tempora dabat, nomine. nam, ut alia omittam, potuitne illa ſuo nomine Pogianus ad nobiliſſimum adoleſcentem de patre ejus, ampliſſimo ſenatore, ſcribere? *Reliquum eſt, ut patri tuo, viro optimo,* noſtrique ſtudioſiſſimo, *de ſuo in nos* amore & obſervantia, *deque muneribus, quae mihi gratiſſima fuerunt,* meo nomine *gratias agas; meumque illi* ſtudium *ad omnia paratiſſimum fore pollicearis: & totam domum ſalutabis: tuque & meo & Anſelmi nomine valebis; & ſtudebis diligenter.* Haec ipſa ſalus, tam familiariter atque praeciſe Anſelmi Dandinii nomine ad Guaſtavilanium miſſa, non Pogiano, haud ita pridem in cardinalis Hieronymi familiam admiſſo, ſed Hieronymo ipſi patruo convenit. Itaque, Pogiani nomine ab inſcriptione remoto, Hieronymum card. Dandinium ſine dubitatione ſubſtitui.

(b) Non alium fuiſſe Philippum hunc Guaſtavilanium, ſive, ut alii dicere atque appellare maluerunt, Vaſtavillanium, quam eum, quem poſtea Gregorius XIII. pont. max. ſororis ſuae Jacobae filium, Bononia, ubi ſummum patriae magiſtratum gerebat, evocatum, S. R. E. cardinalem die 2. junii an. 1574. creavit, anno deinde 1587. aetatis ſuae 46. moriturum. qua ex emortualis anni animadverſione intellige-

Digitized by Google

tatio eſſet accommodata (*e*) ; cujus fructuum tum ſpecie tum e
ſuavitate ſic delector , ut , ſi ſtudiorum tuorum praeterea fructus ad adventum iſtuc meum mihi conſtiterit, nihil apud vos fructuoſius requiſiturus ſim. da igitur operam virtuti & literis, ſic , ut Barbiano tuo ſtudium (*f*) proficiendi (*g*), meique oble- f g
ctandi non concedas : ut , cum huc (*h*), quo te invitamus, pro- h
ximis natalibus (*i*) veneris , temporis, quo te non vidimus, ra- i
tio-

ligere poſſumus , eum , cum haec epiſtola anno , ut opinor , 1556. ſcripta eſt , annos quindecim , ſive ſexdecim natum fuiſſe .

(*c*) Barbianum Guaſtavilanianae familiae in agro bononienſi heredium fuit , ab hoc ipſo Philippo jam cardinale magnificentiſſima villa , & aquarum deductionibus poſtea auctum , excultum , atque nobilitatum .

(*d*) Exceptus in Barbiano a Guaſtavilaniis per aliquot dies haud ita pridem Dandinius fuerat , & loci amoenitate , fertilitate , ac ſalubritate admodum delectatus , reverſurum ſe illuc , aliquantoque diutius ibi ſubſtiturum , humaniſſimis illis liberaliſſimiſque hoſpitibus , Imolam profecturus , promiſerat . videtur autem Philippus in ſuis ad eum litteris , hominem promiſſi hujus ſui commonefaciens , Barbianum ipſum tamquam ſecum colloquutum finxiſſe , atque ita impatienter cardinalis illum reditum exſpectans induxiſſe , ut diceret , ſe , ſi ille venire cunctaretur , ſuis ſedibus convulſum , Imolam uſque proceſſurum , quo , ſublata omni jam mora , hoſpiti optatiſſimo propinquum ac commodum domicilium praeberet . quid Barbiano , tam prolixe atque officioſe de ſe polliceuti , reſponderi a Philippo Dandinius velit , ex ipſo intelligis .

(*e*) Si Barbianum non ibi , ubi loco tam amoeno , caeloque tam ſalubri erat , conſtitiſſet , ſed regionem ſedemque ſuam , in imolenſem agrum migrans , commutaſſet , tum certe illi , tanta loci ac caeli mutatione facta , non amoenitas, non ſalubritas, non denique jucunditas , abſente praeſertim Philippo , ineſſe potuiſſet .

(*f*) Rem aliquam alicui *concedere* , vel *non concedere* , idem eſt , atque in ea re *inferiorem* ſe illi *eſſe* , vel *non eſſe* , profiteri . Cicero lib. II. *de orat*. cap. 28. *Catulus , cui graeci ipſi ſolent ſuae linguae ſubtilitatem elegantiamque concedere* .

(*g*) *Proficere* aliquando *procedere* atque *aſſequi* , aliquando , ut hoc loco , *prodeſſe* atque *utilitati eſſe* ſignificat .

(*h*) Imolam .

(*i*) Quattuor feſti dies ſignificantur , ii , quibus , a quinto & viceſimo menſis decembris die initio facto , domini noſtri Jeſu Chriſti ortus fauſtiſſimi ac ſalutaris memoriam Chriſtiani quotannis recolimus , & pie atque hilare celebramus . utrum autem Pogianus , *natalibus* cum dixit , de *feſtis* an de *diebus* cogitarit , ſcire non poſſumus . qui ſi *feſta* intellexit , tum ita *natalia* dixit , quemadmodum veteres latini *Saturnalia* , *Liberalia* , *Cerealia* , *Compitalia* , reliquaque dixerunt ; ac propterea recte dixiſſe cenſendus eſt . quod ſi voluit *dies* cum *natalibus* conjungere , equidem , an item recte dixerit , haud ſatis ſcio . Cicero quidem , praeter eum unum eumdemque diem , quo quis ſemel ac primum natus eſt , negat quemquam alium in tota hominis vita , multoque minus poſt exceſſum e vita , recte *natalem* dici . *Quatro autem* (inquit libro II. *De finibus bon. & mal.* cap. 102.) *quid ſit , quod . . . tam accurate tamque diligenter caveat* (Epicurus in ſuo teſtamento) *& ſanciat , ut Amynomachus & Ti-*

tionem nobis probare poſſis. Reliquum eſt, ut patri tuo, viro opti-

& Timocratee, heredet ſui, de Hermachi ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannit, menſe Gamelione?... Haec ego non poſſum dicere non eſſe hominis & belli & humani, ſapientis vero nullo modo, phyſici praeſertim, quem ſe ille eſſe vult, putare ullum eſſe cujuſquam diem natalem. quid? verene poteſt eſſe dies ſaepius, qui ſemel fuit? certe non poteſt. an ejuſdemmodi? ne id quidem, niſi cum multa annorum interceſſerint millia, ut omnium ſiderum eodem, unde profecta ſint, fiat ad unum tempus reverſio. nullus eſt igitur cujuſquam dies natalis. Reſpondere fortaſſe Epicurua ipſe pro ſe, ſive alius quiſpiam pro Epicuro ita poſſit. Certe, ſi haec ad vivum reſecentur, neque ex communi hominum ſenſu atque interpretatione, ſed ex rei natura ac veritate pendantur, nullus, illo uno excepto, quo quis eſt natus, vere cujuſquam natalis diea eſt. verumtamen eum quoque diem, qui, certis temporum ſpatiis interpoſitis, deinceps recurrit, ac primo illi, quo quis eſt natua, medii temporis exacta converſione, reſpondet, recte homines, quorum ad arbitrium voces humanae ſignificant, quique non niſi illud ipſum ea voce intelliguot, idque intelligi ab aliis volunt, *natalem* appellare potuerunt. At, *is dies*, inquis, *qui ſemel fuit, non poteſt eſſe ſaepius*. Quaſi, qui illo modo loquuntur, quique ita audiunt, id neſciant. atqui utrumque ſciunt, & eum diem, qui ſemel fuit, iterum, nedum ſaepiua, eſſe non poſſe, & tamen eamdem appellationem, qua illum afficiunt, alteri quoque diei, qui non ſit quidem ille idem, qui ſemel fuit, ſed illius pleriſque in rebus ſimilis, illique temporum menſuris convenientiaque reſpondens, ab ſe rectiſſime tribui poſſet quemadmodum, exempli cauſa, qui fratrem occiderit, *idem* feciſſe, quod Romulus, rectiſſime dicitur; quamvis Romuli factum tanto ante praeceſſerit, neque re vera *idem*, ſed aliud omnino illud, atque hoc hujus recentis interfectoris, fuerit. cujuſmodi generis exempla innumerabilia quotidiana loquendi ratio conſuetudoque ſuppeditat. quid? tu idem, Cicero, cum in defenſione L. Flacci (cap. 102.) nonas illas decembres, quae te conſule fuiſſent, diem *vere natalem* urbis Romae appellabas, an, eamdem urbem non poſſe *ſaepius* naſci, neſciebas? cur igitur, qui ſcires, *natalem* urbis diem, Romulo regnante, *ſemel* fuiſſe, eumdem te conſule iterum fuiſſe gloriatus es? Dices fortaſſe, te oratorem oratorie eſſe loquutum, Epicurum autem, philoſophum videlicet, ac phyſicum, quem ſe eſſe illum velle ais, philoſophice ac phyſice loqui oportuiſſe. Atqui tibi oratori licere, immo & libére, videmua, interdum, vel potius ſaepe, philoſophice ac phyſice loqui: Epicuro, philoſopho ac phyſico, oratorie loqui ne ſemel quidem licebit? num, qui oratorie loquitur, ſi fuerit philoſophus ac phyſicus, continuo philoſophus ac phyſicus eſſe deſinit? an tibicines, niſi ſemper canant, non ſunt tibicines? aut denique, qui homines ſunt, non poſſunt uſitato hominum atque communi ſermone uti? quid autem eſt uſitatius, quam graece γενέθλιον ἡμέραν, latine *natalem diem* dici eum, qui, annua ſolis converſione confecta, redit atque inſtauratur, ejus ſimilis ac tamquam geminus, qui primo nobis naſcentibus fuit? quod ſi ita dici recte poſſe non vis, aliud tu nobis nomen ſuggere, quo id ipſum recte dicamus, ne omni recto vocabulo, ad rem tam neceſſariam, quaeque omnibus mortalibus contingit, qui non intra annum, quo nati ſint, e vita exceſſerint, ſignificandam, omnino careamus. Id ſuggerere ſi non potes, neque, ſi poſſis, fortaſſe velis, ne te ipſum reprehendere videaris, qui ſaepiſſime in ſcriptis tuis hunc ipſum *natalem diem* uſurpaſti,

vel

optimo noſtrique ſtudioſiſſimo, de ſuo in nos amore & obſer-van-

vel nega, Epicurum, qui ſimiliter eſt loquutus, umquam in eo peccaſſe, vel te, eodem, quo Epicurum, modo ſaepiſſime loquutum, ſaepiſſime peccaſſe concede.

Eſt igitur *natalis dies* rectum, poteſtque ab omnibus ſine ulla reprehenſione uſurpari. ſed, num recte etiam quattuor illi decembris menſia dies, quos Pogianus ſignificavit, dici *natales* poſſint, haud ſatis ſcire me, ſupra dixi. nam unius eiuſdemque perſonae non niſi unus quotannis recurrit *natalis* diea. non igitur univerſi dies illi ipſi, quorum non niſi primus Jeſu Chriſti nati anniverſariua eſt, promiſcue *natales dies* appellari videntur poſſe. Et tamen poſſe non abſurde ita appellari, puto, ob eam cauſam, quod non modo primus ille, ſed reliqui etiam conſequentes trea ad infantis Dei ortum commemorandum celebrandumque ſunt inſtituti, atque una omnea eademque religione quodammodo continentur: ut propterea primus vere *natalis* ſit, reliqui *natales* habeantur. quaero enim, ſi qua gens, ad peremnem regiarum nuptiarum memoriam ac gratulationem, anniverſaria plurium dierum feſta inſtitueret, num abſurde aut feſta illa *nuptialia*, aut illi dies, ejuſmodi feſtis peragendis conſtituti, *nuptiales* appellarentur? equidem, rectiſſime ita appellandos, putarem. etſi enim non niſi in primum talium dierum verae olim nuptiae incidiſſent, tamen, aeque atque ille primus, reliqui etiam iiſdem nuptiis celebrandis indicti dicatique haberentur. jam, decembris menſis quattuor illos, de quibus agimus, dies, immo etiam reliquoa, qui uſque ad kalendas januarias procurrunt, ad Jeſu Chriſti naſcentis ortum celebrandum eſſe potiſſimum inſtitutos, quis ignorat? in quo argumento tractando, egregie, ut mihi quidem videtur, verſatus eſt Joannea Victoria, hiſpanus e Soc. Jeſu theologus, homo ſummo ingenio, exquiſitaque doctrina, & magnis rebua geſtis inſignis (de quo vide hiſtoriam ejuſdem Societatis ad annos Chriſti 1549. §.10., 1551. §.41., 1561. §. 165. & 171., 1566. §.18. & 85., 1567. §. 95., 1568. §.171., 1569. §.44., 1570. §. 26., 1571. §.16., 1575. §. 61.), ſed cujus nulla ſcripta exſtant, praeter unum manu ipſius ſcriptum volumen, quo quadringentae ferme concionea, ſive, quod dici de pleriſque poteſt (quemadmodum de quibuſdam L. Craſſi orationibus dixit Cicero in libro *de claris oratoribus* cap. 164.), *rerum capita, expoſita, nec explicata*, & concionum *commentaria paullo uberiora*. continentur: quod quidem volumen penes me eſt, per eumdem me olim, Florentiae cum eſſem, a praeſenti peſte atque interitu ſane feliciter vindicatum. praefationem, in illius prima adverſa pagina univerſo operi a Victoria praemiſſam, ego quoque ei particulae, quam, de feſtis illis naſcentis Jeſu Chriſti diebus agentem, in ſtudioſi piique lectoris gratiam mox ſum ex ejuſdem operis pag. 17. allaturus, praemittendam duxi, ut & de totius operis ratione, & de ejua auctore judicare, quantum nunc quidem ſatis eſt, idem lector poſſit. ea eſt autem hujuſmodi.

IHS

Annotationes quaedam & puncta, curſim ſcripta, neque relecta, ex illis, quae in exhortationibus ad populum, moniales, & clerum, per annum, in viſitatione trium dioeceſum (civita-caſt llanenſis, narnienſis, ſpoletinae, Pii V. pont. max. juſſu) *habitis, expoſuimus; praeter illa, quae Romae apud noſtros in domo probationis* (in monte quirinali ad S. Andreae) *diximus. Quia vero raptim in itineribus & quibuſdam ſuffuratis momentis haec ipſa ſubnotavimus, facile fiet, ut quaedam mutila aut non ſatis cohaerentia, conceptuſque etiam aliqui imperfecti atque obſcu-*

vantia, deque muneribus, quae mihi gratiſſima fuerunt, meo nomi-

obſcure notati &c. inveniantur. Caeterum non omnia, quae diximus, inveniuntur notata, & aliqua inter ſcribendum adjecimus, ſeu pleniut notavimus, quam dicta ſint auditoribus. Quidquid hic boni habetur, ſicut Dei eſt totum ad communem utilitatem, ita ego opto ampliori divinae gloriae, & abundantiori communi bono ut ſerviat: reliquum incuriae atque ignorantiae meae aſcribatur. Quaedam autem complere non valui propter importunum & quotidianum motum, & alias, quae ex aliis naſcuntur & ſuccreſcunt, occupationes. perſicientur tamen, Deo favente, aliquando, quae de viſitatione, ſubeiaco, & ad eam requiſitis. promittuntur quibuſdam in locis. In oppido Fabriani 1. Martii 1572.

Pag. 17.

De feſtis, quae in octava natalis Domini celebrantur in genere & in particulari puncta quaedam &c.

Cur feſtum S. Stephani & aliorum ſanctorum cum ipſo natali ſalvatoris celebratur &c.? Ante omnia certum eſt, quod, dum ſolemnia ſanctorum celebramus, dominum ipſarum magis veneramur, & laudamus, qui in illis mirabilem ſe manifeſtat. mirabilis eſt enim Deus in ſanctis ſuis, & admirandus in omoibus operibus ſuio. *unde ſit, ut ad ſolemnitatem natalis dominici maxime pertineat ſanctorum celebratio*, *quorum* principatue nimis *hoc ipſo* eſt confortatue, *quia amici Dei facti ſunt &c. Caeterum cum hoc dici poſſit de celebrationibus aliorum ſanctorum per annum, tum maxime competit iſtis feſtivitatibus, quas ſolemniter nobis ſancta mater eccleſia in hoc natalitia Domini octava exhibet. Et primo quidem, non decebat, ſummum principem, qui ſolemne feſtum ſui primi adventus ad ſuos exhibere mundo toti benigne intendebat, e regio ſuo thalamo atque throno in publicum prodire abſque magno nobilium ſuorum comitatu &c. Deinde, cum in hoc venit in mundum, ut vitae normam omnibus exhiberet, & dicturus erat* exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum ego feci, vos quoque faciatis, *accommodate ſancta mater, quae per omnia tempora filios ſuos hac ad imitationem Chriſti revocat & impellit, magnorum ſervorum Dei, & eorum, qui puri homines eſſent, ut nos, exempla praebet ſtatim poſt natum Chriſtum. quis enim vel intueri ſplendorem tantae majeſtatis, vel admirandam ejus vitam imitari auſus fuiſſet, niſi in ipſis incunabulis Chriſti adorandis, & velut ad limina ardui oſtii viae ſalutis obvios haberet ſanctos viros, quos poſſe ſe cum divino favore imitari ſperaret, & videret? hinc D. Paulus ait*, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. 3. *Vult praeterea mater ſancta, divinam naſcentis Chriſti virtutem & efficaciam in ſanctis ſuis oſtendere; de qua virtute D. Paulus recte inquit (ad Rom. 1. n.)*: Qui praedeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis &c. 4. *Decebat, ſolemniter eorum exitum e mortali corpore in natalitiis diebus ſalvatoris celebrare, quos ipſe fratres & amicos vocaret, quia* nimis, *inquit propheta*, honorati ſunt amici tui Deus. *decebat cum herede honorare coheredes & comparticipes regni, cum naturali Dei filio* filios odoptionis, & divinae conſortes naturae, *introducere in feſtivitatem tanti gaudii*, gaudii *inquam*, magni, quod erit toti mundo. *ut hoc ipſo conſtaret, vere hominem eſſe filium Dei; de quo tu, pater aeterne, ais cum eodem loquens*, ex utero ante Luciferum genui te in ſplendoribus ſanctorum. *quorſum enim ſeſe radii ſolis juſtitiae immittunt, jam ex hoc agnoſcimus, cum illuſtratus admirando ſplendore ſanctos videmus in ipſo Chriſti natali. 5. Agnoſcimus ſpirituales, aedificii caeleſtis fundamentum natum Chriſtum eſſe, ac proinde operae pretium fuit, reliqui aedificii lapides cognoſcere vivos,*

nomine gratias agas, meumque illi ſtudium ad omnia paratiſ-

vos, ut de toto aedificio ex ipſo nobis nato fundamento, & Chriſto viventibus columnis jam nobis ferre judicium ad ſpem noſtram erigendam, excitandumque pietatis ſtudium &c. poſſemus. 6. Caput eſt Chriſtus, nobis natus, myſtici corporis; & ideo conſequenter par fuit, ut viva ſibi inſita haberet membra, quae, admiranda efficacia vitalis gratiae confirmata, vivificaret; ac proinde, in hujus veritatis fidem, cum ſuo natali die ſanctarum feſta celebrari mandavit, per ſpiritum ſanctum, eccleſiae ſanctae ſanctificatorem & rectorem inviſibilem, vernm vicarium ſuum univerſalem (ideſt romanum pontificem) *in primis ad hujuſmodi univerſalem inſtitutionem divinitus permovendo. 7. Par fuit, ut, qui eſt imago ſubſtantiae paternae, candor lucis aeternae, ſpeculum ſine macula, qui naſcendo gloriam patris incipit manifeſtare, in natalitiis ſuis feſtivitatibus teſtes habeat ſuae gloriae ſolemnes, & ad officia ſua exprimenda velut natos, & qui ſimilitudinem Chriſti atque imaginem nobis, quam in ſuis pectoribus portabant, exhiberent. ſunt enim ſancti, qui vere vivunt vita Chriſti, imo qui vere dicunt cum Paulo* Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. *Quamobrem egregiam nobis ſpeciem referunt, in qua, velut in ſpeculo limpidiſſimo, intueri poſſimus, quam ſimiles ſimus, quamque diſſimiles Chriſto. tunc enim ſtudioſe reformando nos ipſos, cum gratia Chriſti nati, ad imaginem & exemplar, de caelo datum nobis, ſcimus, quod, cum apparuerit Chriſtus, vita noſtra, iterum in gloria ſimiles ei erimus &c. 8. Petiturus erat puer natus, ante obitum ſuum, & petiiſſe eum inſtanter ſcimus a te, pater ſancte, communitatem quandam ſuorum diſcipulorum ſecum, dicens: Pater, quos dediſti mihi volo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi: non pro eis autem, id eſt apoſtolis meis, rogo tantum, ſed etiam pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu, pater, in me & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint &c. ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus: ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum: & ſciat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Quum igitur omnia ad illud unum tendant, ut cum uno, ex quo procedunt, ſuo modo ſint unum, cum Chriſtus dominus tantopere hanc unionem adamaverit inter nos & ſecum, recte ſanctiſſima mater natalitiis ſalvatoris adjecit feſta ſanctorum, quae celebraremus: ut doceremur, dominum non dedignari conſortio ſuorum, quod tantopere adamavit; & ſimul imaginem exhiberet futuri in gloria patris cum Chriſto (ſi ejus imitatores perſeveranter, ut ſancti iſti, fuerimus) contubernii. quae enim in eccleſiaſtica hierarchia ſiunt ordinatiſſime, hoc ipſo cognoſcuntur tum a Deo eſſe (ex quo ordinata ſunt, quae a Deo ſunt, ut ſunt confuſa, quae ab ipſo diabolo ſunt), tum etiam typum caeleſtis hierarchiae gerere. quis autem hoc ipſo non excitetur ad unionem cum Chriſto ſanctam adipiſcendam in hac vita, quam ſperat & optat habere in caeleſti vita? 9. Et dux militiae tunc ſane glorioſe in centuriis ſuis ambulat, quando is eſt, qui certo poſſit de hoſte ſuo reportare victoriam; & glorioſior agnoſcitur atque fortior, quando & apud ſe ſtrenuos habet milites, & eoſdem de hoſtibus eximia virtute nominis ſui victoriam reportare docet & facit. cum itaque Chriſtus dominus in mundum venerit, cum principe diabolo cumque ducibus mundo & carne pugnaturus, tales ſane debuit ſecum habere centuriones militeſque, in variis praeliorum generibus exercitatos & victores, ac potius, in nomine ducis ſui Chriſti, inſignes de univerſis hoſtibus domini triumphatores. 10. Peculiariter vero, quia*

ſimum fore pollicearis : ac totam domum ſalutabis : tuque & meo

non decebat, eſſe ſummum ſacerdotem ſive levita, merito Stephani glorioſus triumphus cum natali ſummi ſacerdotis celebratur. heri igitur ſolemnem habuimus diem venientis ſummi ſacerdotis e caelo in terram : hodie colimus exitum levitae de terra in caelum. heri dominum a patre venientem excepimus : hodie conſervum, abeuntem ad patrem, comitamur. heri venientem ſalvatorem ad mortem ſubeundam, ſingulari alias cum hilaritate, vidimus : hodie egredientem per mortem fidelem ad vitam ſalvatum fratrem, ad ſolatium & imitationem remanentium, ſacris ſolemniis proſequimur. heri egredientem praecedentemque de ſacrario virgineo ad altare ſacerdotem celebri ſolemnitate laudavimus ; hodie levitam de tumulo corporis proſilientem, ut ſummo ſacerdoti aſſiſtat, in aureo altari caeleſti patri ſacrificanti, dignis pro modulo noſtro laudibus celebramus. 11. Qui mihi miniſtrat, *ait dominus, heri nobis, ab aeterno, etiam patri natus,* me ſequatur, &, ubi ego ſum, illic & miniſter meus ſit. *recte ergo & levita* (S. Stephanus), *& evangeliſta atque apoſtolus* (S. Joannes), *& martyr atque confeſſor* (S. Thomas cantuarienſis), *& innocens atque mundo corde* (SS. Innocentes), *& vicarius* (S. Silveſter papa) *glorioſi apparent, per matris ſanctae celebrationem, ſtatim poſt domini nativitatem ; ne ſit unquam ipſe ſine miniſtris, nec procedat ſine aſſeclis. & recte quidem praecedit ipſe in novo teſtamento, qui ſequebatur in veteri : ut oſtendat, ſe eſſe eum,* qui facit utraque unum, *utrunque in ſe condens aedificii ſpiritualis parietem, & manifeſtet novellae plantationis, ſuper veterem, felicitatem, & poſteriores glorias eccleſiae ſuae prioribus ſynagogae praeſtantiores. Hoc autem quam ſit nobis & glorioſum & tutum ſatis conſtat. ſecuram ſiquidem & expeditam facit viam dominus praecedens, &, omnem timorem pellens de cordibus noſtris, inflammat praecedendo ad ſequelam, cogit quodammodo nos feliciter, ut non ſolum eorum, quae retro ſunt, obliti, ad interiora velaminis gloriae ipſius & perfectionis noſtrae extendamus, ſed etiam ne in noſtris progreſſibus aut ſtatibus alium nobis ſcopum, praeter ipſum, qui nobis praecedit, qui praeit, qui itineris ducem ſe praebet, habeamus, quo beatiores ſimus. Amen dico vobis : multi reges & prophetae voluerunt videre, quem vos videtis, & non viderunt, & audire vocem paſtoris praeeuntis, ſuaſque oves nomine proprio vocantis, & non audierunt, quia praecedebant, & quodammodo a tergo dominum relinquebant. recte igitur praeceſſit domini feſtivitas natalis : recte ſtatim ſequitur ſervorum ſolemnitas, procedentium poſt dominum ſuum.* 12. Venerat *ſalvator,* ut ignem mitteret in terram, *quo inflammati homines deſinerent eſſe terreni, ſeſeque in altum vehementer, ad ignis modum, ferrent, & ſe pariter in caelum inferrent. a diebus ſiquidem Joannis Baptiſtae, violenti, qualis ignis eſt, rapiunt illud. venerat inſtituere mundum in omni genere perfectionis ſpiritualis. quamobrem mater ſancta eccleſia, ut nos inſtrueret de magnis incendiis, igne amoris ſancti excitatis in mundo per Chriſti adventum, & ſimul doceret de admiranda perfectione ſtatuum ſanctorum, quae ex virtute nati nobis pueri proceſſit, ſapienter curavit hujuſmodi ſanctorum feſtivitates in ipſis natalitiis diebus Chriſti per univerſum orbem celebrari ; ne quiſquam audeat excuſationes neglecti officii perfectionis obtendere...... Dum autem in ipſis natalitiis ſalvatoris, nobis & toti mundo nati, ſancti omnium ſtatuum honorantur, nihil de gloria natalis dominici & gaudio demitur, ſed augetur potius ſolatium, & hoc ipſo feſtum natalitium majori veneratione celebramus & maxime veneramur. hoc enim proteſtamur,*

nos

meo & Anſelmi (*k*) nomine valebis & ſtudebis diligenter. Vale idib. novembris. *k*

nos in praeſepio infantem poſitum, & infantilibus membris quamvis debilem, dignitate tamen, virtute, majeſtate, hereditario jure &c. dominum & principem univerſorum agnoſcere & adorare: confitemur omnium bonorum conſummatorem, ſanctitatis donatorem & auctorem; eſſe vero eum, qui judiciariam a patre acceperit poteſtatem, & beata felicitate pios & ſanctos remuneret, juxta rationem meritorum. celebramus inſuper infinitam ejus (quatenus Deus eſt) & ſummam, quae capiti angelorum & hominum competit (quatenus homo eſt, verbo hypoſtatice ſecundum naturam humanam unitus), virtutem, qua operatur omnia in omnibus *ſanctis ſuis, prout vult. magnificamus regnum ejus, docentes, non tam de hoc mundo eſſe, quam de caelo, ex quo* (id eſt, *ſiquidem*) *vivit & regnat in ſanctis. teſtamur, beatificum objectum eſſe ſanctorum, ex quo celebramus eos, quos dignos tanto honore eſſe affirmamus, quia, quoad pervenerunt per fidem de Chriſto acceptam ad beatam ipſius viſionem & conſummatum amorem, non quieverunt; quodque magis fiat in Chriſto ſalvatore noſtro, quem amant, quam nos in corpore, quod animamus. &c. &c. &c.*

(*k*) Anſelmus Dandinius Hieronymi cardinalis fratris filius fuit: ad quem plurimae exſtant Hieronymi ipſius nomine a Pogiano epiſtolae, Roma Bononiam datae, quas ſuo loco haud ita multo poſt exhibebimus.

CXXIII.

Jul. Pogianus Philippo Guaſtavilanio. (*a*) *a*

Egone tibi, mi Philippe, ſuccenſeam? aut tu quicquam in me poſſis committere, quamobrem accuſari debeas? non eſt hoc humanitatis tuae, non illud amoris in te mei. quinetiam hanc ipſam epiſtolam, ex qua recognovi, ſumma mea cum voluptate, ſuavitatem ingenii & morum tuorum, non modo ſerius, quam debuit, a te ſcriptam non exiſtimo, ſed, quod ita excuſas ſilentium literarum tuarum, quantum benevolentia ductus in ea mihi tribuas, plane intelligo. itaque & tibi de eo gratias ago, &, quod ſtudiis tuis, ut arbitror, deditus, quam minimum de illis, ſcribendi non neceſſario ſtudio, detrahas, te vehementer laudo. ex meis vero literis ſi minus novum aliquem, ut ſperaras, certe jucundum illum atque uberem, mea quidem ſententia, fructum capies, quod te patremque tuum, virum optimum atque humaniſſimum, totam denique domum veſtram in ore ac deſiderio cardinalis (*b*) omniumque noſtrum eſſe, cognoſces: qui (mihi crede) valde cupimus viſere tum vos, tum *b*
Barbianum (*c*) veſtrum, ocellum Aemiliae (*d*). habes cupidita- *c d*
A a 2 tem

(*a*) Vide proxime ſuperiorem epiſtolam.

(*b*) Hieronymi Dandinii.

(*c*) De quo vide item eamdem illam epiſtolam.

(*d*) Cicero lib. XVI. *ad Attic.* epiſt. 6. *Cur ocellos Italiae, villulas meas, non video?*

Digitized by Google

tem noſtram: rei facultatem, ſiqua erit, non praetermittemus: de quo ſi quid certi habuero, faciam te ſtatim certiorem. tu interea ſtudebis, ut facis, diligenter, & ita vives, ut cardinalis noſtri praeceptorum ac monitorum ſemper recordere: a quo, & a me, & a nobis omnibus ſalvebis tu, & pater tuus, atque adeo
e vos omnes. Vale. Romae. XVIII. Kal. aprilis. (e)

(e) Anno, ut opinor, 1557.

CXXIV.

a
Jul. Pogianus Alberto Bologneto. (a)

FOvebam ego meum, Alberte, ſtudium & amorem erga te, patremque tuum, quem ex ſingularibus utriuſque veſtrum
b ornamentis & ſumma in me humanitate (b) ſuſceperam, fruebarque tacitus jucundiſſima hac veſtri memoria & cogitatione, ac vehementer cupiebam, mihi dari occaſionem aliquando non vulgarem, qua meam & ipſi patri tuo, clariſſimo viro, & tibi, eo patre digniſſimo filio, benevolentiam declararem. ſed, dum ſuſtineo ipſe me ejus ſpe atque expectatione facultatis, ecce tibi
c tuae ſuaviſſimae literae: quarum (c) humanitatis acceſſione non modo mihi hujus officii cauſam oblatam, ſed, quod meas literas requiris, paene etiam eſſe neceſſitatem impoſitam, judicavi. in quo quidem doleo, me tibi, quam expectas, epiſtolae elegantiam praeſtare non poſſe. quod quoniam ingenio minus aſſequor, operam dabo, ut id reliquarum rerum, quarum ex literis magnam tuam voluntatem cognovi, diligentia compenſem. nam, etſi te huic optimo & bonorum ac ſtudioſorum cu-
d pidiſſimo cardinali (d) primum fama laudum tuarum, major certe, quam de iſta aetate fere commoveri ſoleat, deinde tua oratio ita conciliavit, ut nihil non tua cauſa propterea cupiat, ego tamen eundem te ei commendare non deſiſtam. quanquam
una

(a) Non dubito, quin Albertus hic Bolognetus ſit ille idem Franciſci, ſenatoris bononienſis, & Lucretiae Elephantuciae filius, quem poſtea Gregorius XIII. die 18. dec. an. 1583. cardinalem creavit, eo honore, non niſi ſexdecim menſes, morte interveniente, functurum. agebat autem, hae cum ad eum a Pogiano, Imolae, ut opinor, commorante, litterae Bononiam dabantur, quintum aut ſextum ſupra decimum aetatis ſuae, quae ad quadrageſimum ſextum uſque proceſſit, annum.

(b) Utriuſque humanitatem expertus Pogianus ante aliquot menſes fuerat, cum, Roma exeuntem card. Dandinium aſſectatus, Bononiae aliquamdiu, antequam Imolam veniret, ſubſtiterat.

(c) *quorum* exempl. Emendavi.

(d) Hieronymo Dandinio.

Digitized by Google

una eſt ratio, mihi crede (*e*), colligendae ac retinendae & illius & am-

(*e*) Video, Germanum quemdam non ineruditum ſcriptorem, ſerio ac diligenter ſuo quodam in libello ſtudioſos latinae linguae atque elegantiae monere, ne umquam in oratione ſoluta excidere ſibi patiantur *crede mihi*, ſed ſemper *mihi crede* (quemadmodum heic & alibi ſcripſiſſe Pogianum certe videmus), perpetuam in eo Ciceronis conſuetudinem uſurpantes, adhibeant. Atqui Ciceronis eſt illud *ad Atticum* libro VI. epiſt. *6. Sed*, crede mihi, *nihil minus putaram ego*. & libro VIII. epiſt. 14. *Euntibus vero, domeſticis praeſertim, ut nihil ad te dem litterarum, facere non poſſum: & ſimul*, crede mihi, *requieſco paullum in his miſeriis, cum quaſi tecum loquor.* Reperi etiam illa ejuſdem Ciceronis ad Paetum lib. IX. epiſt. 16. in aliquot editis & in ferme viginti manuſcriptis codicibus ita ſcripta: *Volo enim videre animum, qui mihi audeat iſta, quae ſcribis, apponere, aut etiam polypum, Miniani Jovis ſimilem*, crede mihi: *non audebis*. quibus tamen ego codicibus, aliiſque, ſi qui ſunt, qui cum illis conſentiant, non tantum tribuo, tribuendumve ab eruditis cenſeo, quantum uni illi, omnium, quotquot ubique terrarum, idem epiſtolarum corpus continentes, exſtant, vetuſtiſſimo (& ex quo caeteros omnes, qui uſquam ſunt, tamquam e fonte ac capite manaſſe, & Angelus Politianus & Petrus Victorius memoriae prodiderunt), qui Florentiae in Mediceo-laurentianae bibliothecae pluteo XLIX. adſervatur, numero IX. extra notatus: quo in codice non *crede mihi*, ſed *mihi crede* legitur. itaque duobus illis epiſtolarum ad Atticum locis hoc tempore contenti erimus: nam alii nunc quidem mihi Ciceronis, ſimiliter loquuti, nulli ſuccurrunt. at vero Ciceronis familiarium, M. Caelii, & M. Bruti, nonnullos ſimiles in promtu habeo; quos etiam profeto. Caelius lib. VIII. epiſt. 14. *Crede mihi*, inquit, *eſt properandum*. & epiſt. 17. *Sed, crede mihi, perire ſatius eſt, quam hos videre.* Brutus lib. XI. epiſt. 20. *Num de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, & denunciatione periculi, ſperare eos, te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi praemia*. & epiſt. 26. *Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt quemadmodum ſcribo, magnum nos omnes adituros periculum*. quamquam Bruti duo haec non videntur eſſe ex eodem plane, ex quo illa ſunt Caelii, genere.

Nunc, quae per hoſce ipſos dies duorum item e Germania doctiſſimorum hominum graviora, ut mihi quidem videntur, [illegible] in alio quodam genere animadverti, ſtudioſae juventuti indicabo. quod quamquam alio & loco & tempore commodius atque opportunius a me fieri oportuiſſe non ignorarem, tamen, quum idem intelligerem, nullum non idoneum tempus, nullumque non aptum locum eripiendo aut prohibendo errori eſſe, rem non eſſe diutius differendam, aut alio rejiciendam exiſtimavi. Alter igitur in quinto volumine *Actorum ſocietatis latinae jenenſis anno* 1756. ait, obliquos nominum caſus, *barbaros* a Cicerone in *Oratore ad M. Brutum* cap. 48. (al. 160.) appellari, *quaſi*, inquiens, *barbarum ſit quidquid recto oppoſitum eſt*. quod ſi valet, regulas, vias, caetera omnia, quae a recto aberrant, eodem jure *barbara* appellabimus. ſed Ciceronis locum videamus. *Quin ego ipſe, quum ſcirem, ita majores loquutos eſſe, ut nuſquam, niſi in vocali, adſpiratione uterentur, loquebar ſic, ut* PULCROS, CETEGOS, TRIUMPOS, KARTAGINEM *dicerem* . . . BURRUM *ſemper Ennius, numquam* PYRRHUM. VI PATEFECERUNT BRUGES, *non* PHRYGES, *ipſius antiqui declarant libri. nec enim graecam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas. &, cum* PHRYGUM, *& cum* PHRYGIBUS *dicem-*

cendum eſſet , abſurdum erat out tantum barbaris caſibus *graecam litteram adbibere , aut recto caſu ſolum graece loqui . tamen & PHRYGES , & PYRRHUM aurium cauſa dicimus .*

Ajo , *barbaros caſus* hoc loco a Cicerone appellari eos , qui proprios , non graecorum , ſed latinorum nominum declinatus atque exitus habeant . id antequam ita eſſe doceo , *caſus* quid ſint , dicendum eſt . Verborum ac nominum una quaedam prima poſitio eſt , ut *amo , doceo , lego , audio ,* & *amator , doctor , lector , auditor .* hi omnes , eorumque ſimiles , *recti caſus* vocantur . quod ne temere ac falſo a me de verbis quoque dici , quis putet , doctiſſimi romanorum M. Terentii Varronis teſtimonium ex libro II. *de analogia* , qui *de lingua latino* octavus eſt , afferam . *Fit* , inquit , *ut* rectus caſus *nonnumquam ſit ambiguus , ut in hoc verbo* VOLO , *quod id duo ſignificat , unum a* VOLUNTATE , *alterum a* VOLANDO . *itaque a* VOLO *intelligimus &* VOLARE & VELLE. Ex hujuſmodi *rectis* tum nominum tum verborum *caſibus* alii , qui vocantur *obliqui* , naſcuntur ; quos itidem verborum eſſe , ex Quintiliani verbis illis libro I. *inſtitutionum* cap. 10. plane intelligimus : *Primo quoque aliquando poſitio ex* obliquis *invenitur : ut memorio repeto convictos a me , qui reprebenderant , quod boc verbo uſus eſſem* PEPIGI . *nam id quidem dixiſſe ſummos auctores confitebantur , rationem tamen negabant permittere : quia prima poſitio* PACISCOR , *cum baberet noturam patiendi , faceret tempore praeterito* PACTUS SUM . *nos , praeter auctoritatem oratorum atque hiſtoricorum , analogia quoque boc dictum tuebamur . nam , cum in duodecim tabulis legerimus* (malim *legeremus* ; quemadmodum legere me Florentiae in antiquiſſimo bibliothecae mediceo - laurentianae codice memini) NI ITA PAGUNT , *inveniebamus ſimile huic* CADUNT . *inde prima poſitio , etiamſi vetuſtate exoleverat , apparebat* PAGO . *unde non erat dubium , ſic* PEPIGI *nos dicere , ut* CECIDI . Sed nihil neceſſe eſt , nunc a me verba cum nominibus in hac diſputatione conjungi . de nominum dumtaxat *obliquis caſibus* dicam . quos quidem *obliquos* dici non ſolum ob eam cauſam puto , quod ad *rectos* ex altera parte referantur , illiſque reſpondeant , ſed etiam quod a *rectis* in extremis ſyllabis ferme deficiant , alioſque , atque illi , flexus atque exitus habeant ; quos ipſos flexus atque exitus probabilem appellandorum *caſuum* grammaticis dediſſe cauſam exiſtimo . apte enim atque concinne dici videntur nomina *cadere* in eas ſyllabas , in quas , alias deinceps atque alias , prioribus nihil admodum immutatis , migrant ac tamquam labuntur . *Caſus* , inquit Sex. Pompejus Feſtus , *dicimus vocabulorum formas ; quia in aliam atque aliam cadunt effigiem* . Hae nominum effigies , hae formae , hae figurae (quo etiam vocabulo a veteribus appellatas video) , hi denique *caſus obliqui* , non iidem vulgo , ſed admodum diſſimiles , in lingua latina , ac graeca ſunt ; quemadmodum non eadem , ſed admodum diſſimilia , ipſa ferme ſunt nomina . fit tamen nonnumquam , ut graeca quaedam nomina , propria praeſertim hominum aut locorum , in Latium tranſlata , caſibus , ſive rectis ſive obliquis , non latinis inflexa , ſed graecis efferantur . quam quidem rationem latinis ipſis hominibus non omnibus fuiſſe probatam , tradit Quintilianus libro I. cap. 9. idemque ſententiam ſuam de ejuſmodi controverſia atque judicium auctor graviſſimus interponit . *Sed baec diviſio mea* , inquit , *ad graecum ſermonem praecipue pertinet : nam & maxima ex parte romanus inde converſus eſt ; & confeſſis quoque graecis utimur verbis , ubi noſtra deſunt , ſicut illi a nobis nonnunquam mutuantur . inde illa quaeſtio exoritur , an eodem ratione per caſus duci* (ideſt , *declinari*) *externa* (nomina) , *qua noſtra , conveniat . ac , ſi reperias grammaticum veterum amotorem , neget quicquam ex latina ratione mutandum ; quia , cum*

ſit

Digitized by Google

& ampliſſimi cujuſque gratiae, tua religio, ingenium, morum faci-

ſit apud nos caſus ablativus, quem illi non habent, parum conveniat uno caſu noſtro, quinque graecis uti: quinetiam laudes virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam latinam ſtudebant, nec alienis egere inſtitutis fatebantur. inde Caſtórem *media ſyllaba producta pronunciarunt, quia hoc noſtris nominibus accidebat, quorum prima poſitio* (ideſt, *nominations*) *in eaſdem, quas* Caſtoe, *litteras exit* (ut *amator, doctor, pictor &c.*) *&, ut* Palaemo, *ſic* Thelamo *&* Plato (*nam ſic eum Cicero quoque appellas*) *dicerentur* (non autem, ut graece dicuntue, *Palaemon, Thelamon, Platon*), *retinuerunt; quia latinum* (nomen) *quod* o *&* n *litteris finiretur, non reperiebant. nec in* a *quidem atque* ſ *litteras exire temere maſculina graeca nomina recto caſu patiebantur. ideoque & apud Caelium legimus* Pelia cincinnatus, *& apud Meſſalam* bene fecit Euthia, *& apud Ciceronem* Hermagora. *nec miremur, quod ab antiquorum pleriſque* Aenea, *&* Anchiſa *ſit dictus. nam, ſi, ut* Mecenas, Suffenas, Aſprenas, *dicerentur, genitivo caſu non æ littera, ſed* tis *ſyllaba terminarentur. inde* olympo *&* tyranno *acutam mediam ſyllabam dederunt; quia, una aut duabus longis ſequentibus, primam brevem acui noſter ſermo non patitur. ſic genitivus* Achilli *&* Ulyſſi *fecit, ſic alia plurima. nunc recentiores inſtituerunt graecis nominibus graecas declinationes potius dare. quod tamen ipſum non ſemper fieri poteſt. mihi autem placet latinam rationem ſequi, quouſque patitur decor. neque enim jam* Calypſonem *dixerim, ut* Junonem: *quanquam ſecutus antiquos C. Caeſar utitur hac ratione declinandi. ſed auctoritatem conſuetudo ſuperavit. in caeteris, quae poterunt utroque modo non indecenter efferri, qui graecam figuram ſequi malit, non latine quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur.* Vides, graecorum nominum rectos caſus, ut *Platon, Aeneas, Anchiſes*, ac patrios, ut *Achilleos*, denique accuſativos, ut *Calypſo*, alio quodam modo terminari, & *hic Plato, hic Aenea, hic Anchiſa, hujus Achilli, hunc Calypſonem* reddere? eadem ratio, quae ſingularium, eſt etiam multitudinis. itaque nominis, exempli cauſa, *Phryges* (quae tamen graeca poſitio cum latina conſentit) patrius caſus graece quidem eſt *Phrygon*, dativus *Phryxi*, latine autem *Phrygum*, & *Phrygibus*. Hujuſmodi igitur latinos graecorum nominum caſus, qui non eoſdem, quos graece elati, exitus habeant. ſive recti, ſive obliqui, ſive ſingulares ſive plurales ſint, *barbaros caſus* a latinis appellatos, ajo. cum enim in nominibus caeteriſque orationis partibus ſua cujuſque linguae certa ratio, ac propria atque recepta conſuetudo ſit, ab ea quidquid abhorret, atque aliunde translatum eſt, *barbarum*, hoc eſt peregrinum atque exoticum, perquam apto vocabulo, & ab ipſis graecis primum invento atque uſurpato, dicitur. ac Marcus quidem Plautus graecas comoedias duas, *Aſinariam* atque *Trinummum*, cum latinas a ſe factas vellet intelligi, *barbare* a ſe *verſas* dixit:

Nunc, quod me dixi velle vobis dicere,
Dicam. huic nomen graece eſt Onágos fabulae:
Demophilus ſcripſit, Marcus vortit barbare. In Prologo Aſin. verſ. 9.
Huic nomen graece eſt Theſauro fabulae:
Philémo ſcripſit, Plautus vortit barbare. In Prol. Trin. verſ. 18.

Quam conſuetudinem ſecutus. M. Tullius latinas declinationes, nominibus graecis adhibitas, *barbaros* (id eſt, *non graecos*) *caſus* appellavit.

Nunc ipſum Ciceronis locum, certe obſcuriſſimum, cujus adhuc non niſi uni illi particulae de *barbaris caſibus* lucem fortaſſe aliquam attulimus, univerſum illuſtrare conemur. videntur

Digitized by Google

tur autem mihi quaedam, tamquam geometrarum poſtulata, eſſe omnino praemittenda, quo deinde res ipſa planius explicari & facilius intelligi poſſit.

Primum eſt: priſcos latinos adſpiratione non niſi in vocali (ut in *hamus*, *hilaris*, *hebes*, *homo*, *humus*, *habeo*, *traho* &c.) uſos. quam conſuetudinem Cicero ſequutum ſe aliquando, dicit, atque ita loquutum, ut *triumpos*, non *triumphos*, *pulcros*, non *pulchras*, *Kartaginem*, non *Karthaginem*, diceret.

Alterum eſt: litteram *p*, quae graecorum nominum prima eſſet, ab iiſdem priſcis latinis, quum ejuſmodi nominibus latine uti vellent, in *b* fuiſſe aut ſemper, aut certe ſaepe, converſam. *Sed* b *quoque* (inquit Quintilianus libro I. cap. 6.) *in locum aliarum* (litterarum) *dedimus aliquando: unde* BURRUS, *&* BRUGES, *&* BELENA. Quae quidem poſtrema vox videtur corrigenda eſſe ex illo de eadem litterarum mutatinne Sex. Pompeij Feſti teſtimonio: BALAENAE *nomen a graeco deſcendit. hanc illi* φάλαιναν *dicunt antiqua conſuetudine, qua* Πύῤῥον *Burrum*, πύξον *buxum dicebant*. Eſt hic locus certe corruptus, & a Paullo illo diacono, qui nobis Feſti *viginti prolixa*, ut ipſe ait in ſua ad Karolum regem praefatione, *volumina* in compendium redegit, fortaſſe corruptus. nam quo provocabulum *illi* referas, quum non praeceſſerint in oratioue ulli, ad quos referri poſſit? an graeci intelligendi ſunt? ſed ii φάλαιναν quidem, at non item *Burrum buxumque* dicebant. an vero latini? ſed falſo latini φάλαιναν dixiſſe dicuntur. verum, quum videamus quid ſive Feſtus ſive Paullus dicere voluerit, quemadmodum id dixerit, non eſt laborandum.

Tertium eſt: latinos non niſi duabus ex omni graecarum litterarum numero caruiſſe. Quintilianus iiſdem & libro & capite, *At grammatici ſaltem*, inquit, *omnes in hanc deſcendent rerum tenuitatem, deſintne nobis aliquae neceſſariae litterae, non cum graeca ſcribimus, tum enim ab iiſdem duas mutuamur, ſed proprie in latinis*. Nihil igitur, quod graeci graecis litteris ſcriberent, non poterant latini litteris ſuis ſcribere, ſi modo duas ad graecorum quaedam vocabula ſcribenda mutuarentur. eae quae fuerint, idem Quintilianus libro XII. cap. 10. docet. *Jucundiſſimas*, *inquit*, *ex graecis litteris* υ *&* ζ *non habemus*, *vocalem alteram, alteram conſonantem: quibus nullae apud eos* (graecos) *dulcius ſpirant. quas mutuari ſolemus, quoties illorum nominibus utimur. quod cum contingit, neſcio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in zephyris, zopyriſque*. Duabus hiſce tantumodo graecorum litteris latini quum caruerint, neceſſe eſt eos tribus illis φ, χ, θ non caruiſſe. & ſane non caruerunt. quum enim & *p*, & *c*, & *t* conſonantes litteras haberent, neque ſive litteram, ſive notam *h* non haberent, qua illis conſonantibus adhibita, eaſdem adſpirarent, profecto ejuſdem poteſtatis ſonique totidem litteras, ac tanquam graecarum illarum geminas habuerunt. neque enim graecae ipſae illae litterae aliud quidquam ſunt, niſi π, κ, τ, adſpiratione affectae: ipſoſque antiquiores graecos, antequam non neceſſitate, ſed celeritatis in ſcribendo, ut opinor, cauſa (neque enim reperire aliam aut cogitare poſſum) tres illae litterae, ſive potius tres illi litterarum nexus excogitati invectique ſunt, ita plane, ut latinos PHARUS, CHIUS, THASVS, ſic illos ΠΗΑΡΟϹ, ΚΗΙΟϹ, ΤΗΑϹΟϹ pro recentiorum ΦΑΡΟϹ, ΧΙΟϹ, ΘΑϹΟϹ, ſcripſiſſe conſtat. Non igitur audiendus eſt Petrus Victorius, qui hunc ipſum, quem illuſtrandum ſuſcepimus, Ciceronis locum enarrans, legendumque in eo *Bruges*, non *Fruges*, jure defendens, libro XIV. *Var. lect.* cap. 3. affirmat, litteram φ, quae prima eſt nominis φρύγες, eſſe alteram e duabus, quas Cicero a priſcis latinis fuiſſe adhibitas, contra quam aetate illa ſua fieret, neget illis verbis, *nec enim graecam litteram adhibebant: nunc autem etiam duas*. Non

ita

ita eſt. quam enim *graecam litteram olim* a latinis *non adhibitam* Cicero dicit, ea intelligi debet, quae in nomine Βρυγες ſecundum, in Φρυγες tertium obtinet locum, nempe vocalis υ; pro qua latinam litteram *u* in iiſdem nominibus, in latinum e graeco converſis, adhibitam fuiſſe, duplici illo ex Ennii *Annalibus* allato exemplo, egregie idem Cicero confirmarat. quod optima ratione ab Ennio caeteriſque priſcis illis latinis factum quum judicaret, ſuae aetatis hominum perverſam conſuetudinem atque adeo intemperantiam carpit atque reprehendit, qui, non contenti unam illam ipſam graecam litteram υ latine loquentes ſcribenteſve adhibere, alteram quoque, item graecam ac peregrinam, non quidem in *Phryges*, ſed in aliis certe nominibus uſurpandis, adhiberent. quam nam? profecto non aliam, quam qua una, praeter υ, latinos caruiſſe, oſtenſum eſt, nempe ζ. Falſum igitur eſt, quod Victorius affirmat, Φ litteram eſſe unam ex iis graecis duabus, quas, a priſcis latinis non adhibitas, Cicero queritur a ſuis aequalibus adhiberi.

Sed aliud quoque eſt, minime quidem a me praetereundum, in quo a viro illo doctiſſimo valde diſſentio. ait enim, ſi non *Bruges*, ut ipſe vult, ac recte quidem vult, ſed *Fruges*, ut quibuſdam placet, in hoc eodem Ciceronis loco ſcriberetur, tum fore, ut graeci nominis Φρυγες prima littera, in illam *f* latine converſa, formam quidem graecam amitteret, ſonum vero plane graecum retineret; neque propterea *vere immutata* (immutatam autem ab Ennio affirmat Cicero) dici poſſet. nempe eamdem vim poteſtatemque fuiſſe olim graecae litterae Φ, quam latinae *f* Victorius putat. atqui longe aliam fuiſſe, ex duplici Quintiliani in *Inſtit. orat.* loco perſpicue demonſtrari poteſt. libro quidem I. cap. 6. *Atque haec*, inquit, *ipſa s littera ab his nominibus* (ſcilicet, *arbos*, *labos*, *vapos &c.*, quibus veteres latini utebantur) *excluſa* (ſiquidem recentiores *arbor*, *labor*, *vapor &c.* dicere inſtituerunt), *in quibuſdam* (nominibus aut verbis) *ipſa alteri ſucceſſit. nam* mertare, *atque* pultare *dicebant* (veteres; cum recentiores *merſare* atque *pulſare* dicant), *quomodo* fordeum, foedusque (iidem veteres item dicebant; quod recentiores *hordeum*, *hoeduſque* dicunt) *pro adſpiratione*, *vau ſimili littera utentes* (hoc eſt, adſpirationis *h* loco, qua nunc in duobus illis nominibus utimur, aliam litteram, nempe *f*, adhibentes, quae non eumdem illa quidem, ſed ſimilem litterae *vau*, ſeu digamma aeolico, ſonum habet: qui ſonus non alius eſt, quam qui in prima littera nominis *vulgus*, & in quarta nominum *ſervus*, *cervus*, ſimiliumque auditur). *nam contra graeci ita adſpirare haec ſolent, ut pro Fundanio Cicero teſtem, qui primam ejus litteram dicere non poſſet, irridet.* quorum verborum haec ſententia eſt. veteres latini, quorum auribus adſpiratio omnis erat inſuavior, litteram *f* pro *h* reponentes, ex *hordeum* fecerunt *fordeum*, & *foedus* ex *hoedus*. contra graecis eadem littera *f* ſic abſurda atque abſona, pronunciatuque difficilis eſt, ut latina nomina, quorum illa prima ſit, adſpirare ſoleant, & eo ridiculo modo efferre, quo modo utentem graecum quemdam teſtem videmus a Cicerone in oratione pro Fundanio (quae una ex iis multis eſt, quae Quintiliani aetate exſtabant, at poſtea interciderunt) irrideri; qui teſtis primam ipſius *Fundanii* litteram dicere recte ac latino ſono non poſſet. potuitne igitur latinae litterae *f* eadem eſſe vis ac poteſtas, quae graecae Φ, ſi homo graecus rationem primae *Fundanii* litterae expediendae pronunciandaeque reperire non poterat? hic mihi ſane teſtis non minus contra Victorium, quam contra Fundanium dixiſſe teſtimonium in judicio videtur. ſed & Quintilianus ipſe libro ejuſdem operis XII. cap. 10. teſtimonio quoque ſuo urget hominem, cogitque, magnum inter Φ & *f* ſoni diſcrimen olim inter-

interceſſiſſe, confiteri. *Quae* (graeca nomina *zephyrus* atque *zopyrus*) *ſi noſtris*, inquit, *litteris ſcribantur, ſurdum quiddam* (fort. *quemdam*) *& barbarum efficient ſonum* (heic mihi obiter nota, ita *barbarum* a Quintiliano dici ſonum eum, qui latinus quidem ſonus eſſet, at non graecus, quemadmodum latini nominum caſus, qui latini quidem, at non item graeci eſſent, a Cicerone *barbari* dicti ſunt), *& velut in locum earum ſuccedent triſtes & horridae, quibus Graecia caret. nam illa, quae ſexta eſt noſtrarum* (ea autem eſt *f*) *paene non humana voce, vel omnino non voce potius, inter diſcrimina dentium efflanda eſt: quae etiam, cum vocalem proximam accipit, quaſſa quodammodo, utique quoties aliquam conſonantem frangit, multo fit horridior*.

Sed jam ad Ciceronis locum explicandum, cujus cauſa tam multa praefari coacti ſumus, veniamus. Ennius caeterique veteres latini in graecis nominibus *Pyrrhus* & *Phryges* uſurpandis tria omnino immutarant. primum adſpirationem *h*, qua non niſi in vocalibus, iiſque non multis, utebantur, abjecerant, ita, ut *Pyrrus* & *Pryges* relinqueretur. tum, conſuetudini illorum temporum indulgentes, litteram *P* in *B* converterant, & *Byrrus* ac *Bryges* fecerant. denique, quum ab littera *y*, utpote peregrina, abhorrerent, pro ea latinam *u* ſubdiderant; atque ita duo plane latina nomina *Burrus, Brugeſque* condiderant. rem haud aliter contigiſſe demonſtraturus Cicero, locum illum ex Ennii *Annalibus* „ *Vi patefecerunt Bruges* „ affert: neque de *Burrus* ſibi amplius agendum exiſtimans, in nomine *Bruges* conſiderando paulliſper immoratur. in quo ipſo nomine nihil aut de excluſa adſpiratione *h*, aut de *P*, in *B* commutata, inquirens neque commemorans, de una littera *y*, ab eo remota, diſputationem inſtituit; rectiſſimeque id ab Ennio caeteriſque veteribus latinis factum docet t qui, quum graecae illi litterae nullum eſſe locum in ſuo ſermone voluiſſent (contra quam *ipſius* Ciceronis aetate fieret: tunc enim non illi uni modo, verum etiam alteri, quam fuiſſe ζ ſupra dictum eſt, locus dabatur), excludere eamdem ab illo quoque nomine debuerunt. id vero non oportuiſſe modo, verum etiam neceſſe quodammodo fuiſſe ita ab illis fieri, continuo perquam ingenioſa ſubtilique ratione oſtendit. quum enim nomen illud e graeco latinum facere, hoc eſt a graecorum nominum inflexione ad latinorum rationem vellent traducere (qua in traductione genitivi quidem caſus extremae litterae non *gon*, ſed *gum*, dativi vero non *xi*, ſed *gibus* eſſent futurae, ſic ut non *Phrygon* & *Phryxi* graece, ſed *Phrygum* & *Phrygibus* latine dicendum eſſet), valde abſurdum fuiſſet litteram illam graecam uſquam ab iis ſive in recto ſive in obliquis caſibus retineri. nam, ſi eam a ſolo recto removiſſent, ſic, ut *Phruges*, non *Phryges*, diceretur, tum rectus quidem ex graeco latinus evaſiſſet (recti enim ille exitus *ges* latinus eſt), ſed in obliquis, latinum exitum caeteroquin habentibus, aliquid non latinum, graeca illa nempe littera *y*, remanſiſſet: quod certe erat abſurdum. ſi vero a ſolis obliquis eamdem removiſſent, *Phrugum*, non *Phrygum*, & *Phrugibus*, non *Phrygibus*, uſurpantes, tum rectus nominis ejus, cujus obliqui caſus latini omni ex parte facti eſſent, nulla ex parte non graecus relinqueretur (*Phryges* enim plane atque omnibus litteris graeca poſitio eſt): quod item abſurdum erat. recte igitur nullum in tota illius nominis declinatione graecae litterae *y* locum eſſe voluerunt, ne, aut ſi eam in recto caſu retinuiſſent, graece loqui, eumdem caſum plane graecum uſurpantes, cogerentur, aut, niſi eam ab obliquis removiſſent, iis non plane latinis uterentur.

Brevior erit alterius illius Germani ſcriptoris, quem ſupra ſignificavi, confutatio. is in opere, quod Francfur-

Digitized by Google

facilitas, & ardor amoris (*f*) ad ſtudia literarum. in quibus tamen ſtudiis & corporis laborem & animi contentionem moderari debes ſic, ut gloriae cupiditatem cum valetudinis cautione conjungas. nihil enim eſt vel occultiſſimum in literis, quod iſta mentis acie, & modico tempore, & induſtriae mediocritate non conſequare. haec ad te ſcripſi, quod veritus ſum, ne ſubitae & graviſſimae febri tuae attentior aliqua legendi vel ſcribendi aſſiduitas cauſam attulerit. ſed & te morbum depuliſſe laetor, & rogo, ut, dum vires refeceris, ſtudia remittas, ut, quod cum magna voluptate facis, quamdiutiſſime etiam facere poſſis. Tu & a cardinale & a me ſalvebis, & patri tuo utriuſque noſtrum verbis ſalutem plurimam referes. Joannem Baptiſtam Blanchinum (*g*), eum, qui tibi has literas reddet, velim mea cauſa tuo ſtudio & benevolentia complectare. Vale. IX. Kal. decembris. (*h*)

furti ad Moenum anno 1742. edidit, inſcriptum *Obſervationum criticarum in varios graecos & latinos auctores libri quatuor*, ita libro I. cap. 26. ait. *Seneca libro II. de ira, cap. 35.* „ *Senex, inquit, aut infirmi corporis eſt, qui, cum ambulare vult, currit* „. *Nemini hic mendi ſuſpicio ſuborta eſt, licet manifeſto ſeſe prodat: adeo ut fere pro mendo typographico habuiſſem, niſi omnes, quas equidem vidi, editiones ita exhiberent. quis enim unquam audivit, ſenem, aut infirmi corporis aegrotum currere poſſe, aut curſum pro infirmitatis ſigno eſſe accipiendum? quare vix dubium, quin legendum hic fuerit*, qui, cum ambulare vult, corruit · *ſenſu, me judice, manifeſto & perſpicuo*. Immo vero tu, eruditiſſime vir, locum minime mendoſum cum emendare velles, manifeſto & perſpicuo lapſu, me judice, corruiſti. agit eo in loco Seneca de ira; quae, cujus animum occupavit, eum ſuae poteſtatis eſſe non ſinit; quem propterea illis comparat, qui, nervorum vitio atque imbecillitate, inceſſum ſuum regere non valentes, cum ambulare, hoc eſt gradatim incedere, ſibi propoſuerint, praecipitantis tamen greſſibus, & impetu currentium vel inviti feruntur. *Ea demum velocitas*, inquit, *placet, quae, ubi juſſa eſt, veſtigium ſiſtit, nec ultra deſtinata procurrit, & quae flecti, & a curſu ad gradum reduci poteſt. aegros ſcimus nervos eſſe, ubi, invitis nobis, moventur. ſenex, aut infirmi corporis eſt, qui, cum ambulare vult*, currit. *animi motus eos putemus ſaniſſimos validiſſimoſque, qui noſtro arbitrio ibunt; non ſuo ferentur*.

(*f*) Cicero lib. I. *de orat.* c. 133. *Iſta tua mediocri eloquentia contenti ſumus, idque ex te quaerimus ... quoniam, quae a natura expetenda ſunt, ea dicis non nimis deeſſe nobis, quid praeterea eſſe aſſumendum putes? Tum Craſſus arridens, Quid cenſes, inquit, Cotta, niſi ſtudium &* ardorem *quemdam* amoris? *ſine quo cum in vita nihil quidquam egregium, tum certe hoc, quod tu expetis, nemo unquam aſſequetur*.

(*g*) De hoc Joanne Baptiſta Blanchinio vide volumen hujus operis tertium pag. 409.

(*h*) Anno, quemadmodum conjectura mea fert, 1556., Imolae cum Pogianus degeret.

CXXV.

a Jul. Pogianus Alberto Bologneto. (a)

NON eſt pervagata, ne communis quidem, in ampliſſi-
b ma iſta atque ornatiſſima civitate (b), paucorum homi-
c num (c), tua & patris tui, lectiſſimi viri, ratio liberalitatis &
humanitatis, qua & optimum ac doctiſſimum quenque devinctum
habetis, & me ſic aſtrictum, ut iſtis vinculis non modo exſol-
vi, ſed ne relaxari quidem poſſe ſperarim. neque vero ulla aut
diſſolutio, aut relaxatio mihi eſt optabilis ex ea parte, quod
d e vobis (d) debere cupiam deſinere (e); verum, in ſempiterna gra-
tiae debitione, mihi quoque ad remunerandum aliquid ſuppete-
re vehementer velim. nam, etſi colo memoriam ſuavitatis na-
turae morumque veſtrorum, & reliqua eximiae virtutis doctri-
naeque ornamenta crebris uſurpo ſermonibus, vix tamen, aut
ne vix quidem, hoc aere alieno levari videor; quod intelligo,
tantis meritis minime a me reſponderi honore verborum: quo
minus confido literis meis, quibus, verecundiae veſtrae cauſa,
verecundioribus etiam uti neceſſe habeo. ita neque ad referen-
dam vobis, neque ad praedicandam gratiam facio ſatis. quid igi-
tur? urgear ne hoc onere officii? jaceam certe, niſi, in quo eſt
f oppreſſio, in eo levatio (f) reperiatur. date igitur mihi hanc
g veniam vos, qui beneficium dediſtis (g), ut patiamini, me,
quod

(a) Vide epiſtolam proxime ſuperiorem.

(b) Bononienſi.

(c) Haec duo verba *paucorum hominum* pertinent ad ſuperiora illa *ne communis quidem*, hac totius hujus loci ſententia: *Liberalitas tua patriſque tui eſt admodum inuſitata ac plane ſingularis, nec, vel in ampliſſima atque ornatiſſima civitate, qualis iſta eſt, frequens ac pervagata, immo ne paucorum quidem civium communis*. Valde autem latine *communis* cum patrio nominum caſu conjungitur. Cicero *pro Balbo* cap. 27. *Quod commune eſt liberorum populorum, non proprium foederatorum*. & lib. v. *de finibus bon. & mal.* cap. 66. *Atque haec ita juſtitiae propria ſunt, ut ſint virtutum reliquarum communia*. & 1. *de legibus* cap. 23. *Univerſus hic mundus una civitas communis deorum atque hominum exiſtimanda eſt*.

(d) *nobis* exempl. Gratianus emendavit.

(e) Hoc dicit: nolle ſe quidem non perpetuo debitorem utrique atque obaeratum eſſe; ſed tamen cupere, facultatem aliquam ſibi referendae gratiae dari. *Diſſimilis eſt*, inquit Cicero pro Plancio cap. 68. *pecuniae debitio, & gratiae. nam, qui pecuniam diſſolvit, ſtatim non habet id, quod reddidit; qui autem debet, aes retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet, &, qui habet, in eo ipſo quod habet, refert. neque ego nunc Plancio deſinam debere, ſi hoc ſolvero &c.*

(f) Veſtro, inquit, beneficio ac munere opprimor; veſtro item ſublever neceſſe eſt.

(g) Quod fuerit hoc beneficium, equidem neſcio. ſed tam exquiſita de eo gratiarum actio facit, ut minime vulgare fuiſſe credam.

quod vobis debeam, a vobis (*b*) etiam ſolvere. quod profecto *b* fiet, ſi in maximum iſtius benignitatis cumulum illud acceſſerit, ut ab eodem me & memori animo & grata erga vos ipſos voluntate contenti ſitis. nec vero propterea dimittam, ne remittam quidem, ullo unquam tempore commemorationem laudum veſtrarum: quarum etſi graviores, quam ego ſim, multos praecones inveniſtis, quorum ſplendore orationis mea neſcio quomodo vox obſcurari videtur, tamen ne officioſa quidem infirmitas, ut ſpero, rejicietur. qua ſpe fretus, equidem meas partes ſemper ſuſcipiam, neque iſtam, ſi res feret, praetermittam, quam iis literis requiris, quae mihi, Ferraria una cum cardinale noſtro redeunti, vi. idus martii, ad Vatreni (*i*) & Padi *i* confluentem aliquando redditae ſunt, ut excuſem ipſi cardinali pudorem tuum, quod ejus literis non reſcripſeris: etſi nihil excuſatione opus eſt ad eum, in quo nihil peccaris. non enim is plus officii abs te deſiderat, quam quantum ei tum praeſens, tum humaniſſima epiſtola tribuiſti. qua in re quoniam te praeclarum in ſe animum tueri intelligit, nullam praeterea ejus rei literarum ſignificationem requirit. tu velim, quando, quod mihi maxime liberet, per occupationes minus licet communibus iſtic amicis epiſtolarum officium perſolvere, & illis me purges, ſiqua extiterit querela de nobis, & meo nomine ſalutem dicas.

(*b*) Hoc eſt, *de veſtro*. qui enim creditori non de ſuo, ſed de alieno ſolvunt, ii *ab alio ſolvere* dicuntur. ſimile eſt Ciceronis illud libro V. *ad Atticum* epiſt. 21. *Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe* a me ſolvere. *quod enim praetori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe a me quodammodo dare*.

(*i*) *Vatrenus*, *Vaternus Martiali*, Santerno, *fluvius Aemiliae ex Apennino monte ſupra Florentiolam oppidum oriens, ac penes Forum Cornelii decurrens, & in Padum infra Lucum oppidum inter Ravennam & Argentam 15. mill. paſſ. influens*. Phil. Ferrarius in Lex. geogr.

CXXVI.

Idem Eidem.

Desiderium urbis (*a*) ac ſuburbanorum iſtorum, quo tenebar, cum propter ſoli caelique ſalubritatem & amoenitatem, tum propter ſuavitatem conſuetudinis veſtrae, vehementius etiam commotum eſt ex tuis literis, quibus privatum te eſſe doles magno laetitiae ac jucunditatis fructu, cujus ſpem certam in cardinalis noſtri (*b*) iſtuc adventu collocaras. appeto *b* enim

(*a*) Subaudiendum eſt *iſtius*. ſignificatur autem Bononia.

(*b*) Hieronymi Dandinii.

enim avidiſſime veſtra omnia, in primiſque congreſſionis collocutioniſque familiaritatem, cujus etiam recordatione in maxi-
c mis & loci hujus moleſtiis & temporum (c) recreari ſoleo. ſed
d reditus ad urbem (d) omnium noſtrum neceſſarius magis fuit, quam voluntarius. nam cardinalis ipſius animus defeſſus ex tantis occupationibus, & tam multis tamque longinquis tot anno-
e f rum itineribus (e) requiem quaerit (f), & eam literarum ſtudiis,

(c) Admodum calamitoſa Romae erant tum tempora, propter bellum ab hiſpanis Paullo IV. illatum: de quo Gratianus in opere *de caſibus virorum illuſtrium*, de Franciſco lotharingo, Guiſae duce, agens, *Exortum*, inquit, *non multo poſt inter Caeſarem ipſum* (Carolum V.) *& Paulum IV. pont. max. propter Colonnenſium contumaciam adverſus Paulum, novum eſt bellum, de quo paulo ſuperius a nobis in Carolo Caraſa, quantum inſtituta brevitas patitur, abunde traditum eſt. cum enim Caeſar Colonnias, veteres clientes ſuos, tuendos ſibi ſtatuiſſet, & Paulus, ferox animi, & ab veteribus cauſis infenſus Caeſari, ſe in ſuo jure impediri non ferret, itum ad arma eſt. occupavere hiſpani imparatum pontificem aggredi; &, eodem Ferdinando Toleto duce, qui cum imperio italicis rebus a Caeſare praepoſitus fuerat, Neapoli moventes, in romanos fines impetum fecere, &, capta Oſtia, atque aliquot praeterea oppidis in poteſtatem redactis, ipſi jam romanae urbi imminebant, pontifice ſe magis conſtantia, quam viribus tutante, cum repentino oppreſſus bello ad ſe comparandum tempus non habuiſſet.* Latinus Latinius litteris, ad Andream Maſium die 8. jun. hujus, quo ſcripta eſt haec Pogiani epiſtola, anni 1557. datis, *Noli*, inquit, *mi Maſi, torqueri urbis deſiderio; niſi tu forte urbem illam deſideras, in qua aliquando ſuaviſſime cum ſimilibus tui viris eruditiſſimis totos dies eſſe ſolebas. nunc nihil eſt, quamobrem hic eſſe te cupere exiſtimem. difficili impediti bello paene omnia exhauſimus, nec finis alicujus ſpes offertur, niſi nos Deus juverit.*

(d) Ex Aemilia; ubi amplius annum ſubſtiterant.

(e) Oldoinius, in additionibus ad Ciacconii de ſummis pontificibus & de cardinalibus opus, haec de card. Hieronymi Dandinii multis longiſque itineribus commemorat. *Acris ſolertiſque vir ingenii ... Pauli III. pontificis max. magiſterio uſus, cujus a ſecretis fuit, ab eo bis in Galliam, ad Franciſcum primo, deinde ad Henricum filium, Galliarum reges, internuncius de pace acturus miſſus eſt. at, cum poſtea Julii III. a ſecretis eſſet, internuncius ad Carolum V. imperatorem, ut ipſius auxilium ad bellum parmenſe ſuſcipiendum imploraret, mittitur. quo legatione peracta, in Italiam reverſus huic bello praeficitur. abſens ab eodem Julio inter presbyteros cardinales titulo S. Matthaei cooptatur ... honorificaque paulo poſt ad Carolum V. pro pace cum Henrico, Galliae rege, componenda, legatione cohoneſtatur.*

(f) Animi negotiorum, praeſertim publicorum, atque occupationum labore defeſſi requiem quaerunt, eamque ruri jucundiſſimam naneiſcuntur. L. Craſſus apud Ciceronem libro II. *de oratore* cap. 22. *Saepe ex ſocero meo audivi, cum is diceret, ſocerum ſuum Laelium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos, cum rus ex urbe, tamquam e vinculis, evolaviſſent. non audeo dicere de talibus viris, ſed tamen ita ſolet narrare Scaevola, conchas eos & umbilicos ad Cajetam & ad Laurentum*

diis, mihi crede, deſinit : cujus rei facultatem majorem iſtic eum & liberiorem habiturum fuiſſe, puto, intelligis. ſed, is pontificis (*g*), nos ipſius (*b*) voluntati ſervimus : ut omnem communis incommodi neceſſitas, quemadmodum dixi, culpam (*i*) ſuſti- *g b i*

tum legere conſueſſe, & ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere. ſic enim ſe res habet, ut, quemadmodum volucres videmus, procreationis atque utilitatis ſuae cauſa, fingere & conſtruere nidos, eaſdem autem, cum aliquid effecerint, levandi laboris ſui cauſa, paſſim ac libere ſolutas opere volitare: ſic noſtri animi, forenſibus negotiis atque urbano opere defeſſi, geſtiunt ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. Recentiore autem memoria Joannes Victorius Roſſius, ille, qui ſibi nomen in ſuis & multis & eruditis operibus *Janus Nicius Erythraeus* fecit, ruſculum villulamque extra urbem in uno e vaticanis montibus, qui *Marius* dicitur (*ubi* nunc aedes S. Mariae, a Roſario nuncupatae, & Patrum S. Dominici Congregationis S. Marci coenobium eſt) poſſidebat. eo ſeceſſu mirifice delectari eum, *urbano opere defeſſum*, accepimus: quo etiam amicos ſuos quamplurimos invitabat; quibus hoſpitales haſce, quas ſubjicio, leges, in ipſo villulae veſtibulo affixas, benevolentiae, liberalitatis, feſtivitatiſque pleniſſimas edicebat:

Amice hoſpes, quae tibi res vertat bene, amicos lares amice hilariſque ingreditor. aequas leges, aequum & juſtum ut decet, ſervato.

B. F.

K. I. *Amariores curas deponito. ſollicitudines, moerores, triſtitiae, vitae venenum, in urbem remittuntor. remiſſio, hilaritas, animi quies advocantor.*

II. *Hoſpitii libertate, qua villae abundant, placide ac libere animum reficito. quidvis, ut dominus, pro arbitrio imperato: quidquid imperaſſis, id ratum eſto.*

III. *Rebus omnibus, ut collibitum erit, perfruitor. ita tamen, ne voluptas animi diſſolvat harmoniam, aut valetudinem corrumpat, valetudiniſve curatia remiſſionem impediat, moderationem adhibeto.*

IV. *Si te ruris dominus ad prandium coenamve invitaverit, dapibus ſolito lautius appoſitis contentus eſto: coenam pandaeſiam, convivia apiciana ne deſiderato. convivam te, non ſolitarium, memento: urbanis ſalibus fercula condito.*

V. *Minuta & rorantia pocula, quae ſitim pellant, non quae te obruant, potato.*

VI. *Remotis menſis, confabulator, ut eruditus, non altercator, ut dialecticus. dicacitatem ablegato. neminem mordeto.*

VII. *Si quid exciderit convivis licentius, memoria ne retineto, neve in urbe evulgato.*

VIII. *Luſus ita tibi ſine vitio liceat, nemo ut doleat. gravitatis cenſuram remittito, non dimittito.*

IX. *Horto tibi jus fruendi eſto. leges tamen, in ſupero januae limine exaratas, reſpicito, cognoſcito, obſervato.*

X. *Quidvis poſtea luſtrato. ſi quid levius inconcinniuſve deprehenderis; homo homini condonato.*

XI. *Quod ſi te aut diverſorii opportunitas, aut hortorum amoenitas quovis modo oblectarit, bonorum omnium auctori grates non ingratus habeto: jucundiora ab illo exſpectato: hiſce guſtatis, ad caeli templa animum extollito. nemini, praeter amorem, quidquam debeto.*

XII. *Deo auſpice, ſalvos advenito, ſalvos diſcedito, valetoque.*

(*g*) Paulli IV. qui card. Dandinium Romam evocarat.

(*b*) Card. Dandinii.

(*i*) Immo ſic maluiſſem: *ut omnem communis* (hoc eſt, tum veſtri tum noſtri)

ſuſtineat. quare ne juſtam quidem res querelam habet. verum tu eo in te animo cardinalem eſſe ſcito, ut eximiae erga eundem te ſuſceptae voluntatis propter eam, quam adhuc feciſti tum ad virtutem tum ad bonas artes progreſſionem, nulla loci commutatio commutationem poſſit afferre: qui tibi etiam pro iſto humanitatis officio, quo in Anſelmum, fratris ſui filium, peramanter uſus es, gratias agit, patremque tuum communiter tecum ſalvere jubet. Haec ad te dictavi jacens in lecto
k ex gravedine (*k*) quindecim jam dierum, non ſine febri: qua
l tamen levari incipio. Vale. Roma. v. Kal. auguſti. (*l*)

ſtri) *incommodi culpam neceſſitas, quemadmodum dixi, ſuſtineat*. ubi autem dixit? nempe paullo ſupra illis verbis: *ſed reditus ad urbem omnium noſtrum neceſſarius magis fuit, quam voluntarius*.

(*k*) *Gravedo* quid ſit, diximus ſupra pag. 102.

(*l*) Anno 1557.

CXXVII.

a Jul. Pogianus Gulielmo Pruſinoſchio. (*a*)

b AD meam tibi ſcribendi (*b*) voluntatem, ut tuae obſequerer cupiditati, praeterea acceſſit humanitas literarum tuarum, & magna quaedam opinio tua de me; utrunque ſane mihi ad hoc literarum officium neceſſarium: quorum in altero tibi non reſpondere turpe duco, cum nihil minus ſit liberi hominis, quam in hac morum ſuavitate cuiquam concedere; alterum omnino efficiendum eſt, ut tibi errorem iſtum eripiam, in quem adductus es hominum utriuſque noſtrum amantiſſimorum commendatione ingenii mei. quanquam hoc quidem conſequar nullo negotio. mox enim te docebunt literae meae, non
c tam haec eſſe, quam (*c*) audiviſti, ſimulque in amore, ſui diſſimilli-

(*a*) De Gulielmo hoc Pruſinoſchio illa ſunt in quadam Antonii Mariae Gratiani epiſtola ad Nicolaum Tomickiu n Vienna Patavium data idib. jan. 1569. *Ad hunc*, inquit, *conventum* (lublinenſem) *duos legatos, ampliſſimos viros, Caeſar decrevit; quorum princeps eſt Guillelmus Proſinoski* (ſic) *epiſcopus olmucenſis: de cujus excellentibus animi atque ingenii ornamentis ſcio, me tecum eſſe ſaepe locutum. eſt enim mihi probe cognitus, quippe una Patavii viximus*. vixit autem Patavii Gratianus anno 1559. quo eodem anno ſcripta fortaſſe eſt Pogiani haec ad Pruſinoſchium epiſtola, Patavii item, ſtudiorum, ut opinor, cauſa, viventem. de quo epiſcopo, deque Olomúco habes nonnulla in hujus operis volumine IV. pag. 284.

(*b*) *reſcribendi* exempl. Gratianus emendavit: fortaſſe non neceſſario.

(*c*) Vix latinum videretur, niſi Cicero lib. I. ad Q. fratrem epiſt. 2. cap. 3. ita plane loquutus eſſet. *Vide*, inquit, *per homines amantes tui, quod eſt facile, ut haec genera tollantur epiſtolarum, primum iniquarum, deinde contrariarum*,

millimam eſſe vel acerrimi judicii rationem. nemo enim eſt, mea quidem ſententia, credo item tua, qui Commendono epiſcopo (*d*) ulla animi vel ingenii laude anteponi poſſit: nemo *d*
rurſum propenſior ad amandos eos, in quibus aliquod virtutis aut doctrinae lumen eluceat. hos ille homines (tute ſcis) comprehendit amicitia (*e*), tuetur obſequio, non eis honorifico *e*

rum, tum abſurde & inuſitate ſcriptarum, poſtremo in aliquem contumelioſarum. atque ego haec tam eſſe, quam audio, *non puto: &, ſi ſunt occupationibus tuis minus animadverſa, nunc perſpice, & purga.* Ego vero aliud neque in Ciceronis neque in caeterorum veterum latinorum libris reperiri ſimile hujus exemplum puto: nec vereri umquam deſinam, ne vox aliqua, puta *vitioſa*, poſt *tam* interciderit in antiquo illo codice, Franciſci Petrarcae manu, ut opinio eſt hominum, deſcripto, unde reliquos omnes habemus, quique Florentiae in Mediceo-laurentianae bibliothecae pluteo XLIX. cuſtoditur, & numero XVIII. extra notatur. quod ſi nihil tale, quale ſuſpicamur, neque ſcriptum a Cicerone eſt, neque a Ciceronis deſcriptore praetermiſſum, at illa certe, quae proxime praeceſſerunt, videntur omnino ſubaudienda, nempe *iniqua, contraria, abſurda, & inuſitata*, poſtremo *contumelioſa*. quibus tamen aut ſimilibus ſubaudiendis nullus in Pogiani noſtri ſermone locus relinquitur, quum nihil ejuſmodi praeceſſerit.

(*d*) Gratianus lib. I. *de vita Joannis Franciſci Commendoni cardinalis* cap. 16. *Primis*, inquit, *pontificatus diebus, ignarum* (Commendonum), *non ſolum non petentem, Zacynthiorum epiſcopum deſignavit* (Paullus IV.), *venetorum legato coram, honorifica oratione proſecutus. abnuentem, ſeque imparem ferentem, pontifex oſculatus, admonuit, honores pari pudore recuſaret, ac peteret. quae enim ei nullo ipſius ambitu aut ſtudio, ſed ultro, deferrentur ab ea, cui vis divinae poteſtatis ineſſet, perinde accipienda, ac ſi manifeſto Dei ipſius inſtinctu obvenirent.* Paulli IV. ſucceſſor Pius IV. eum poſtea cardinalem creavit anno 1565. qua de tota re vide, ſis, volumen hujus operis IV. pag. 13. & ſeqq.

(*e*) Idem Gratianus ejuſdem libri capite 5. *Itaque Commendonus*, inquit, *gratiae amicitiiſque conjungendis animum intendit... Dedit igitur operam, ut, qui eſſent in urbe viri literati, & doctrinae nomine clari, eos haberet amore & conſuetudine conjunctos... quorum, praeter caeteros, familiariter uſus eſt Hannibale Caro, propter morum & doctrinae elegantiam & ſuavitatem; Gulielmo Sirleto, qui ei poſtea collega in cardinalatu fuit... Octavio praeterea Pantagatho, Jacobo Marmita, Baſilio Zanchio, Paulo Manutio, Julio Pogiano, viris romanae eloquentiae principibus... nec minus ſtudioſe e ſacerdotum ſocietatibus, maxime jeſuitis, quorum, ut flagrantiſſimi ſunt omnium initia diſciplinarum, longe tum ſanctitas atque auctoritas inter omnes eminebat, qui ſcientia divinarum rerum & morum ac religionis laude commendarentur, amicitias coluit... &, quanquam amicos non numero, ſed genere diſtinguebat... tamen quamplurimos ex omni genere benevolentia atque officiis devinctos uti haberet, & quam latiſſime gratiam propagaret, operam dabat.* quos inter, Pruſinoſchium hunc ipſum eſſe recenſendum, binae Commendoni ad eum litterae anno 1570. Roma in Poloniam datae, declarant: quas eo libentius profero, quod in iis nonnullae ejuſdem Pruſinoſchii praeclarae actiones commemorantur.

teſtimonio, non diligenti commendatione deeſt. ſed provehi-
f tur (f) interdum amore, ut, quae vere de ſe narrare poſſit, ea
praedicet de amicis. ego multis de illo, tua mihi teſtis eſt epi-
g ſtola de me (g), quem, cum ipſe tritis & communibus quorun-
h dam itineribus minus euntem vidiſſet (h), ſic complexus eſt, ut
ejus ſtudio ac benevolentia jam aliquid eſſe videar, qui ſum
i k plane nihil. acceſſit huic (i) Carga (k) noſter, homo ad bene
merendum natus, qui re, qui oratione gratificatur omnibus: ac
de me quidem quoties is loquitur, id & amice, &, quod poë-
l ta eſt (l), quodammodo etiam poëtice facit. ergo hi me tibi
venditarunt; quem quia non tanti eſſe vides, hanc, puto, habes

I

Volumen dioeceſanae ſynodi, lectum a cardinalibus Urſino & Alciata, quibus id negotii pontifex (Pius V.) *dederat, miſi ad te, ſerius fortaſſe, quam ipſe expectabas. ſed tribuenda eſt hujus morae cauſa cum magnis ipſorum cardinalium occupationibus, tum etiam diſceſſui meo ab urbe, unde aliquot abfui menſes. cum rediiſſem, mihi fuit antiquiſſimum, ut illud volumen perferendum ad te curarem. ſed moram ipſam illi compenſarunt veriſſimis tuis laudibus, quas tibi apud pontificem tribuerunt diligentiae & pietatis. itaque perſuaſum habere debes, magnam eſſe & pontificis ipſius, & ampliſſimi collegii, & bonorum hic omnium virtutis tuae opinionem. Vale.*

I I.

Literas tuas & literarum exempla accepi, quae ad me miſiſti, omnia, in quibus perſpecta mihi tua cum prudentia tum diligentia, & ſtudium defendendae catholicae religionis, & dignitatis tuae tuendae, mirifice elucet. ad eas ego literas non antea reſcripſi, quod prius loqui cum pontifice iis de rebus volui; quod proxime feci; egique diligenter cum eo de te, primum ut literae ad nuncium apoſtolicum dentur, quibus tua cauſa, reſque omnes tuae commendentur, eique pontificis verbis imperetur, ut praecipuam illic tuarum rerum curam habeat, eaſque adjuvet ipſe auctoritate ac ſtudio ſuo & apud Caeſarem & apud quos opus fuerit. deinde eum edocui de ſeminario & jeſuitis in monaſterium illatis, deque haereticorum conſilia, illud invadere atque occupare monaſterium cupientium; quod periculum vigilantia & diligentia tua antevertit. itaque cavimus, ne quis, aliter atque acta res eſt, ad eum deferre poſſit. ego pergam in omnibus rebus meum tibi ſtudium & benevolentiam praeſtare. Vale.

(f) *provehuntur* exempl. Gratianus emendavit.

(g) Hoc eſt: Ego multis teſtis eſſe poſſum, quam honorifice Commendonus de iis loquatur; idem vero de me eumdem facere, tua mihi epiſtola teſtis eſt.

(h) Ideo ſe Commendono probatum acceptumque eſſe dicit, non quod eloquens re ipſa ſit, ſed quod ia animadverterit, in eloquentia comparanda non ſe tritis nonnullorum ac pervagatis itineribus incedere, quiddamque non ita vulgare ac commune ſequi.

(i) Commendono, Pogiani apud Pruſinoſchium laudatori.

(k) De Joanne hoc Carga vide Vol. II. pag. 1. & IV. pag. 274. & ſeqq. & 330. & 357.

(l) Poëticae facultatis, quam Carga habuit, ſpecimen eſto elegia illa, in Pogiani obitu ab eo ſcripta, quam in noſtris ad Gratianum nuncupatoriam epiſtolam, ſecundo volumini praefixam, adnotationibus pag. LVII. exhibemus.

bes actionem, ut ab eiſdem repetas, quae de me fruſtra recepe-runt. praeſtabunt, mihi crede: nam & debent & poſſunt, praeſertim epiſcopus; de quo, perinde ut meretur, praedicare difficile eſt. ego vero, quantam tibi gratiam debeam, quantumque onus ſuſtineam tuae in me benignitatis, facile ſentio; qui domum ad me, mei viſendi ac ſalutandi cauſa, veneris, qui ſtudium & operam mihi tuam & coram ipſe, & per communes amicos liberaliſſime detuleris, qui me ſaepenumero magnis laudibus affeceris, qui proxime tam eleganter tamque humaniter ad me ex itinere ſcripſeris, te ipſum excuſans, quaſi aliquam officii partem pratermiſeris, quod proficiſcens, cum domi non eſſem, me valere non juſſeris, qui denique tui in me amoris teſtem & ſponſorem locupletiſſimum (*m*) dederis. quare, quoniam tibi *m* tanta humanitate par (*n*) eſſe nequeo, vereor, ne, quod turpiſſi- *n* mum eſt, opprimar onere officii, niſi tu eadem benignitate ſubvenias huic timori meo, qua mihi tantum antea tribuiſti. liceat igitur mihi per te gratum in te eſſe, & cumulo tui in me beneficii tibi gratiam referre, ut, cum praeclaram voluntatem reddidero, rem, cujus inopia laboro, ne requiras. quod ſi aſſequor, equidem id pluris aeſtimo, quam tuam iſtam celebrationem nominis mei. nam, etſi mihi ad exiſtimationem maximum eſt laudari abs te, juvene rebus omnibus ornatiſſimo, tamen iſto praeconio, quod tu potius amicitiae tribuis, quam impertis veritati, carere facile poſſum; humanitatis laude ſine inhumanitatis nota inferior eſſe nullo modo poſſum. tibi autem, pro tua eximia in me liberalitate, gratum & memorem animum vel abſenti praeſtabo. quod ſi mea levior fides apud te eſt, pro me viciſſim tibi ſpondebit is, quem de tuo in me amore ſponſorem eſſe voluiſti. ſed profecto, ut ſcribis, & ego maxime exopto, aliquando mihi facultas erit tui praeſentis. quare, etſi, ut dixi, multo minus in re eſt, quam quanta eſt ex ſermone amicorum opinio tua de nobis, tamen, quicquid id eſt, ſi modo eſt aliquid, tam tibi promptum, quam debitum a me eſſe, tum intelliges. Vale.

(*m*) Significari eumdem Commendonum puto.

(*n*) Admodum latine *par* ſexto caſui jungitur. Cicero *de clar. orat.* c. 126. *Eloquentia quidem neſcio an habuiſſet* (C. Gracchus) *parem neminem*. & *pro Plancio* cap. 27. *T. Torquatus, illi* (A. Torquato) *omni virtute & laude par*. & *in M. Antonium* Philipp. I. cap. 34. *Illa erat vita, illa ſecunda fortuna, libertate eſſe parem ceteris* (ita enim legitur in antiquiſſimo omnium probatiſſimoque capituli S. Petri codice, non ut vulgo, *cum ceteris*), *principem dignitate*.

CXXVIII.

a Jul. Pogianus Joanni Baptiſtae Contio. (*a*)

b ALexander Cervinus (*b*), propinquitate affinis tuus, cura &
c charitate parens, cum intelligeret & quanti ego te (*c*) fa-
d cerem propter egregiam virtutem tuam (*d*) & amabiles mores, &, propter id ipſum, quantum tua cauſa vellem, ſemperque voluiſſem, egit proxime mecum, ut epiſtolam, quam ad ſe dediſſes, perſpectam corrigerem, & ad ea, quae minus mihi probarentur, notam apponerem. hanc ego epiſtolam cum legiſſem, tametſi commodius ſcriptam animadverti, quam fere ab hujus aetatis legum ſcientiae ſtudioſis poſtulandum ſit, tamen, quod ab ingenio tuo, quo plurimum vales, plus requirendum videtur, quam quantum plerique praeſtare poſſint, tuae, opinor, cupiditati, Cervini certe voluntati obſequendum putavi. quod eo etiam feci libentius, quod meae ſunt aliquae partes, ut tuear ſi non beneficium, at ſaltem officium in te meum; quod tu quoniam iſtic ornare ſtudes, abſenti deeſſe non debeo, qui praeſenti aliquando profuerim. amo vero & laudo tum ſententiam, tum induſtriam tuam, qui in hac latini ſermonis elegantia magnum fore decus exiſtimes juris civilis cognitioni: quae facultas, mihi crede, in hac praeſertim hominum luce, plerunque jacet in tenebris, niſi ſplendore orationis illuſtretur. quanquam tu diligentius etiam colere debes ſtudium latinae linguae, quod civis natus es hujus urbis, in qua cum orta & alta ſit non modo gubernandi orbis terrarum, ſed etiam polite loquendi ratio, ſi alterutrum contemneres ſtudium, cum utriuſque facultas tibi ſit, dignus hac civitate vix haberere. habes magnos progreſſus in legibus, de quibus publice diſputando te non parvam ex ea re laudem adeptum accepimus: quo magis iſtam occaſionem urgere, & inſtitutum munus perficere debes. habes a natura vim & copiam dicendi, quae ſtilum modo exercitationemque deſiderat. quare, ſi in utroque genere, quantum potes, elaboraris, non ſolum te, ut es, natura, ſed etiam virtute, romanum praebueris. atque illa quidem ſic conſequére, ſi mens tua, ſi lingua, ſi vita denique chriſtiana religione ac pietate nitatur: quo

(*a*) De hoc Joanne Baptiſta Contio nihil ſcio, praeter pauca illa, quae quivis ex hujus epiſtolae lectione ſcire poterit.

(*b*) Fuit Alexander Cervinius Marcelli II. germanus frater: de quo vide pag. 9. 103. 104. 136.

(*c*) *ſe* exempl. Emendavi.

(*d*) *ſuum* exempl. Gratianus emendavit.

Digitized by Google

quo niſi referas actiones & cogitationes tuas, aut iſta non aſſequére, quae exoptas, aut etiam adepta (e) tibi dedecori ſint & exitio. quae nolim putes ideo ſcribere me, ut te admoneam, ſed ut laudem, quem ex tuis ad Cervinum noſtrum literis idem & ſentire & agere, facile perſpexi: ex quo (f) cum tibi tum praecepta tum exempla ſuppeditent paene domeſtica, eſt potius, quod alii expetant a te, quam quod tu aliunde poſſis requirere. ego certe probitatis & humanitatis praeclarius exemplar, quod cuiquam proponam, non habeo. id tu, ut facis, intuere, & pro viribus imitare. a me vero quaecunque in te proficiſci poſſunt, etſi ſunt exigua, tamen, quia Cervini meritis debita ſunt, ea tuo jure ſemper exiges. interea, quae pro tuis (g) in epiſtola repoſui, conſideres velim, eaque, ſi videbitur, ad ſcriptionem tuam accommodes. Vale.

(e) Quid ego de *adepta* in hac patiendi ſignificatione, quam illi Pogianus tribuit, ſentiam, habes in IV. volumine pag. 167.

(f) *quorum tibi &c.* exempl. Emendavi. qua in emendatione *τὸ quo* ad *Cervinum* referendum eſt.

(g) Hoc eſt, eorum, quae tu ſcripſeras, loco. Contii enim epiſtolam, quam ille ad Cervinium dederat, Pogianus, a ſe locis aliquot ſive emendatam ſive meliorem factam, eidem Contio remittebat.

CXXIX.

Jul. Pogianus N. N. (a)

Libentiſſime legi tuas literas, quibus intellexi, humanitatem tuam judicio meo, quod de te ſemper habui, facile reſpondere. ego enim, ex quo te in amicitiam meam contuliſti, cum multis & maximis laudibus excellentem tuam naturam ſemper perſpexi, tum certe ſuavitate & comitate, quam proximis etiam literis libenter recognovi, ex omni romana nobilitate, quem tecum conferre poſſem, habui neminem. quare & his de cauſis, & propter ſingularem tuam in me benevolentiam, vel potius pietatem, praeſentem te ſemper feci plurimi: nunc vero etiam abſentem, quod tuae humanitati praeclare conſtes, tuumque erga me amorem mirifice conſerves, unice diligo. quid enim eo vel humanius vel amantius a te fieri potuit, qui, propterea quod & Piſas proficiſcens ſalutem mihi non dixeris, &, poſteaquam iſtic es, nihil ad me literarum dederis, te ab officio diſceſſiſſe, & omnino in utroque peccatum tuum eſſe fatearis?

(a) *Sub iiſdem litteris N. N. latet in exempl. nomen ejus, ad quem data eſt haec epiſtola: idemque in duabus, quae continuo ſequentur, eſt factum.*

Digitized by Google

b ris ? ſed non ſum ego adeo in iſtis officiis requirendis vel (b) ambitioſus vel inhumanus, ut, in quo me non offenderis, veniam tibi petendam eſſe cenſeam, qui pro noſtra conjunctione
c poſſis etiam apud me vel impune peccare. quinetiam, quod (c) ad profectionem attinet, excuſatione tua nihil opus eſſe intelligo, quippe qui neceſſe habueris praeclariſſimi viri parentis tui voluntati obtemperare, qui maturius, uti te in viam dares, tibi praeceperit, quam tute id tibi faciendum ſuſpicarere. alterum certe, quod adhuc nihil mihi ſcripſeris, ejuſmodi eſſe video, tibi ut id laudi potius tribuendum ſit, qui totum tempus in ſtudiis optimarum artium ponas, quam vitio dandum, quod ſcribendi officium praetermittas minime neceſſarium. ſed de his ſatis. ego, te & valetudinem tuam ſuſtentare, vehementer laetor, & diligenter philoſophari, incredibiliter gaudeo. quare etiam tibi magnopere auctor ſum, ut in iſta ſtudia toto pectore, id quod facis, incumbas. neque enim ullam diſciplinam eſſe exiſtimo ſummo tuo ſplendore, aut ingenio, quo es acerrimo, digniorem. nunc vero occaſionem & facultatem iſtam eo magis urgebis, quod praeceptorem nactus es, mea quidem ſententia,
d philoſophorum hujus aetatis facile principem (d): a quo ſic te dili-

(b) *vel in iſtis officiis requirendis ambitioſus &c.* exempl. Ego particulam *vel* in eum locum tranſtuli, ubi Pogianus eam ſive collocarat, ſive collocare debuiſſe mihi viſus eſt.

(c) *quo* exempl. Emendavi.

(d) Simonem Portium certe ſignificat, qui in piſano gymnaſio philoſophiam peripateticam, magna ubique nominis celebritate, hoc tempore docebat. docendi initium quando fecerit, ex quadam particula litterarum, ad Petrum Victorium IV. id. novembr. an. 1545. a Franciſco Spinio Florentiam Piſis datarum, diſcimus: *Portius vero,* inquit, *ille philoſophus initium ſuarum lectionum fecit* VI. *id. novembr. maximo omnium concurſu. ejus vero oratio tendebat ad meteora Ariſtotelis. quum autem finem feciſſet, a plurimis reclamatum eſt* Anima, Anima. *coactus itaque aegre tertium de anima aggreſſus eſt. ejuſmodi vero fuit illius oratio, ut minime hominum exſpectationi reſponderit.* Inter italicas illuſtrium virorum epiſtolas ab Aldo Manutio Venetiis anno 1564. editas, una quaedam admodum familiariter a Paullo Jovio ad hunc eumdem Simonem Portium die 20. maj. 1551. ſcripta reperitur; quam, quia in ea de duobus philoſophi hujus operibus agitur, ſi non integram, at certe magna ex parte deſcribam. *L'altr' hieri ſu le ventidue hore ſtando io ne l'anticamera della ſignora ducheſſa, & eſſendo molto occupato il ſignor duca per la venuta in poſta di meſſer Pietro Camajano, ſecretario del papa, venne una ambaſcia alla preſata ſignora, & breviter correndo il duca al romore, parturì una putta ſex menſium, non mai ſentita da ſua eccellenza, nè conoſciuta da' medici, a penſata dalle allevatrici. hebbe la benedittion chriſtiana, & andò ritta in paradiſo. fu gran ventura, che il medico non le deſſe una medicina, c'havea penſato darle: & per queſto ſi vede, che la medicina è orba, & il medico ſi può dire* invidiae pelagus, erroris oceanus. *& diette al Faloppio, che vi facci queſto lati-*

diligi, ut is in te amando ne mihi quidem concedat, non moleſte fero, qui fore intelligam, ut uberrimos quotidie fructus ex tanto ejus in te amore percipias: mihi autem quam ipſe charus jucunduſque ſemper fueris, tu es optimus teſtis. Academiam, ut ſcribis, a Portio tuo inſtitutam, & morem iſtum veterum academicorum ac peripateticorum in contrarias partes diſputandi iſtic revocatum eſſe, valde probo. de quo tantum tibi habeo polliceri (modo omnis diſputatio a pertinaci concertatione abhorreat; quod de te tua fretus humanitate ſemper praeſtiterim), exercitationem iſtam ad veritatis cognitionem, & ad judicandum vobis magnopere profuturam. ſed, quoniam hoc loco vereris, ne, cum a prima aetate id operam dederis, ut, quae ſentires, aliquando polite eloqui poſſes (qua in re tantum es aſſecutus, quantum id aetatis fortaſſe nemo), nunc, in iſta barbarie ac plane depravatione latini ſermonis, omnem pure atque emendate loquendi facultatem amittas, de eo prius quam tibi reſpondeo, pauca cognoſce. equidem ſi rationem iſtam ejuſmodi eſſe intelligerem, quae tibi ad ſentiendum adjumentum, ad eloquendum vero afferret incommodum, deberem tamen pro eo, quanti te facio, laudare tuum conſilium, qui ea in re exercereris, quae te prudentia augere poſſet, quae pluris quidem meo animo facienda eſt, quam omnis copia dicendi. ſed, cum ejus generis hanc ipſam eſſe animadvertam, ut, ſi diligentius quaſi excolatur, & ingenium acuat, & eloquentiam locupletet, peto a te, vel potius precibus omnibus oro & obteſtor, ut rebus iſtis,

latina. Quanto alla ſtampa havemo tre nuove. la prima è, che, eſſendovi capitato un poeta nuovo, ſtato maeſtro di ſcola in Firenze gran tempo, & vedendo il libro voſtro De dolore Simonis Portii, *domandò ſimplicemente al ſignor Varchi, ſe forſe gli era morto qualche figliuolo, che cauſaſſe queſto dolore. la ſeconda è, che preti riformati ſi ſono ſcandalizati, per non dire ammattiati; del titolo del voſtro libro* De mente humana; *dicendo, che non vuol dire altro in effetto, che* De libero animae arbitrio. *per il che è reſtato harenato, & poco mancò che non habbi dato a traverſo, come le galee del duca Horatio; ſi come è ancora intravenuto del Clemente Aleſſandrino del noſtro M. Chirico: perchè è venuto un franceſe, chiamato Herveo Aureliano, che l'ha tradotto, & è ſervitor del cardinal Santa Croce, ſi come dice M. Arnoldo, & che l'ha fatto aſſai più dolcemente, & aſſignatamente ſecondo il teſto greco, & che ha ancora un mirabile ſpirito di tradurre i verſi di quei poeti grechi antichi: di ſorte che, ſe M. Chirico non vien quà a far toccar con mano a queſti, che ſan greco, ch'è giuſtificatiſſimo interprete, & dolce più che non è quello, che cacano le pecchie, il povero Clemente porterà pericolo di non andare alle ſardelle... Io ho fatto un bravo libro dell'hiſtoria, & finite tutte le coſe, che appartengono al duca Coſimo. hor attendo a comporre il quinto libro degli elogij; & ſe la chiragra non m'aſſoltava hieri nella raſcetta del carpoe, io facevo un buon progreſſo. ma ſpero domane eſſere ſalvo &c.*

iſtis, quae nonnullorum (ut leviſſime dicam) pigritia horridae & incultae ſunt, ſplendorem & cultum ciceronianum adhibeas. quod ut aliis difficile videatur, tibi certe non ita, qui, jam inde a puero, Cicerone & dicendi & ſcribendi praeceptore uſus es. At, inquies, quid haec ſolus faciam, qui etiamſi in eo aliquid poſſim, a dialecticis tamen noſtris lingua omnino judicer loqui aliena? tu vero iſtiuſmodi ſermones contemnito, & eadem iſta
e praeclare (*e*) vel ſolus facito. neque enim, in tanta multarum maximarumque laudum tuarum excellentia, hac etiam nolim te reliquis antecellere. nunc redeo ad timorem tuum, cujus, mihi crede, cauſa nulla eſt. quantum enim ex proxima epiſtola cognovi, nihil eſt, quod vereare (modo idem tuae orationis filum tuearis), ut te aliqua barbare loquentium conſuetudo infuſcare poſſit. quare ne tu quidem poſthac a me petieris, tuas uti epiſtolas corrigam; in quibus quicquid immutarim, longe pejus futurum ſit, quam illud ipſum, quod tu ipſe poſueris. ſcribes igitur ad me (quod commodo tuo fiat) quamſaepiſſime. nam nihil mihi literarum tuarum ſermone gratius aut jucundius poteſt accidere; quibus equidem literis, quoties otium fuerit, magna mea voluntate reſpondebo. Interea tu Aeſchinis nobiliſſimam orationem *de falſa legatione*, quam te convertere ſcribis, ſi minus adhuc ad finem perduxiſti, quamprimum abſolves,
f mihique (*f*) mittes: nam illius verba omnia, quando ita vis, diligenter perpendam, ac totam eam meis ponderibus examina-
g bo (*g*). quod autem promiſſum meum expetis, & eandem ora-
h tionem, ab hinc tres annos a me converſam (*h*), requiris, obſequar

(*e*) Haud alia eſt exemplaris noſtri lectio. ego tamen mallem *praeclara*.

(*f*) *mihi* exempl. Emendavi.

(*g*) Cicero *pro Plancio* cap. 79. *Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid cujuſque interſit, & quid a me cujuſque tempus poſcat.*

(*h*) Gratiani nuncupatoriam ad card. Commendonum epiſtolam, ſecundo hujus operis volumini praefixam, cum enarraremus, ita pag. LIII. ſcripſimus. *Aeſchinis praeterea* περὶ τῆς παραπρεσβείας *orationem latine vertiſſe ſe, teſtificatur ipſe* (Pogianus) *in quadam ad anonymum epiſtola his verbis*: interea tu Aeſchinis nobiliſſimam orationem de falſa legatione, quam te convertere ſcribis, ſi minus adhuc ad finem perduxiſti, quamprimum abſolves, mihique mittes... Quod autem promiſſum meum expetis, & eandem orationem, ab hinc tres annos a me converſam, requiris, obſequar ſtudio tuo. *Quo magis dolendum eſt, doctiſſimi hominis tantopere elaboratam lucubrationem aut periiſſe, aut ignotam alicubi deliteſcere. At ejuſdem graeci oratoris epiſtola, quam ad ſenatum populumque athenienſem, Rhodi, illius ipſius orationis cauſa, exſulans ſcripſit, in latinum ſermonem eleganter a Pogiano converſa, in meis manibus eſt: quam, una cum tribus aliis breviſſimis epiſtolis, quae Artaxerxis, Iſtanis, & Hippocratis nominibus inſcriptae circumferuntur,*

ſequar ſtudio tuo. ſed in ea an optimis verbis atque illius oratoris virtutibus uſus ſim omnibus, neſcio: ego, ut id aſſequerer, profecto elaboravi. Salutem ampliſſimo cardinali Montio (*i*) dixi i tuis verbis, quae ei perjucunda fuit: is nunc tibi plurimam impertit. Habes epiſtolam bene longam. Valetudinem tuam cura diligenter.

tur, ab ea item latinitate donatis, publici juris, ubi ad illam ad anonymum epiſtolam edendam ventum erit, me facturum polliceor. Fidem igitur liberaturus meam, continuo poſt hujus epiſtolae enarrationes eas ipſas literas dabo: quae tamen non jam quaternae, ſed quinae omnino futurae ſunt. etenim illi Aeſchinis ad ſenatum populumque athenienſem epiſtolae ita altera ejuſdem Aeſchinis ad neſcio quem in noſtro exemplari ſubnexa erat, ut utramque non niſi unam ſemper exiſtimarim. nuper vero, diligentiore lectione adhibita, duas eſſe comperi; alteramque, quemadmodum neceſſe fuit, ab altera ſeparavi. quibus omnibus ſexta accedet epiſtola Gregorii Nazianzeni ad Procopium, latine item a Pogiano e graeco converſa.

(*i*) Duos *Montios*, ſive *A monte*, cardinales, haec cum a Pogiano ſcriberentur, fuiſſe reperio, alterum Innocentium, alterum Chriſtophorum, utrumque ab Julio III. anno 1550. creatum. uter hoc loco ſignificetur, incompertum mihi eſt. de Innocentio quidem nonnulla, ſcitu non indigna, habes in volumine III. pag. 354. quae qui cognorit, illud certe intelliget, non dignum hunc cardinalem fuiſſe, qui a Pogiano *ampliſſimus* appellaretur.

Aeſchines Senatui Populoque Athenienſi. (*a*) a

EGO tres & triginta annos natus ad rempublicam acceſſi, in qua (*b*) teſtor, Deum immortalem, me non hiſtrionum b arti ac ſcenae (ut ait Demoſthenes) deditum fuiſſe, ſed, quemadmo-

(*a*) Scripſit deditque hanc epiſtolam Aeſchines, Rhodi cum exſularet. de quo eaſilio, deque exſulis quodam dicto illa ſunt Ciceronis lib. III. *de orat.* c. 213. *Quo mihi melius etiam illud ab Aeſchine dictum videri ſolet, qui cum propter ignominiam judicii ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contuliſſet, rogatus a rhodiis legiſſe fertur orationem illam egregiam, quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat. qua perlecta, petitum eſt ab eo poſtridie, ut legeret illam etiam, quae erat contra a Demoſthene pro Cteſiphonte edita, quam cum ſuaviſſima & maxima voce legiſſet, admirantibus omnibus,* Quanto, *inquit,* magis admiraremini, ſi audiſſetis ipſum? *ex quo ſatis ſignificavit, quantum eſſet in actione, qui orationem eamdem aliam eſſe putaret, actore mutato.*

(*b*) Hoc *in qua* de ſuo Pogianus addidit, ſane praeter Aeſchinis ſententiam ac verba. quod Demoſthenes illi, in oratione περὶ στεφάνου, de ſcena objecerat, id ad illud tempus pertinebat, quo nondum ipſe ad remp. acceſſerat. ſi igitur heic negaſſet, ſe *in rep.* hoc eſt *poſtquam ad remp. acceſſiſſet*, operam ſcenae dediſſe, Demoſthenis criminationem nullo modo a ſe depuliſſet. & quidem ipſius haec verba ſunt Ἐγὼ προσῆλθον τῷ πολιτεύεσθαι ... ὁ τριταγωνιστὴν μαθών: *Ego ad remp. acceſſi ... non cum*, ſive *poſtquam, in ſcena tertias partes ag*-

admodum liberum atque ingenuum decet, mediocriter in ſcriben-
c di (c) doctrinaeque ſtudio, atque in his dicendis orationibus exer-
citatum, quae Athenis convenirent, nunquam eas ad cujuſquam
calumniam adhibuiſſe. nec vero me, de ullo cive ferentem ſenten-
d tiam (d), pecuniam accepiſſe conſtabit, neque violaſſe quenquam,
ne ab illo quidem laceſſitum injuria, neque probri cauſam cui-
quam attuliſſe, nec civem ullum adduxiſſe in judicium, praeter
e unum Timarchum; neque apud vos eo nomine gloriatum (e),
quod grandem pecuniam, quam mihi licitum eſſet accipere, repu-
diarim, ſed, quam ex legibus ſumere par erat, poenam ſumpſiſſe.
verum poſtea Cteſiphontem etiam atque Demoſthenem, multis ab
f illis affectus injuriis, quod contra leges ſcripſiſſent (f), accuſavi.
quae

agere didiciſſem. Demoſthenis autem criminatio haec fuerat: ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ... ἐνεγράφης (quod certe non eſt *ad remp. accedere*, aut ullam publici muneris partem attingere, at tantummodo *in civitatem adſcribi*, fierique municipem) ... μισθώσας σαυτὸν τοῖς βαρυστόνοις ἐπικαλουμένοις ἐκείνοις ὑποκριταῖς Σιμύκᾳ καὶ Σωκράτει ἐτριταγωνίστεις. in quo etiam verbo haud paullo plus ſignificationis acrimoniaeque ineſt, quam eſt in Pogiani latinis illis *hiſtrionum arti ac ſcenae deditum eſſe*. eo enim non modo hiſtrionicam artem Aeſchini, ſed deteriores poſtremaſque in ea ipſa partes objicere Demoſthenes voluit.

(c) Aeſchinis graeca haec ſunt: ἀλλὰ καὶ γράψαι ἐλευθερίως, καὶ παιδείας φροντίσας τὰ μέτρια, καὶ λέγων κ. τ. λ. In quibus quae vis ſit τῷ γράψαι intelligi ſatis non poteſt, niſi ante quid Aeſchini de ea re Demoſthenes in eadem illa περὶ στε. oratione objecerit, cognoſcatur. ait igitur: τὸ κάλλιστον (hoc nempe ironice dictum eſt) ἐξελέξω τῶν ἔργων ὑπογραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοις (ſic enim legendum cenſeo, non, ut eſt in vulgatis, ἀρχιδίοις): *id tibi pulcerrimum opus delegiſti, ut ſcriba eſſes ac miniſter eorum, qui judiciis praeſunt*. & ſane ἀθρόως a Demoſthene Aeſchines γραμματεύς, id eſt *ſcriba*, in eadem oratione appellatur. quod ſi ἀρχιδίοις vera lectio eſt, tum ea vox pro parvis atque infimis magiſtratibus accipi debet, ut ſit ἀρχίδιον diminutiva, ut vocant, nominis ἀρχὴ appellatio, ut eſt σκαφίδιον, *navicula*, a σκάφη. idem Demoſthenes in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας eam rem Aeſchini ejuſque conſanguineis objiciens atque exprobrans, ἀρχαῖς uſus eſt: ὑπογραμματεύοντες, inquit, ὅτε καὶ ὑπηρετοῦντες ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς, ἀργύριον ἀλήφεται.

(d) Aeſchines orator quidem, at non judex erat, aut fuerat. judicum autem eſt, non oratorum, *ſententiam de reis ferre*. puto igitur, quod graece eſt δίκην δικάζειν, latine verti oportuiſſe, *diem dicere*, *actionem intendere*, *in judicium vocare*. videtur autem ita ſe Aeſchines hoc loco purgare, ut eádem opera Demoſthenem tacite carpat, quem in oratione περὶ τῆς παραπρεσβ. dixerat orationem Phormioni cuidam menſario, pecunia ab eo accepta, ſcripſiſſe, eamdemque Apollodoro, qui Phormionis inimicus erat, eumque capitis arceſſebat, legendam tradidiſſe.

(e) Non ad praeteritum tempus, ſed ad praeſens referendum hoc a Pogiano fuit, dicique oportuit, *neque apud vos eo nomine glorior, quod &c.* graeca enim haec ſunt, καὶ ὡς ἀλαζονεύομαι πρὸς ὑμᾶς, ὡς κ. τ. λ.

(f) Nihil tale eſt apud Aeſchinem, neque eſſe potuit. conſtat enim, Cteſiphontem atque Demoſthenem ab eo fuiſ-

Digitized by Google

quae cauſa, per Deos immortales, fuit omnium juſtiſſima. in quo
minime mirum eſt, ſi plus in dicendo potuit Demoſthenis vis,
quam aut leges veſtrae aut orationes meae. illud fortaſſe perſpi-
cuum eſt, quod, cum ea, de quibus me prius Demoſthenes ac-
cuſarat, vel multo graviora eſſent iis, quibus modo concidi,
non parvum id argumentum apud vos ſit bene a me geſtae rei-
publicae, quod, ne Demoſthene quidem accuſante, damnatus
ſum. verum, hac accepta calamitate, non unis vobis, ſed grae-
cis praeterea omnibus arbitror ſpectatam eſſe integritatem in
republica adminiſtranda meam. quis enim ignorat, ut in mor-
te, ſic in fuga patriae, tum maxime, quales hominum mo-
res fuerint, apparere? nam, quae illi antea occultarant, eiſ-
dem e medio ſublatis, in lucem erumpunt, multo magis eos
tum accuſante quoque inimicorum, cum illi reſpondere non
poſſunt. nam, qui propterea ejecti ſunt in exilium, quod ho-
ſtium partibus perpetuo ſtuduerint, quae eorum ratio, qui
ſenſus in republica gerenda fuerit, plane oſtendunt. itaque (g) g
tum inimici, quomodo illi ferant calamitates, quo ſint animo in
patriam, aperte quaerunt. num igitur is, qui meam Philippo pa-
triam prodiderim, & ea (h) contra rempublicam in legatione h
ſim ementitus, tanquam macedonibus addictus, ut a vobis

 pro-

fuiſſe accuſatos, non quod *ſcripſiſſent*, ſed quod *feciſſent, contra leges*. ſed & alia multa ſunt, quae mihi in hac tota Pogiani interpretatione minus probentur. quae ſi ſingula proferre, &, graecis afferendis comparandiſque cum latinis, confutare adhibita argumentatione velim, cum longum ac moleſtiſſimum non mihi modo, verum etiam lectoribus meis opus ſuſcepero, tum vix quidquam, quod operae pretium ſit, fecero. quam enim non multum cujuſquam intereſt, aliquem non optime graecam epiſtolam latine interpretatum eſſe, demonſtrari! hoc igitur brevius & commodius faciam, ut, ubi mihi Pogianus minus ſatisfecerit, graeca Aeſchinis verba proferam, tum continuo Hieronymi Wolfii latinam interpretationem, quae mihi ferme probatur, ex baſileenſi anni 1572. per Euſebium Epiſcopium aditione ſubjiciam. id quod, quantum quidem ad hunc ipſum locum pertinet, ſtatim exſequor. Κτησιφῶντα πολλὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ παθὼν, πολλὰ δὲ ὑπὸ Δημοσθένους παρανόμων ἐγραψάμην δικαιοτάτην, ὦ θεοὶ, γραφήν: *Cteſiphontem, multa ab eo perpeſſus, multa item a Demoſthene, violatarum legum reum feci, juſtiſſimo, o Dii immortales, judicio.*

(g) Καὶ γὰρ ὅπως φέρουσι τὰς συμφορὰς, καὶ ὡς διάκεινται πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἐξετάζονται σαφῶς: *Neque enim quo pacto calamitates ferant, & ut erga patriam ſint affecti, ulla ratione caelare poſſunt.* Recte Wolfius τὸ ἐξετάζονται, non ad exſulantium inimicos, quod prave Pogianus fecit, ſed ad ipſos exſulantes retulit. verum, quod *neque caelare poſſunt* verterit, in eo quid ſequutus ſit, neſcio. ego *explorantur, deprehenduntur, dignoſcuntur &c.*, hoc eſt, quales ſint, exploratur, deprehenditur, dignoſcitur &c., interpretor.

(h) καὶ παραπρεσβεύσας τοιαῦτα κατὰ τῆς πόλεως: *& in reip. fraudem mala fide legationem obierim.*

Digitized by Google

i profectus ſum in exilium , me ad Alexandrum (i) contuli , ut
is pro ea , quam ipſi navaſſem operam , mihi gratiam referret,
k meique videlicet aliquam curam (k) ſuſciperet ? & tamen vidi
l Demadem , qui inſtructas in Boeotia villas (l) , & viginti agri
m jugera , & phialas aureas haberet , & Hegemonem (m) & Callime-
n dontem , alterum Pellae , alterum Berrhoeae (n) una cum aliis
praemiis ſibi pulcherrimas uxores adjunxiſſe . neque vero , pro-
fectus a vobis , aut ad thebanos aut in Theſſaliam conceſſi ,
o aut ad alios quoſpiam , apud quos (o) aut patriae meae maledicere mihi liceret , aut aliorum maledicta in eam audire : ſed
Rhodum veni , in civitatem , per Jovem , nec vobis inimicam ,
nec natura malevolam . nam proxime patriam eſſe argumen-
p tum (p) potius mihi quidem videtur diſſimulationis calamita-
tum , quam benevolentiae in civitatem . quare longiſſime po-
tius abire oportuit , ne ullum in oculos monumentum incur-
reret , quo animus angeretur . etenim ne hic quidem conſtiti , ne
q Rhodi conſpici poſſem , ſed (q) in proximi continentis harena
r delegi neſcio quid exigui loci , ubi praedia emerem grandi (r)
illa

(i) Legatio quidem illa ad Philippum Macedoniae regem fuerat ; ſed Aeſchinis exſilium , illo jam mortuo , & Alexandro , ejus filio , regnante , contigit .

(k) *cauſam* exempl. Emendavi quamminima mutatione . in graeco eſt προμηθεία, *proviſio , providentia, cautio &c.*

(l) πανδοκεῖα : *cauponas* ex Wolfii interpretatione . ſignificantur autem *diverſoria* , ſive publica , at non gratuita , hoſpitia : ex quibus ingens locatoribus illa aetate quaeſtus .

(m) *Igemonem & Callimedontem &c.* exempl. Emendavi . nam in graeco eſt Ἡγήμονα καὶ Καλλιμέδοντα .

(n) *Berroeae* exempl. Emendavi ex graeco Βεῤῥοίᾳ .

(o) παρ' οἷς ἢ λοιδορεῖν ἔδει με τὴν πατρίδα τὴν ἐμήν , ἢ λοιδορουμένην αὐτὴν ἀκούειν : *apud quos mihi convicia in patriam aut dicenda , aut ab aliis audienda eſſent .*

(p) κατειρωνευομένων εἶναι γε τῆς συμφορᾶς μᾶλλον , ἢ στεργόντων ἀδόλως τὴν πόλιν . *mihi videbatur eorum eſſe , qui calamitatem quaſi eluderent magis , quam aequo animo ferrent .* verum poſteriora haec Wolfianae interpretationis nequaquam graecis illis reſpondent ἢ στεργόντων τὴν πόλιν : quae recte a Pogiano converſa ſunt.

(q) ἀλλὰ τῆς περαίας ὀλίγον τι μικρὸν φρούριον Ἄμμον , κἀνταῦθα πριάμενος χωρία τοσούτων ταλάντων , ὅσων εἰκὸς ἦν κ.τ.λ. *ſed delegi Stereae parvum quoddam caſtellum Ammon. ibique emi praedia tot talentis , duobus videlicet , quot emi ab eo conſentaneum erat* &c. Talentorum illum numerum , quae tum Pogianus tum Wolfius *duo* dicunt fuiſſe , in graeco contextu non video . in reliquorum interpretatione quam in diverſa uterque abeat , nemo non videt . omnino huic loco aliquod ulcus ineſt , quod qui prius ſanaverit , idem poſtea poterit de tertia aliqua interpretatione cogitare .

(r) εἰρωνικῶς dictum . vult autem hoc Aeſchines intelligi , ſe , qui non plus quam duo talenta (quae denariorum viginti circiter millibus aeſtimantur) ad id praediolum , cujus fructibus ipſe cum ſua familia in exſilio aleretur , coëmendum , impendere potuiſſet , falſo a Demoſthene de ingenti illa pecunia , a Philippo & Alexandro , Macedoniae regibus, ob proditam patriam accepta , fuiſſe inſimulatum .

Digitized by Google

illa duorum talentorum pecunia, quanti videlicet emere par erat illum, prius Philippi, deinde Alexandri mercenarium (ſ), illum, qui & phocenſes (t) & Graeciae libertatem macedonibus prodidiſſet. hic ego conſedi (u) cum ſeptem famulis, ac duobus tantum familiaribus, & matre, quae, tertium & ſeptuageſimum annum agens, mecum navigavit, ejus particeps calamitatis, qua per vos affectus ſum (x), & conjuge etiam, quae, & patre ejus diſceſſum prohibente, & legibus fortaſſe etiam cogentibus, ut domi maneret, moris civitatis gnara magis, quam legum, caſum meum comitari voluit; & tribus praeterea liberis, qui ne nunc quidem per aetatem ſuam ſentiunt calamitatem; ne illud quidem, cum illis Deus talem patriam dederit, nempe Athenas, ſe tali civitate, ut in lucem ſuſcepti ſint, privatos eſſe. & quidem alii liberos ſuos, ſive in Boeotia ſive in Aetolia nati ſint, eo (y) mittere ſolent inſtitutionis ac diſciplinae cauſa: meis vero (z) nequaquam ejus patris filiis, qui in urbem adſcriptus ſit, aut de turpi cauſa damnatus, praeter naturam, illud accidit, ut adhuc infantes pue-

(ſ) ὑμᾶς δὲ, inquit Demoſthenes in orat. *de falſa legat.* τοὺς πρέσβεις οὐδεὶς ἕλληνος οὐδὲ βαρβάρων ἔσθ', ὅς τις οὐ φησι χρήματα ἐκ τῆς πρεσβείας εἰληφέναι: *vos vero legatos nemo vel graecorum vel barbarorum eſt, qui non pecunias accepiſſe ex legatione dicat.* & in orat. *de corona*: μισθωτὸν ἐγώ σε Φιλίππου πρότερον, καὶ νῦν Ἀλεξάνδρου καλῶ, καὶ οὗτοι πάντες: *mercenarium ego te prius Philippi, nunc vero etiam Alexandri voco, itemque hi omnes.*

(t) In eadem orat. *de corona* ait de Aeſchine Demoſthenes: τοὺς ταλαιπώρους Φωκέας ἐποίησεν ἀπολέσθαι: *miſeris phocenſibus interitus fuit auctor.*

(u) Mallem *ſedeo*, ut eſt in graeco, κάθημαι. *ſedere* autem eſt *otioſum plane eſſe, & nihil omnino agere.* Cicero lib. v. Fam. epiſt. 7. *Iis enim ventis iſtinc navigatur: qui ſi eſſent, nos Corcyrae non ſederemus.* Horat. lib. I. epiſt. 17. v. 37. *Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet.*

(x) Cum hac matris commemoratione, patris quoque mentionem conjuncturus fuiſſe Aeſchines videtur, ſi ille, cum haec ſcriberentur, ſuperſtes fuiſſet. vivebat autem, cum oratio *de falſ. legat.* habita a filio eſt, qui in ea, Οὑτοσὶ, inquit, μέν μοι ἐστὶ πατὴρ Ἀτρόμητος, σχεδὸν πρεσβύτατος τῶν πολιτῶν· ἔτη γὰρ ἤδη βεβίωκεν ἐνενήκοντα καὶ τέτταρα: *Hic pater meus eſt Atrometus, omnibus fere civibus aetate antecens. annos enim quattuor & nonaginta jam vixit.* de quo tamen patris, ut item de matris, nomine neſcio quam vere illa Aeſchini Demoſthenes in oratione περὶ τοῦ στεφ. objecerit: καὶ δύο συλλαβὰς προσθεὶς, τὸν μὲν πατέρα ἀντὶ Τρόμητος ἐποίησεν Ἀτρόμητον, τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην: *ac duas ſyllabas adjiciens, patrem quidem pro* Tromete *fecit* Atrometum; *matrem vero, quam omnes ſciunt* Empuſam *vocitatam*, Glaucotheam *ſane graviter nominavit.*

(y) Athenas videlicet.

(z) οἷς δὲ ταῦτα παρὰ τῆς φύσεως ὑπῆρξεν, ὁ δημοποιήτου πατρός ἐστιν, οὐδ' ἐπ' αἰτίαις αἰσχραῖς ἑαλωκότος φεύγουσιν ἔτι νήπιοι, καὶ τρέφονται πένητες ἐν ἐρημίᾳ τε καὶ φυγῇ πατρῴᾳ: *quibus vero haec a natura tributa fuerant, cum patris eſſent, non populi beneficio in urbem adſcripti, aut ob turpia facinora condemnati, hi exulant adhuc infantes, & in paupertate educantur, in ſolitudine, & exilio paterna.*

pueri in fuga ſint, pauperesque in ſolitudine & exilio patris
aa bb educentur. ac de Lycurgi quidem filiis (*aa*) jubet (*bb*) Demoſthenes, petitque a vobis, praeclare ille quidem, ut eis patris mulctam remittatis. vos vero in eo facinus plane athenienſe edidiſtis, qui, miſericordia commoti, patris debitum filiis remiſiſtis. veſtrum enim eſt irritabiles, viciſſimque placabiles eſſe. cur igitur ego vos non deprecer pro liberis meis? cur
cc non petam a vobis, non modo (*cc*) ut ne in orbitate patris educentur, ſed ne orbi ſimul ſint & exules, qui neminem pueri
dd ulla re laeſerint, neque (*dd*) ullius omnino culpae rei omnia perpeſſi ſint, quae in reos conveniant? deinde cur ad extremum non petam a vobis, ut noſtris obſecuti precibus mei ra-
ee tionem habeatis? immo vero & agite, & vobis (*ee*) eadem perſuadete, athenienſes, &, quam conſueviſtis, moderationem adhibete: nec vero a vobis ipſi deſciſcite, neque eam abjicite benignitatis & humanitatis gloriam, qua civitas veſtra ſemper
ff omnibus praeſtitit: neve apud vos Melanópi (*ff*) vox plus ponde-

(*aa*) Inter Demoſthenis epiſtolas tertia eſt ad ſenatum populumque athenienſem περὶ τῶν Λυκούργου παίδων: quam conſule.

(*bb*) Non κελεύει, ſed ἐπιστέλλει graecum exemplar habet. non igitur *jubet*, ſed *ſcribit* vertendum latine fuit.

(*cc*) μὴ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ τραφῶσιν, ἀλλ' ὀρφανοὶ ἅμα καὶ φυγάδες ὦσι: *non modo ne in orbitate alantur, ſed ne ſimul & orbi ſint & exules.* quae quidem Wolfii interpretatio cum Pogiani interpretatione conſentit. ſed, niſi graeca illa μὴ μόνον latine interpretari maluerimus, quemadmodum graecae linguae vis conſuetudoque patitur atque concedit, *non jam, non quidem, non dico* &c. inerit abſurditatis non minimum toti ſententiae: ut ſi quis patronus, judices pro reo capitis compellans, diceret: *Peto a vobis* non modo *ne hunc miſerum exſilio, ſed ne ſimul exſilio & morte mulctetis.* recte enim ſic potius dici oportuit: *Peto a vobis*, non jam, non quidem, non dico *ne hunc miſerum exſilio, ſed ne morte mulctetis.* Aeſchinis porro filii in duplicem calamitatem ſane immerentes inciderant, & quod, ejecto in exſilium patre, eo orbati fuerant ac tamquam orphani relicti, & quod exſulantem comitari, paternique exſilii participes eſſe debuerant. ac priorem quidem illam calamitatem pater a filiis non deprecatur, patiturque aequo animo, & ſe exſulem, & illos, quod conſequens erat, ὀρφανοὺς manere. alteram vero exſilii calamitatem deprecatur, petitque ab athenienſibus *non ille quidem*, ut ſui liberi in orbitate non educentur, hoc eſt, ut ne orbati parente in ὀρφανίᾳ relinquantur, in eaque adoleſcant, ſed ne, praeter orbitatem, hoc eſt parentis in exſilium pulſi privationem, ipſi etiam patria privati atque exſules eſſe cogantur.

(*dd*) οὐδ' ἄλλως ἠδικηκότες, τὰ μέν τοι τῶν ἠδικηκότων πάντα πεπονθότες: *neque alia ratione ſint condemnati, & perpeſſi tamen omnia, quae condemnatis uſu veniunt.*

(*ee*) πείσθητε, τὰ συνήθη ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ μέτρια ποιοῦντες. *concedite ea, quae veſtri moris ſunt, & moderatione utimini.*

(*ff*) Menalópus orator fuit athenienſis, Aeſchini admodum infenſus: de cujus maledicentia ac ſordibus exſtat ejuſdem Aeſchinis ad ſenatum populum-

ponderis habeat, vos propriam veſtri generis bonitatem, & humanitatem imitari prohibentis, quam ejus, cui vos ipſos ad eam retinendam cohortatur. quanquam non id, non, per Deos immortales, id ſibi ſumit Aeſchines, ut vos ad id cohortetur. non enim ſum idoneus, qui id faciam, neque mihi ea facultas eſt, qua patriae meae perſuadere poſſim, minime vero nunc, cum meam cauſam agere videor. ſed id vobis ſuadet mos civitatis, & veſtri nominis gloria, majorumque conſuetudo, cui nimirum parére praeſtat, quam Melanópo, qui vos ad ea, quae vobis aliena & indigna ſunt adhortatur.

pulumque athenienſem epiſtola. hoc habens initium Ἐπυθόμην τὰ ῥηθέντα Μελανώπῳ πρὸς ὑμᾶς: *Cognovi, quae apud vos dixerit Menalopus*. In eumdem Demoſthenes quoque acriter invehitur in oratione adverſus Timocratem, eumque improbum, furem, proditorem &c. vocat.

Aeſchines N. N. (*a*) a

OMnes alii quicunque per injuriam ejiciuntur in exilium, vel precibus agunt cum civibus, ſibi ut domum redire liceat, vel, id non aſſecuti, in patriam, tanquam de ſe male meritam, invehuntur. ego vero, quanquam indignam mercedem tuli meis erga remp. meritis, & alios accuſans, ipſe damnatus ſum, doleo quidem, quod ita fert humanitas, veruntamen nihil conqueror. non enim uſque eo inſanio, ut, qua ex urbe ejectus Themiſtocles, ille Graeciae liberator, & in qua, quod pecuniae neſcio quid publice deberet, Miltiades (*b*) mortuus ſit in carcere, in ea indignandum eſſe putem Aeſchini, Atro- b c

(*a*) Haec epiſtola in noſtro exemplari conjuncta cum ſuperiore ſic erat, ut ejus eſſe pars extrema videretur. eam Wolfius tertio inter Aeſchinis reliquas loco recenſet, illam autem ſuperiorem duodecimo.

(*b*) In epiſtola VII. quae eſt ad ſenatum & populum athenienſem, conjungit Aeſchines cum Themiſtocle etiam Ariſtidem. ἐμοί, inquit, τὸ δυστύχημα τοῦτο πολιτευομένῳ κοινὸν ἐστὶ πρὸς Θεμιστοκλέα, καὶ Ἀριστείδην, καὶ ἄλλους πολλοὺς τῶν λαμπροτάτων ἐν τῇ πόλει γενομένων: *mihi in gerenda rep. ſuſcepta calamitas cum Themiſtocle, Ariſtide, aliiſque multis clariſſimis civitatis viris communis eſt*.

(*c*) Cornelius Nepos in ejus vita: *Accuſatus* (fuit) *ergo proditionis, quod quum Parum expugnare poſſet, a rege* (Perſarum) *corruptus, infectis rebus a pugna diſceſſiſſet. eo tempore aeger erat vulneribus, quae in oppugnando oppido acceperat. itaque, quoniam ipſe pro ſe dicere non poſſet, verba pro eo fecit frater ejus Tiſagoras. cauſa cognita, capitis abſolutus, pecunia multatus eſt; eaque lis quinquaginta talentis aeſtimata eſt: quantus in claſſem ſumtus factus erat. hanc pecuniam quod ſolvere non poterat, in vincula publica conjectus eſt, ibique diem obiit ſupremum*.

Digitized by Google

Atrométi (*d*) filio, exuli, ſi quid paſſus ſit Athenis uſitatum; immovero id mihi apud poſteros glorioſum fore exiſtimo, ſi in illorum adſcribar numerum, qui ea ignominia affecti ſunt, ac dignus fuiſſe judicer, qui ſimilia paterer iis, quae illi pertulerunt.

(*d*) *Atromiti* exempl. Emendavi. De Atrometo, Aeſchinis patre, vide ad ſuperiorem epiſtolam adnotata.

Artaxerxes, magnus rex regum, Iſtani, Helleſponti praetori.

HIppocratis coi, medici ex genere Aeſculapii, praeclara ad me etiam fama pervénit. quare & tanto auri pondere, quantum volet, & aliis, quae opus fuerint, abunde datis, ipſum ad nos mittito. erit enim apud me eo in honore, quo optimus & praeſtantiſſimus quiſque perſarum. ſi quis vero praeterea in Europa ſpectata virtute fuerit, ut eum domui regiae amicum adjungas, divitiis ne peperceris. nam ejuſmodi viros, qui conſilio valeant, reperire haud facile eſt.

Iſtanes Hippocrati ex genere Aeſculapii.

QUam te ipſum expetens rex epiſtolam dedit, tibi miſi. quare ad eam, ut ad regem mittere poſſim, celeriter reſcribe.

Hippocrates medicus Iſtani, praetori Helleſponti.

REgem ex meis literis certiorem facito, mihi & cibi, & veſtium, & domicilii, & omnium, quae ad victum cultumque ſunt neceſſaria, ſatis eſſe: perſarum autem divitiis frui, aut barbaros, graecorum hoſtes, ex morbis liberare, fas non eſſe.

Gregorius Procopio. (*a*)

MEA, ſi vere loqui oportet, ratio ſic eſt, ut fugiam omnem conventum epiſcoporum; quippe qui concilium, quod bonum exitum habuerit, aut in quo magis malorum finis,

quam

(*a*) Gregorii Nazianzeni graeca haec ad Procopium, Theodoſii imperatoris familiarem, epiſtola, quinta & quinquageſima eſt inter eas, quae, ab Jacobo Billio una cum reliquis ejuſdem Gregorii ſcriptis in latinum converſae, Pari-

Digitized by Google

quam acceſſio facta ſit, viderim nullum (*b*): contentiones enim & cupiditas principatus (quod tamen ſine cujuſquam injuria dictum velim exiſtimes) majores ſunt, quam ut oratione explicari poſſint: citiuſque (*c*) aliquis ex judicum numero novi criminis accuſari poſſit, quam illa vitia ſuſtulerit. quam ob rem continui me, & unam conſequendi optati mei facultatem eſſe duxi quietem ac tranquillitatem. quanquam ad judicium meum accedit incommoda valetudo, qua ſic urgeor, ut fere ſemper animam agam, neque quicquam navare aut efficere queam. quare tu, pro tui animi magnitudine, mihi ignoſces, ſimulque maxime pio ac religioſo regi (*d*) perſuadebis, ut, quam corporis infirmitas cauſam ſuſtinet, eam pigritiae & ignaviae ne aſſignet, praeſertim cum ſciat, ſe mihi, ut liceret eſſe in ſeceſſu (*e*) petenti, in magni beneficii loco antea conceſſiſſe.

Pariſiis editae ſunt primum anno 1569. tum 1583. denique 1630. Eadem, a Pogiano latine multo ante reddita, reperitur in bibliothecae vaticanae codice 2432. pag. 275. unde eam promſi.

(*b*) *Hujus loci* rectiſſimam interpretationem veriſſimamque ſententiam cardinalis Stanislaus Hoſius in ſuis quibuſdam ad card. Chriſtophorum Madruccium litteris, die 30. octobr. an. 1562. Romam Tridento datis, attulit: quas, a nobis in volumen hujus operis tertium pag. 228. illatas, omnino vide. non te poenitebit.

(*c*) Billii interpretatio haec eſt: *citiuſque aliquis improbitatem* (fort. *improbitatis*) *arceſſetur, dum aliis judicem ſe praebet, quam ut aliorum improbitatem comprimat*.

(*d*) Imperatori Theodoſio, qui Byzantii degebat, eoque accedere Gregorium, epiſcoporum conventus neſcio cujus celebrandi cauſa, voluiſſet.

(*e*) Seceſſerat nimirum Gregorius in Arianzanum heredium ſuum, quod erat in Cappadocia, & ſecedendi facultatem ab ipſo imperatore ante petierat atque impetrarat. Vide *Vitam*, quam de ſe ipſe verſibus jambicis elegantiſſime conſcripſit, non procul a fine.

Alia, praeter hanc epiſtolam, ex Gregorii Nazianzeni operibus Pogianum latine ſive interpretatum eſſe, ſive certe interpretari in animo habuiſſe, manifeſtum eſt ex ejus ad Octavianum Ferrarium epiſtola, die 13. ſept. an. 1567. Roma Mediolanum data: quam habes in volumine hujus operis quarto pag. 318. Nominatim vero ejuſdem Gregorii *Apologeticum* ab eo fuiſſe converſum, valde ſuſpicari nos diximus, ſuſpicandique cauſas attulimus in adnotatione 50. ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam, ſecundo volumini praefixam, pag. XIV. quem quidem *Apologeticum* a Petro quoque Galeſinio fuiſſe converſum, docet haec ejuſdem, quam ſubjicio, epiſtola, ex codice vaticano 6416. pag. 254. depromta.

Al reverendiſſimo ſignor mio oſſervandiſſimo monſignor l'Abbate di Nonantola. A Roma.

Reverendiſſimo monſignor mio oſſervandiſſimo. Ultimamente monſignor illuſtriſſimo padrone (card. Carlo Borromeo) *ha fatto la viſita del ſuo ſeminario: nel quale ha ordinato, che ſi leggano alcuni libri di padri antichi, fra i quali è l'*Apologetico *di Gregorio Nazianzeno. e perchè io mi lo trovo tradotto, ha penſato ſua ſignoria illuſtriſſima, che io lo faccia ſtampare: & così ſpero con l'ajuto di noſtro ſignore*

re Dio di farlo preſto. hora mi è venuto in memoria, che il ſignor cardinale Sirleti ha ſopra queſto Apologetico *molte oſſervattioni. però vengo a pregar lei, che, con l' occaſione, che ſpeſſo deve havere di viſitare ſua ſignoria illuſtriſſima, voglia eſſer ſervita di ragionarie di queſto particolare, e vedere ſe ſi può havere dette oſſervattioni, o altre notationi, o ſcholie greche, come d'Elia Cretenſe, Niceta, Serronio, & altri. Io ho bene queſti tali, ma non ſopra queſto* Apologetico. *prego però V.S. a favorirmi in ciò, che gli ne reſtarò con obligo perpetuo, e ne farà molto piacere al cardinale: poichè è per ſervitio del ſuo ſeminario. e con queſto fine le bacio le mani, con pregarla a far le humiliſſime mie raccomandationi al ſopradetto monſignor illuſtriſſimo Sirleto. di Milano il dì 24. d'agoſto 1569.*

Di V. S. reverendiſſ.

Affettionatiſſimo & obligatiſſimo ſervitore
Pietro Galeſini.

C X X X.

Jul. Pogianus N. N.

ETSI non dubito, quin ad tuam de me exiſtimationem judiciique conſtantiam maxime pertineat, eſſe te in deſiderio literarum mearum, quod (*a*) ex ipſa ſtatim epiſtola, quo in genere nos excellere exiſtimaras, parum in eo vel admodum nihil poſſe perſpicies, malui tamen in ſcripto vituperari a te infantiam meam, quam in ſilentio amorem requiri. neque enim, ſi tardum, ſi in ſcribendo rudem aperueris (*b*), officioſum propterea & in obſequendo facilem non amabis. valebit hoc mihi ad amicitiae laudem, valebit ad cumulum benevolentiae tuae, quod, cum tueri poſſem neſcio quam ingenii famam, commotam illam quidem magis ſermone amicorum hominum, quam facultate orationis meae, ſed tamen nonnullorum conſenſu excitatam, non occupationem excuſarim, non honeſtum aliquod mendacium oppoſuerim: quibus ſi minus a me contentus fores, cum ea certe facilius paterere, tum te noſtri non tantopere poeniteret. ſed fuit omnino mihi tua voluntas antiquior. Hoc vero optimum, inquies, ut ſtudio meo morem a te geſtum eſſe dicas, a quo cum ſingulares literas requiſierim, vulgares acceperim. Dedi equidem, quas potui; quando, quas utrique volumus, non poſſum. ego quidem, quoniam (*c*) iſtud eſt, opi-

(*a*) Malim *ne*, & infra *perſpiceres*.

(*b*) *Aperire* pro *deprehendere* uſurpavit etiam alibi Pogianus, in epiſtola nimirum ad Octavianum Ferrarium, quam habes in volumine IV. pag. 328. ait enim: *Equidem quod aliud agens amicum medicum* aperui, *ea re valde delector*. an quiſquam ex veteribus latinis id verbum in eadem ſignificatione uſurpaverit, neſcio. Ciceronis illud ex libro V. *ad Attic.* epiſt. 1. *De Oppio factum eſt ut volui, & maxime quod* DCCC. *aperuiſti*, neque ſatis certae lectionis, & incertiſſimae ſignificationis eſt.

(*c*) *quonquam quoniam* exempl. Priorem vocem, tamquam ſupervacaneam & temere huc ab oſcitante librario inculcatam, removi.

opinor, meo in te amori ſatis, dabo operam aliquando, ut ſit etiam cupiditati tuae ſatis. mutuabor enim aliquid ejus generis, quale te ſcribis exoptare, ab iis, qui abundare dicuntur: quod, ſpero, percommode fiet. venerunt enim Romam recentes, neſcio unde, aliquot adoleſcentuli (*d*), qui multum videntur nobis ea in re poſſe commodare. noſti vim, noſti os epiſtolae (*e*). verumtamen, ſi ipſa pro ſe loquatur epiſtola, tantum ſibi non arroget, quantum iſti in illa orationis elegantia tribuunt ſuis doctoribus: prae his contemnunt omnes, ſi qui noſtra, ſi qui patrum memoria ſermonis lepóre floruerunt: vix uni concedunt Ciceroni; & id quidem vel vetuſtatis, vel cujuſdam gratiae cauſa. quanquam & in eo quiddam deſiderant: quod cujuſmodi ſit, vel quia non ſatis expediunt, vel quia parum attendi, nondum animadverti (*f*). At, tantum in re non eſſe, dices, quantus eſt ſermo. Ne ego quidem arbitror. ſed tamen, cum quid memoriter ex epiſtolis magiſtrorum, quod me praeſente ſaepius accidit, pronunciant, ſive ea ſit ſcriptorum vis, ſive cantus & pronunciationis iſtorum ſuavitas (*g*), ſic equidem afficior, ut au-

E e 2 dien-

(*d*) Quinam hi fuerint tam confidentes adoleſcentuli, aut unde tam repente exſtiterint, ſi ſcire me dicam, mentiar.

(*e*) *Os* pro *impudentia* accipi, notum eſt. Cicero lib. II. act. 2. *in Verrem* cap. 48. *noſtis os hominis, noſtis audaciam*. & lib. IX. *ad Varronem* epiſt. 8. *Miſi autem ad te quattuor admonitores, non nimis verecundos: noſti enim profecto os ejus adoleſcentioris academiae*. cum autem *epiſtola*, ut ait Cicero lib. V. epiſt. 12. *non erubeſcat*, recte illi quoque *os* a Pogiano tribuitur, ſed nequaquam tantum, quantum eſſe illorum adoleſcentulorum affirmat.

(*f*) *animodverto* exempl. Malui *animadverti*. ſed ne ita quidem ſatis in ejuſmodi verbo acquievi.

(*g*) Hic cantus & haec pronunciationis iſtorum adoleſcentium tanta ſuavitas facit, ut eos fuiſſe florentinos, aut certe etruſcos, veniat nunc mihi in mentem ſuſpicari. nam huic genti, praeter omnes italicas, ea laus eſt ſemper, caeteris non indignantibus, tributa. ac de florentinorum quidem ſermone, ac ſono vocis, appellandarumque litterarum ſuavitate, idem plane, quod de ſimilibus romanorum civium dotibus a Cicerone in dialogo *de claris oratoribus* cap. 170. dicitur, praedicari poteſt. *Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribuis iſtis externis quaſi oratoribus? Quid cenſes, inquam, niſi idem quod urbanis, praeter unum, quod non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio? & Brutus, Qui eſt, inquit, iſte tandem urbanitatis color? Neſcio, inquam: tantum eſſe quemdam ſcio. id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam veneris. audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae. ſed haec mutari dediſcique poſſunt. illud eſt majus, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius. nec hoc in oratoribus modo apparet. ſed etiam in caeteris. ego memini T. Tincam placentinum, hominem facetiſſimum, cum familiari noſtro Q. Granio praecone dicacitate certare. Eon', inquit,*

b diendi cupiditate, tanquam ad Sirenum ſaxa (*h*) ſic ad eorum voces adhaereſcam. itaque tentabo per hos, qui & perhumani ſunt, & ſe apud magiſtros gratioſos eſſe dictitant, ut inde elaborati & ornati aliquid eliciam, quod te delectare poſſit. per-
i ſequar autem eam potiſſimum viam (*i*), qua facilius nos ad id, quod cupimus, perventuros eſſe, confido: efferam ſummis &
k ipſe laudibus, ſi quam cecinerint (*k*) epiſtolam luculentorum illorum ſcriptorum. nihil enim eſt, quod non ab illis ejuſmodi
l pretio (*l*) mercari queas. tu, ſi tantae hominum praedicationi reſponderit, quod ab illis ipſis auferemus, habebis unde iſta petere poſſis: ſin minus, iſta etiam, ut haec noſtra, videas, licebit.

quit Brutus; de quo multa Lucilius? Iſto ipſo. ſed Tineam, non minus multa ridicule dicentem, Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo: ut ego jam non mirer illud Theophraſto accidiſſe, quod dicitur, cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti, aliquid venderet, & reſpondiſſet illa, atque addiſſet, Hoſpes, non pote minoris, *tuliſſe eum moleſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. omnino ſic, ut opinor, in noſtris eſt quidam urbanorum, ſicut ille atticorum, ſonus.*

(*h*) Sirenes a Circe apud Homerum libro XII. *Odyſſ.* verſ. 45. ἥμεναι ἐν λειμῶνι *ſedentes in prato* dicuntur: Ulyſſes autem *floridum* id ipſum *pratum* dicit verſ. 159. λειμῶν' ἀνθεμόεντα: neque uſquam Homerus, qui primus [illegible], totumque illud de earum blandu pellacique cantu commentum excogitavit; haec Pogiani *ſaxa* commemorat.

(*i*) Quam *viam* intelligat, ipſe mox aperit: *efferam*, inquit, *ſummis & ipſe laudibus &c.* nempe, ſi unam aliquam ab illis adoleſcentibus tantopere laudatam magiſtrorum ſuorum epiſtolam ipſe quoque laudaſſet, ejuſque per otium legendae ſe cupidum oſtendiſſet, non dubitabat, quin eam ab illis auferre poſſet, & amicum, ea ad ipſum mittenda, oblectare.

(*k*) Contra hunc locum mendi notam in exemplaris margine Gratianus appoſuit, hoc ipſo *cecinerint* verbo fortaſſe offenſus. ſed in eo nihil eſſe mendoſi perſpicuum eſt. recte enim *cani* dicuntur eae epiſtolae, quas ſupra Pogianus dixit ab illis adoleſcentibus cum *cantu* quodam ſolitas fuiſſe pronunciari.

(*l*) Laudum videlicet.

CXXXI.

Jul. Pogianus N. N.

Si mihi pro te gratiae cauſa mentiri, vel certe, quod non ſentiam, dicere liceat, libenter equidem meam de tuarum elegantia literarum opinionem modeſtiae aut diſſimulationi remittam tuae; tibique, de iſta ingenii facultate ſedulo recuſanti, potius aſſentiar, quam aut caeterorum de te judicio aut denique literis tuis, quibus, quam argumentando obſcurare ſtudes eloquen-

eloquentiae famam, magis illuſtras. ſed me ab ea vanitate ma-
xime tua probitas ac religio deterret. quare mihi dabis hanc
veniam, ut de tuis ſcriptis ſententiam meam, in quam addu-
ctus ſum affirmatione eorum, qui de illis vere poſſunt exiſti-
mare, ſi minus libenti, at aequo animo tuo, tuear. quanquam,
ſi tibi certum eſt iſtam polite ſcribendi famam abjicere, totam
commutes ſcriptionis tuae rationem neceſſe erit. nam, ſi idem
manſeris (*a*), nae tu id apud intelligentes judices non aſſequé- *a*
re (*b*), multo minus illud (*c*), quod caſu ac fortuitu recte fiat, *b c*
praeſertim iſto in genere, nunquam paratum eſſe non poſſe.
quinetiam tuus ille pictor (*d*), cui belle ſemel temeritas ceci- *d*
dit, ſi iterum ac ſaepius eundem ſpongiae conjectum adhibeat,
non tam illud in ore equi exprimat ſpumae decus, quam ma-
culam imprimat iis, quae ſummo ſtudio ac labore perfecerit.
porro autem a ratione caſus varietate diſtinguitur, nec in eo-
dem ſtilo ac ſono orationis, ſemperque ſui ſimili concinnitate
verborum ac ſententiarum, cura & ars occultari poteſt. quod
ſi tantam habet difficultatem, quantam ipſe praeclare ſcribis,
latine ſcribendi vis, ſi tanta requirit & praeſidia naturae & ſub-
ſidia reliquarum rerum, eo major eſt admiratio literarum tua-
rum, in quibus clariſſimum ingenii & induſtriae lumen elucet.
quae ſi te commemoratio laudis tuae non delectat, ea ſuper-
ſedere poſſum, non autem id ſentire, in quo omnes conſen-
tiunt, nullo (*e*) modo poſſum. illud certe & poſſum & debeo, *e*
tibi in amore non concedere, qui, niſi etiam omnium in te
colendo ſtudia ſuperarim, nihil profecto habeam, in quo me
tua

(*a*) Hoc eſt, ſi ab eadem polite ſcribendi ratione non receſſeris.

(*b*) Non poteris efficere, ut, qui recte de eloquentia atque elegantia judicare poſſunt, non praeclare de tua latine ſcribendi facultate & ſentiant & loquantur.

(*c*) Subaudiendum eſt *aſſequére*; hac ſententia: quod recte aliquando, ſed caſu, non arte ac ratione, feceris, idem non ſemper, quotieſque volueris, recte item facere poſſis. quum igitur non una, ſed multae atque adeo omnes tuae, quas ſcribis, epiſtolae praeclare perfecteque ſcribantur, caſu id factum eſſe non poteſt.

(*d*) *Praecipuae artis pictor equum, ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore induſtriae ſuae comprehenderat. cujus naribus ſpumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu fruſtra tenebatur. indignatione deinde accenſus ſpongiam, omnibus imbutam coloribus, forte juxta ſe poſitam, apprehendit, & eam, veluti corrupturus opus ſuum, tabulae illiſit. quam fortuna, ad ipſas equi nares directam, deſiderium pictoris coëgit explere. itaque, quod ars adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt*. Valerius Maximus lib. VIII. cap. 12.

(*e*) Immo mihi ſic potius dici videtur oportuiſſe: *non autem non id ſentire, in quo omnes conſentiunt, ullo modo poſſum*.

tua dignum benevolentia probem. Julius Pogianus (*f*), quam ei ſtudes imponere correctoris epiſtolarum tuarum perſonam, non agnoſcit. quare petit a te, nomen ut iſtud invidioſum removeas, officioſum illud uſurpes laudatoris, &, ſi poſſit, imitatoris tui. Vale.

(*f*) Haec hujus epiſtolae clauſula, iu qua ſic repeote oratio a prima, ut ajunt, perſona ad tertiam transfertur, cui non huc aliunde immigraſſe videatur? equidem Pogianum exiſtimo haec ipſa verba, non ut heic relinquerentur, ſcripſiſſe, ſed ut ea in amici epiſtolam, ad ſe corrigendi cauſa miſſam, ad eumque ſine ulla correctione remittendam, inde poſtea, tali ſuo in ejuſdem epiſtolae caice de illins elegantia, ſcriptoriſque praeſtantia adſcripto judicio ac teſtimonio, transferrentur.

CXXXII.

Jul. Pogianus Tiberio Capiteferreo. (*a*)

QUAE mihi tecum de tua latine ſcribendi facultate controverſia eſt, ea eſt ejuſmodi, ut, cum ipſe non agnoſcas, quam tibi tribuam eo in genere laudem, ego mendacii arguar a te, ab alio fortaſſe aſſentationis; niſi forte (*b*) utrunque tu ponis in meo crimine. eſt enim, quemadmodum quidem mihi videtur, in latebra epiſtolae tuae haec etiam in me occultata criminatio. ego igitur in te laudando mendax, &, ut leviſſime dicam, nimis blandus invenior? me ſtultum! qui, a quibus artificiis & natura, & aliquando (*c*) etiam ratione abhorruerim, nunc demum, quaſi me ipſe retexens, ad eadem illa confugiam, &, qui a potentioribus hominibus, vel maximis promiſſis praemiorum, nunquam a veritatis & officii reli-

(*a*) *Hieronymus de Capiteſerreo*, inquit Oldoinius in Ciacconii *de cardinalibus* opere, *romanus*, *Recanatis filius*, *natus eſt* x. *Kalendas julii anno ſal.*1502. *ſeu*, *ut vult Aubery*, *anno* 1504.... *Paulus* (III.) *in octava cardinalium ordinatione*, *anno* 1544. *die* 19.*decembris habita*, *diaconum cardinalem S. Georgii ad Velum aureum illum renunciavit* ... *Hieronymus hic noſter diem ſuum clauſit extremum Romae in conclavi*, *dum comitia pro novo eligendo pontifice haberentur*, *die Veneris Kal. octobris*, *ex monumentis vaticanis & Ciacconio*, *ex Petramellario vero*, *decembris*, *anno* 1559. *hora noctis decima*, *dum aetatis annum ageret ſeptimum ſupra quinquageſimum*, *ſepultus in templo S.Mariae de Pace*. Hujus Hieronymi Tiberium, ad quem haec ac conſequentes quinque Pogiani epiſtolae, ſive potius codicilli, ſunt, fratris filium fuiſſe, exiſtimo. fortaſſe etiam ad eumdem proxime ſuperior data eſt.

(*b*) *fortaſſe* exempl. Emendavi. non enim a bonis latinitatis auctoribus *fortaſſe* cum *ſi* aut *niſi* conjungitur. & certe aliud latinis eſt *forte*, aliud *fortaſſe*.

(*c*) Non *aliquanto etiam*, ſed *multo etiam magis*, aut aliquid hujuſmodi, videtur dicendum fuiſſe.

religione deduci potuerim (*d*), repente nunc mutata ſententia d
anteactam vitam meam nova hac turpique humilitate condemnem. ſed non agam aſtute. vide, quam a te diſſentiam de tua ſcribendi ratione. voluntatem & ſtudium ea in re tuum ſi laudem, ſim mei diſſimilis; ſcripta niſi laudem ita, ut, ſi aliquanto plus diligentiae in nonnullis examinandis adhibeas, te iis, quorum eſt aliquod in latine ſcribendo nomen, comparem, invidus vel malevolus eſſe videar. at iſti loquendi libertati praetendis (*e*) excuſationem monitorum meorum, qui te veritatis e
cultorem eſſe velim. cupio quidem certe, eum eſſe te, qui, *ſi alius ſis*, omnem & exiſtimationis & ſalutis tuae curam abjicias neceſſe ſit. ſed aliis in rebus, quae actiones & vitam tuam continent, eum te praeſtes, quem jactas, veracem oportet. nam, quod ad controverſiam noſtram attinet, mendacii crimen in te recidit: quod quam vim habeat ſi conſideraris, facile intelliges. ſed mecum, ut voles & ut ſoles; quicum velim diutius jocari poſſis; ut liceat, vereor (*f*). quod ego tua cau- f
ſa magis doleo, quam mea. nec me mei hujus inſtituti poenitet, majorem alterius interdum commodorum habuiſſe rationem, quam utilitatis meae. Deus mihi praeclaram gratiam referet. Vale. tu brevi habebis, quicum in hac ſcribendi exercitatione (*g*) te exerceas. Vale. g

CXXXIII.

(*d*) *potuerunt* exempl. Gratianus emendavit.

(*e*) *praebendis* exempl. Gratianus emendavit.

(*f*) In epiſtola, quae quinto poſt hanc loco ſequetur, leguntur illa: *Quare, ſi mihi evenerit, quod vereor ne accidat, ut a te locorum & temporum intervallo disjungar, minus moleſte feram. fruar enim abſens certiſſima ſpe veriſſimae gloriae tuae. ſin mihi facultas redeundi dabitur, perfruar aliquando praeſens ſumma laetitia ſolidae laudis ejus juvenis, quem cum ego omnibus quibuſcumque rebus poſſem, ornare ſtuduiſſem, ornavit ipſe & ſe, & praecepta ac monita mea, & me ipſum.* Quibus utriuſque epiſtolae locis inſtantem neſcio quem Pogiani ab urbe diſceſſum, & incertum ad eam reditum ſignificari, manifeſtum eſt. de urbe autem, immo & Italia, relinquenda actum cum Pogiano eſt ſummo ſtudio ac contentione a card. Othone Truchſeſio, auguſtanorum epiſcopo, per aeſtatem anni 1563. quo eodem tempore Pogianus ipſe de neapolitano potius ad card. Alphonſum Caraffam, illius civitatis archiepiſcopum, itinere, ut apud eum, valde id quidem cupientem, perpetuo eſſet, cogitabat. vide volumen III. pagg. 352. 398. 409. Itaque, ſi per illud ipſum tempus hi ad Capiteferreum codicilli ſcripti ſunt, non dubium eſt, quin a me, non in hoc primo volumine, ſed in illo tertio collocandi fuerint. ſed nunc ſerum eſt.

(*g*) Fortaſſe *ratione*, non *exercitatione* Pogianus ſcripſit, aut certe voluit ſcribere. quem autem ſignificet eum, quicum Capiteferreus exercendus eſſet, neſcio. ſed tamen quiddam de M. Antonio Mureto ſuſpicor: qui illa ipſa anni 1563. aeſtate redux ex Gallia in comitatu card. Hippolyti Ateſtii, pontificii legati, propediem Romam venturus exſpectabatur.

Digitized by Google

CXXXIII.

Jul. Pogianus Tiberio Capiteferreo.

QUam vellem, me ex ingenio meo ſpectares & ex officio chriſtiani hominis, non etiam fingeres ex occulta nonnullorum multiplicique natura! neque enim tibi ignotus eſſe debeo, cui totum me pateſeci. ſed, ſi talis tibi eſſem cognitus, qualem ſemper ſtudui ut praeberem, cujus apertum, ut dicitur, pectus videre potuiſti, de ejus animi ſententia non dubitares. at illud dare volui auribus tuis. te ne, an ut me fallerem? alterutrum enim, niſi utrunque fuit, neceſſe eſt, ſi ad voluntatem tuam ſum locutus. at, mihi crede, neutram in partem cauſa fuit, tibi cur aſſentarer. quod ſi etiam fuiſſet in alteram, nunquam tamen adduci potuiſſem, cujuſquam ut gratia mentirer. abeſt tam hoc a natura, a ratione, ab inſtitutis meis, quam oſtentatio ingenii, aut praedicatio de virtute mea (*a*). at amore in te ſum elatus, quod tibi tribui eloquentiae laudem. eſt iſtuc quidem veriſſimum, te a me, quam qui maxime, diligi. ſed tamen tanti is amor non fuiſſet, quo (*b*) vani aut certe blandi hominis perſonam ſuſciperem. reſtat, quemadmodum ſcribis, ut prudenter fecerim, quod tuam epiſtolam laudibus extulerim: praeclara enim ingenia ad virtutem maxime gloria incitantur. at, niſi res ipſa eſſet ejuſmodi, ut, niſi tibi ipſe defueris, te in eorum numerum venire poſſe confiderem, qui noſtra aetate hujus principatum facultatis tenent, non modo non tibi tantae laudi darem, quod ſcriberes, ſed jampridem etiam rationem de te commutaſſem meam. cave igitur exiſtimes, eam laudem prudentis cujuſdam fuiſſe conſilii, ut te videlicet falſi (*c*) praeconii illecebris in ſtudio latine ſcribendi retinerem: ſed, quod in ea exercitatione, homine libero digniſ-

(*a*) Eſt hujus codicilli in codice vaticano 3432. pag. 282. aliud exemplum: in quo aliter haec eadem, ac pluribus quidem verbis, leguntur ita: *abeſt tam hoc a natura, a ratione, ab inſtituto meo, quam illud, de quo me tibi ut purgarem, tantopere laborandum fuit. ſed me beatum, quod ad id attinet, cum* (ſic) *reliquo tempore, miſerum his quinque menſibus! at amore &c.*

(*b*) M. Brutus in epiſtola ad Ciceronem, quae eſt decimaſexta libri ſingularis epiſtolarum ipſius Ciceronis ad eumdem Brutum: *Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem.* Sed uſitatius *tanti* cum *ut*, quam cum *quo*, conjungitur. vide volumen IV. pag. 114.

(*c*) *falſi* exempl. *falſis his laudum illecebris &c* cod. vatic. Sed *falſas dici illecebras*, mendoſum mihi viſum eſt: quum *fallacia* quidem in *illecebris*, non vero *falſitas* eſſe poſſit; contra *falſum praeconium*, *falſae laudes* ſectum eſt.

digniſſima , verſari te cum ingenio & induſtria intelligo, propterea inflammatum cuperem etiam magis incendere . quam tu ſi mihi prudentiam videri vis , non repugno : ſin ob aliam cauſam me in eo prudentem appellas , ſcito , aeque me a falſis & laudibus & criminibus abhorrere . ſpero , te , confeſſione expiatum , divinam hoſtiam ſumpſiſſe ; cupio quidem certe . Vale .

CXXXIV.

Idem Eidem.

TU , mi Tiberi , vereris , ne quid in me peccaris ? aut , ſi quid etiam peccaris, ne ea re aliquid de mea in te voluntate remittatur ? non eſt hoc amoris erga te mei , non illud humanitatis tuae . ſed , ut aliquod erratum tuum fuerit (quod omnino negare non auſim , ne ſimul tibi cauſam ſcribendi ad me belliſſimam epiſtolam fuiſſe negem) , hanc certe debeo gratiam perturbationi illi , quae te propulit , ut eo progederere , quo niſi proceſſiſſes , neque ego tibi meae in te charitatis, neque *tu mihi* tui ingenii tantum ſpecimen dare potuiſſes . nec vero mihi antea fuit ignota ratio latine ſcribendi tua , qui tibi ex romana nobilitate in ea laude anteponerem neminem . ſed adhuc ex ea parte probabatur , quod , quae ab aliis communi italorum lingua ſcripta eſſent , tu latine redderes ſic , ut illi ipſi literarum ſcriptores , ſi eas legant epiſtolas , ſua a te cogitata ornata eſſe fateantur (*a*) neceſſe ſit . quod autem , ſi non majoris facultatis , maturioris certe prudentiae eſt , apte literis mandare poſſe te cogitationes tuas, neque tu antea confidebas , & ego ſperare magis, quam judicare poteram . ergo, quid poſſis , ſumma mea cum voluptate cognovi . ego vero , etſi te unice diligebam , tamen , quod nulla ejus generis exorta eſſet offenſio , quae ſummam amicitiam in diſcrimen poſſet adducere , ſingulari me in te ſtudio & amore eſſe mihi vix perſuaderem , niſi illo ipſo diſcrimine, tanquam aurum igne , ſic meam in te benevolentiam probatam viderem . gratulor igitur utrique noſtrum , quod in illo incommodo , ſi quod fuit , tantum communis commodi fuerit . Reliquum fortaſſe ſit, tibi ut ad eas laudes, quas mihi amanter magis , quam vere , tribuis, reſpondeam ; quibus ſi opponam conſuetudinem meam & veritatem ipſam, earum me nihil agnoſcere, huic certe loco ſatisfaciam . ſed, ſi haec

(*a*) *fatentur* exempl. Gratianus ex eo fecit *faterentur* . ego , neutri obſequutus , *fateantur* reponendum putavi .

haec Julii ſit, ut profecto eſt, oratio, certe non eſt ad Tiberium, id eſt ad juvenem, quo nihil mihi charius ſit in terris. quare ſcito, quae mihi cunque dantur a te, ut ea, quae ab eximia in me benevolentia proficiſcuntur, eſſe jucundiſſima. Quod attinet ad illam gratiam, quam te relaturum ſcribis, mihi jam tu eam cumulatiſſime retuliſti, cum ea ſcribis, quibus & te polite prudenterque ſcribere, & me a te vehementer amari intelligam. Vale.

CXXXV.

Jul. Pogianus Tiberio Capiteferreo.

EGO vero in te amando conſtans & eſſe & videri cupio; neque fere quicquam eſt, quod magis prae me tulerim. quinetiam, cum hujus in te amoris conſtantia & praedicatio mea quoſdam offenderet, partim amantiſſimos mei, partim non cupidiſſimos tui, cumque iidem illi mirarentur animi mei inductionem & voluntatem, eandem omnibus attuli cauſam, quam neſcio an omnibus probarim, me id facere merito tuo. illud ſcio, nonnullos, me a te alienare ſaepe conatos, ad extremum, cognita firmitate mea, de ſententia deſtitiſſe. ſed quid mirum eſt, *illis* ea in re nihil proceſſiſſe, cum ne tu quidem, qui, neſcio quo errore ductus, idem paene, quod illi, agere videbare, tibi me immutare potueris? quare non eſt, quod poſthac dubites de mea voluntate, in qua adhuc, & aliis permultis, & te ipſo repugnante, permanſi. multo minus ego in dubium venire poſſum de humanitate Tiberii mei, cujus refertum animum mihi ſemper videre viſus ſum non modo hujus officii, ſed virtutum omnium quaſi ſeminibus, ut, ſi quis, tanquam infelices herbas, quibus quodammodo oppreſſa illa ſemina non adoleſcerent, quandam tolleret conſuetudinem, uberrimam inde praeclariſſimarum rerum frugem non ita multo tempore perceptum iri, intelligerem. eam ut vim praeſtantium laudum, evulſis ſtirpibus incommodarum opinionum, elicerem, aliquid mihi laboris & moleſtiae ſubeundum putavi, praeſertim cum ſperarem, fore, ut ampliſſima illa tuae gloriae ſeges ad aliquem meum fructum redundaret. ſed nobis jam omnia faciliora erunt, vel facillima potius, Dei benignitate, cui & te reconciliatum eſſe mirabiliter laetor, &, ut vita & oratione ſatisfacias, te vehementer rogo. Vale.

CXXXVI.

Digitized by Google

CXXXVI.
Idem Eidem.

NUnquam ego pecuniam expetivi tuam; nunquam illud vulgare, quod poteſt eſſe mihi & aliis neſcio quibus commune, ſtudium patrocinii ac ſacerdotii tui; ſed religioſum, innocentem, laudatum a laudatis viris, a te ipſo excultum & ornatum, colligentem bonorum omnium benevolentiam, quicquid eſt optimarum artium addiſcentem, fidentem Deo, fretum virtute, gravitate, conſtantia, Roma vetere dignum, vigentem, florentem, charum piis omnibus videre te volui: vidi. quare, ſi mihi evenerit, quod vereor, ne accidat, ut a te locorum & temporum intervallo disjungar (*a*), minus moleſte feram. fruar enim abſens certiſſima ſpe veriſſimae gloriae tuae. ſin mihi facultas redeundi dabitur, perfruar aliquando praeſens ſumma laetitia ſolidae laudis ejus juvenis, quem cum ego omnibus quibuſcunque rebus poſſem ornare ſtuduiſſem, ornavit ipſe & ſe, & praecepta ac monita mea, & meipſum; ut a divino hoc adoleſcente animum, oculos, corpus denique meum nunquam adducar ut ullo modo removeam. illa erit vita, Tiberi, jucundiſſime fili, cum tu recordatione inſtitutorum & conſiliorum meorum, ego teſtimonio ſingularis virtutis & eloquentiae tuae beatam vitam agam.

(*a*) Vide epiſt. 132. pag. 223.

CXXXVII.
Idem Eidem.

MAle ſit controverſiis, male perdito illi; qui tibi iſtius morbi cauſam attulit. quid enim ſit, animo vacuo & valido corpore ſi eſſes, quod in hac latine ſcribendi laude non aſſequare? duo menſes ſunt, cum Ciceroni multam ſalutem dixiſti: & tamen eas ad me dediſti literas, quas, ne vivam, ſi quiſquam ex aequalibus tuis, ex iis inquam, qui nunquam ponunt de manibus Ciceronem, ſcribere queat. quo magis & te amo, & doleo tua cauſa. ſed mihi ſtat iſti ingenio, etiam ſi tibi tu deſis, non deeſſe, ne ſumma ſpes ſummae laudis intereat. erit igitur mecum tibi negotium, teque vel libente vel invito perficiam, ut Tiberio meo non ita multo tempore relatae veteris eloquentiae gloria tribuatur. ardeo & tui videndi,

& tecum de nonnullis agendi cupiditate . haec ex eadem illa opera N. (*a*) ex cujus literis tantam capio moleſtiam, quantam ex tuis voluptatem, quam ſingularem eſſe ſcito . totum hoc quid ſit neſcio . ſomnum certe capere me non poſſe ſperarim, niſi aliquid, ſi modo hoc aliquid eſt, ad te ſcripſero . Vale.

(*a*) Voluiſſe Pogianum, ſive Gratianum potius, ſub hac littera *N.* occultare nomen card. Othonis Truchſeſii, vix eſt dubitandum, ſi conjectura mea de tempore, quo hoſce ad Capiteferreum codicillos datos exiſtimem, vera eſt: quam ſupra ad epiſtolam 132. pag. 223. expoſui, ſive potius indicavi . De moleſtia autem, quam ex opera, illi cardinali in ſcribendis ejus nomine latinis litteris danda, Pogianus capiebat, audiendus eſt ipſe in epiſtola ad Franciſcum Davanzathium (quam habes in volumine II. pag. 184.) die 21. dec. an. 1560. Romae data . *Ego*, inquit, *ſuſceptum paulo ante ſcribendi laborem ſum perſecutus : in quo, praeter ineptias innumerabiles & ipſam barbariem, quae mihi devoranda eſt, opprimor negotii magnitudine . nam, qua is eſt ambitione, cui operam locavi meam, & ſexcentis literis neceſſe habeo reſpondere, & multos praeterea laceſſere epiſtolis* .

CXXXVIII.

N. N. N. N. (*a*)

IN omnibus meis ad eos cardinales literis, qui a Paulo IV. pontifice max. facti ſunt, me juſtiſſimam hanc tum illis tum ordini noſtro gratulandi cauſam habere intelligo, quod a pontifice ſint adornati, longe omnium, quos noſtra aetas viderit, optimo ac ſapientiſſimo ; cujus equidem tanti judicium facio, ut ne ipſi quidem honori ampliſſimo plus tribuam . itaque commu-

(*a*) Neque cujus nomine hanc epiſtolam Pogianus ſcripſerit, neque ad quem, neque quo tempore, aut noſter aut vaticanus codex oſtendit . ego cardinalis Dandinii nomine ad Joannem Bertrandum toloſanum, ſenonenſium archiepiſcopum, cardinalem recens a Paullo IV. idibus mart. an. 1557. creatum, ſcriptam reor . Dandinius quidem *bis*, ut eſt apud Oldoinium in ejus vita, *a Paulo III. in Galliam ad Franciſcum primo, deinde ad Henricum filium, Gallorum reges, internuncius, de pace acturus, miſſus eſt* . apud Franciſcum autem atque Henricum maxima floruiſſe gratia Bertrandum, idem Oldoinius eſt auctor . potuerunt eae Dandinii legationes occaſionem ei dare Bertrandi cognoſcendi, ſeſeque ad ejus familiaritatem applicandi, ex qua ſint illa in ſe ab eo profecta officia, quae in hiſce litteris ſignificantur, illis praeſertim verbis: *cum iſtic* (ſcil. in Gallia, & fortaſſe Lutetiae Pariſiorum) *fautor rerum fuiſti & adjutor mearum* . niſi haec me mea fefellit conjectura, recte hanc epiſtolam menſe martio anni 1557. fuiſſe datam exiſtimabimus . exſtant Jacobi Putei cardinalis litterae eodem anno prid. non. quint. ad hunc Joannem Bertrandum datae, quibus ei cardinaliciam dignitatem gratulatur . eae, cum reliquis epiſtolis a Latino Latinio, qui fuit a ſecretis Putei, ſcriptis, Romae primum typis impreſſae, prodierunt anno 1659. non, ut Oldoinius in Bertrandi vita ait, 1559.

muniter ad eos omnes hac ratione uti ſoleo, quibuſcum nihil mihi intercedit ejuſmodi, quamobrem aut laetitia ejus rei mea praecipua eſſe debeat, aut gratulandi officium ſingulare. in amplitudine vero tua ſolemni hac quaſi formula gratulationis contentus eſſe minime poſſum. nam egregia tua virtus, praeſtanſque doctrina & induſtria, regno iſti (*b*) maximo, atque adeo b
regi ipſi (*c*), regum ornatiſſimo, probatiſſima, ſumma praeterea c
humanitas, quam praeſenti mihi, ſtudium etiam, quod abſenti impertiviſti, cum iſtic fautor rerum fuiſti & adjutor mearum, plus a me in gratulando officii poſtulant, quam quantum aliis eo in genere fortaſſe detulerim. ſed profecto, pro mea eximia in te benevolentia & obſervantia, cujus te mihi conſcium eſſe ſpero, quod oratione non aſſequor, me tibi animo praeſtare, re etiam ſemper praeſtiturum, pro certo habebis. qua ſpe fretus, utar modo ea clauſula, qua poſſum. ego, in ſumma laetitia, qua affectus ſum ex amplificatione honoris tui, & tibi de praeſtantiſſimarum tuarum virtutum ornamento, & ipſi ſ cro collegio vehementer gratulor de nova hac décoris acceſſione, quam in tua amplitudine collegis tuis omnibus factam eſſe non dubito. Deum vero ac dominum noſtrum Jeſum Chriſtum precor, ut tibi iſtum honorem ex ejus voluntate, atque ex tua pietate & virtute, quandiu ipſe voles, adminiſtrare liceat.

(*b*) Galliarum. (*c*) Henrico II.

CXXXIX.

Hier. Card. Dandinius Sebaſtiano Regulo. (*a*) a

ITA mihi perſuaſeram, fore, ut nobis modo (*b*), quibus b
natura neceſſe eſt, de Anſelmi amore concederes, cura vero ac diligentia tuendi & erudiendi adoleſcentis & cupiditatem noſtram & tuum officium expleres. itaque ſtudium iſtud tuum & inſtitutum laudamus, deque eo tibi gratiam habemus. peti-

(*a*) De Sebaſtiano Regulo vide epiſtolam 112, pag. 168. Hujus curae atque inſtitutioni card. Dandinius, Romam ex Aemilia reverſus, Anſelmum, fratris filium, Bononiae commendarat.

(*b*) Hoc poſuerat in ſuis litteris Regulus, ſe, in Anſelmo amando, uni dumtaxat card. Dandinio, qui patruus illius eſſet, eumque propterea arctiore quadam, utpote naturali, caritate complecteretur, concedere, praeterea nemini.

petimus vero a te, ut, ſi quid unquam intelliges Anſelmo vel deeſſe, vel impedimento eſſe, quominus is eſſe poſſit, quem tua inſtitutione freti futurum confidimus, de eo nos vere facias certiores. Vale.

C X L.

a Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris filio. (*a*)

SI & praeceptorum meorum & conſuetudinis tuae meminiſti, ut ad religionem & innocentiam valetudinis ac ſtudiorum curam adjungas, ſcito, te, qui mihi chariſſimus es, multo etiam fore chariorem. neque vero dubito, quin intelligas, quam non modo ad officium tuum, ſed ad exiſtimationem quoque noſtram pertineat, retinentem eſſe te quadripartitae iſtius
b rationis (*b*): cujus tibi rei haud magnam laudem deberi, de me ſaepius audiviſti, niſi praeſentis tui ſtudium abſens aliquan-
c do tuerere (*c*); quod illud timoris & obſequii cujuſdam nonnunquam eſſe ſoleat, hoc amore virtutis & certo judicio fieri neceſſe ſit. quamobrem voles videri, te tam oculis meis, quam conſtantiae tuae, ſervire. illud certe velle debebis, ut, quod tua voluntate ſtudioſe facis, libentius etiam ac diligentius noſtra cauſa facias. qua in re multum te adjuvabit tum hortatu
d tum praeceptione ſua magiſter tuus (*d*), & doctus, &, ut ex tuis proximis literis cognovi, diligentiſſimus, & vir in primis bonus. non parum tibi praeterea ad id adjumenti afferet Sex-
e tini noſtri probitas, atque (*e*) ſpectata in te fides & benevolen-
f tia: quibus (*f*) tantum tribues & amoris & ſtudii, quantum utriuſque officium in te tum tuendo, tum excolendo, poſtulat. Tu de tota & vitae & ſtudiorum tuorum ratione ſeptimo quoque

(*a*) Harum ad Anſelmum Dandinium litterarum, cardinalis Hieronymi patrui nomine ſcribendarum, initium Pogianus fecit menſe ſive aprili ſive majo anni 1557. in ea enim epiſtola, quae ad eumdem Anſelmum die 16. aprilis anni 1558. data eſt, ita ſcriptum video: *Annua jam jam erit exercitatio latine ad nos ſcribendi tua.* exercere autem ſe in latine ſcribendo Anſelmus coepit ſtatim atque hanc primam latine ſcriptam a patruo accepit, qui ſic illi in ea praecipiebat: *Tu de tota & vitae & ſtudiorum tuorum ratione ſeptimo quoque die latine ad me ſcribas velim.*

(*b*) Scilicet religionis, virtutis; valetudinis, ſtudiorum.

(*c*) Hoc eſt, niſi idem in quadripartita illa ratione ſtudium, eamdemque diligentiam, quam, cum una eſſemus, adhibebas, tum quoque, cum abſens a me fuiſſes, olim retenturus eſſes.

(*d*) Sebaſtianus Regulus.

(*e*) Aberat ab exempl. vocula *atque*: quae mi[illegible]a eſt abeſſe non debuiſſe.

(*f*) Regulo, atque Sextino.

Digitized by Google

que die latine ad me ſcribas velim . in quo etſi non impedio quominus doctoris vulgari argumento interdum utaris (*g*) , *g* ſcripto tamen & ſermone tuo latino hoc literarum officium ſemper mihi cenſeo perſolvas . Tuae quoque tum pietatis tum charitatis fuerit minime committere, ut vel a parentibus , vel a Joanna ſorore tuae literae deſiderentur . Fulvium noſtrum fraterne, ut facis, ama; quem etiam, ac Regulum, doctorem tuum, meo nomine ſalutabis. Vale.

(*g*) Permittit, ut epiſtolarum, ad ſe ab Anſelmo mittendarum, argumenta, ab *Regulo* doctore vernacula lingua diſcipulo aliquando dictentur: verum; ut eadem, per Anſelmum in latinum converſa, ad ſe mittantur, praecipit.

C X L I.

Idem Eidem.

GRata mihi vehementer eſt memoria iſta tum virtutis tum ſalutis tuae, quam te, ut debes, tam diu conſervare exiſtimabo, quam diu is fueris, quem eſſe te & doctoris & tuae literae ſignificant: cujus, ut ſpero, officii partes vitae tuae tempore metiere. me vero ne abſentem putaris unquam, ſed omnibus & ſermonibus & actionibus tuis intereſſe. quare etiam, quemadmodum mihi ſi coram vitae & ſtudiorum rationes exponeres, verbis, credo, tuis uterere, ſic, cum mecum per literas quaſi colloquéris, iſtud officium ſcripto tuo, non dictato aut praeſcripto alieno, tibi faciendum cenſeo. *Condiſcipulos* iſtos, ſi latini ſermonis ratio habenda eſt, non (*a*) *ſocios*, inſtitutis tuis *accommodatos*, non *commodos*, nactum te eſſe, gau- *a* deo: quibus idem vere de te licere dicere, valde cupio. Vereor, ne brachiorum tuorum gracilitas & imbecillitas follis (*b*) *b* iſtius

(*a*) Videtur Anſelmus in ſuis ad patruum litteris ita ſcripſiſſe: *Socios meis inſtitutis commodos nactus ſum*. cui loco a Pogiano, patrui ipſius nomine, ita reſpondetur, ut duae illae voces *ſocios*, & *commodos* reprehendantur; pro quibus, ſi latine loquendi conſuetudinis ratio habenda eſſet, *condiſcipulos*, & *accommodatos* dicendum fuerat.

(*b*) *filis* exempl. Emendavi ex cod. vatic. *Follem* luſorium (italice *pallone*) omnes norunt, eumque non niſi validis lacertis expulſari proinde conſtat: ut mirandum ſit a Martiale libro XIV. epigr. 47. follem ita de ſe loquentem induci potuiſſe:

Ite procul, juvenes: mitis mihi convenit aetas.
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

Sed fortaſſe veterum romanorum *follis* non niſi ex agnina veſicula fuit, flatu oris intentus, pila paganica aliquanto amplior, & manu in pugnum contracta facile vel a pueris (quod noſtri etiam faciunt) excutiendus. at vero is, qui nunc in uſu frequentiore eſt, ex

iſtius pondus ferre non poſſit. quare in iſta etiam re, quam in relicuis adhibes, moderatione velim utare. Vale.

ex craſſiore multiplicique aluta confectus, humani capitis magnitudinem ferme ſuperans, vento, per aeream fiſtulam valide immiſſo, diſtentus; roboreo multarum librarum brachiali caeſtu propellitur.

C X L I I.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

PErge vero, Anſelme, ut facis, tenere inſtitutum tuum.
conſtabit enim mihi ſemper fructus iſtius otii, ſi litera-
rum, quas ad nos dederis, ſermonem tuum eſſe conſtiterit.
qua de re quid nobis placeat, ex tertia jam epiſtola cogno-
a ſces. literas modo tuaé (a) deſidero, elegantiam literarum
minime adhuc a te ego quidem. quinetiam tua, ut nunc
eſt, elaborata oratio fraudis habet ſuſpicionem. equidem fa-
cultatis iſtius tuae magnam ſpem pono partim in ingenio ac
ſtudio tuo, partim in eruditione ac diligentia doctoris. ſed
rei maturitas nondum venit. quamobrem ſcribes ad nos inter-
ea vel inanes literas, vel tribus verſiculis, vel quicquid in
b buccam venerit; dummodo ipſe ſcribas (b). cavebis vero ab
iſta loquendi formula, *in cauſa eſſe*, *ut*: pro ea reponas *cau-
c ſam*, vel *cauſae*, *eſſe* (c), *cur*. vitabis etiam non *ſtudia*, ſed *ordi-
naria*,

(a) Hoc eſt, tuo, ut ajunt, Marte ſcriptas, non a magiſtro aut ab alio totidem verbis dictatas.

(b) Idem dicit, quod ſupra dixit, cum ait *literas modo tuas deſidero*.

(c) Similiter atque Imperitus hic adoleſcens, peccarat olim vir quidam, aeque imperitus, verum ſua ac nonnullorum, ejus ſimilium, opinione, omnis latinitatis atque elegantiae valde peritus, in quodam ſuo ſatyrarum contra univerſam Societatem Jeſu famoſo libello, Veronae (corrige *Lucae*) anno 1744. edito: atque ita pag. 7. ſcripſerat *In cauſa fuit*, *ut litem inferremus iniquam*. cujus ego libelli quum non minus ignorantiam quam impudentiam cognoſci aliqua ex parte vellem, ſcripſi de ea tota re quamdam ad Joannem Vincentium Lucenſem epiſtolam, Tridenti deinde anno 1754. vulgatam; in qua verſiculi etiam illius mendam his verbis pag. 23. notavi: *Non* in cauſa eſſe, *ſed* cauſam, *aut* cauſae, eſſe *latine dicimus*; *neque tum particula* ut, *ſed* cur, quare, quamobrem, *adhibenda eſt*. Ille autem, contra atque ego volueram atque ſperaram, nihilo neque eruditior neque modeſtior factus, alterum libellum pari propemodum petulantia atque imperitia compoſuit, Romaeque anno 1756. typis barbiellinianis vulgavit hoc titulo: *Fr. Vincentii Mariae Dinellii, Cathedratici Caſanatenſis, Ord. Praed. ad Carolum Nocetium & Hier. Lagomarſinum Presbb. e Soc. Jeſu de grammatiſticis* (ſic) *quibuſdam tricis epiſtolae*. quo in libello pag. 79. poſtquam epi-

naria, & *quotidianis*, vel *ſolemnibus* contentus eris. illa prae-

 ter-

epiſtolae meae illa verba recitavit, quaſi non ego id ipſum, quod & Pogianus & quotquot latine vel olim ſciſſe, vel nunc ſcire exiſtimantur, improbarunt, reprehenderim, continuo ſic irridens atque inſultans exclamat: *O ſummum grammaticum, cui committat adoleſcentem, ſi quem forte in hoc diſciplinae genere recte inſtitutum velis. Quid? an Cicero* in cauſa ſunt *nuſquam dixit*? Tum, per Herculem jurans, mirari ſe dicit, me eorum, quae ſaepe in epiſtolis Ciceronis legerim, non meminiſſe. *Cicero namque*, inquit, *in prioris libri epiſtola* 1. *ad Familiares, aegre ſe ferre dicens, quod Lentulo ſatisfacere nequiret* „ Ego, *inquit*, quia non idem in tua cauſa efficio, vitam mihi eſſe acerbam puto. In cauſa haec ſunt. Ammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat &c. „ *Viden' ut Tullius cauſam, quamobrem non idem efficeret, Ammonium regis legatum fuiſſe affirmans &c.*, in cauſa haec ſunt *ſcripſerit*?

Ego vero, quod nuſquam in Tullio eſt, in Tullio *videre* non poſſum. unum quidem illud video, nihil a quoquam imperitius, quam hoc eſt a caſanatenſi cathedratico dictum, dici potuiſſe. ſed, quoniam idoneus non exiſtimor, cui imberbis *adoleſcens inſtitutionis latinae cauſa committatur*, barbatum hunc ego virum Paullo Manutio, *ſummo* ſine controverſia *grammatico*, inſtituendum in hac quidem re atque erudiendum committam. Sic igitur Manutius verba illa *in cauſa haec ſunt* in ſuo in epiſtolam illam libri primi primam commentario interpretatur: *Haec ſunt, quae tibi, quo in ſtatu cauſa ſit, ſignificare poſſint.* Idemque paullo ſupra, quid *cauſam tuam* Cicero dixerit, explicans, *Cauſa*, inquit, *& hic & aliis in locis pro ea ſumitur, quod ad aliquem proprie pertinet; ut paullo poſt in cauſa haec ſunt, id eſt* in curanda tibi reductione regis, *& infra* hac regia cauſa excepta, *& in extremo* nos in hac cauſa auctoritatem eo minorem habemus. *Differunt autem res & cauſa, &, ut arbitror, in eo differunt, quod res patet aliquanto latius quam* cauſa: *ut res totum negotium ſignificet*, cauſa *vero negotii partem illam, quae ad Lentulum pertinet, ut ſcilicet reſtitutio regis ad eum deferatur.*

Heus tu, caſanatenſis cathedratice, *viden'*, ut Manutius, *ſummus grammaticus*, verba illa *in cauſa haec ſunt* interpretatus fuerit? miraris ne adhuc, Herculem illum tuum teſtatus, me *eorum, quae ſaepe legerim in epiſtolis Ciceronis, non meminiſſe*? Eſt igitur in Ciceronis hoc loco *cauſa* non id, ex quo aliquid efficitur, ſed ſive *negotium*, ſive negotii, de quo tum Romae agebatur, *pars* illa, quae ad Lentulum pertinebat; totumque illud *in cauſa haec ſunt* hoc valet: *in hac re atque in hoc reducendi Alexandrini regis negotio haec inſunt: rei negotiique hujus ſtatus hic eſt: hujus rei atque negotii praecipua capita ac tamquam momenta haec ſunt.* atque haec quidem ipſa continuo enumerare incipit Cicero, pleraque certe negotii, ex ſua Lentulique ſententia conficiendi, conſilio ac rationi admodum incommoda (quale eſt illud primum de Ammonio, regis legato), nonnulla tamen Lentuli cupiditatem, ſuamque pro eo contentionem mirifice adjuvantia; cujuſmodi illa ſunt, quae non multo poſt ſequuntur: *cum in ſermone quotidiano, tum in ſenatu palam ſic egit* (Cn. Pompejus) *cauſam tuam, ut neque eloquentia majore quiſquam, neque gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit, cum ſumma teſtificatione tuorum in ſe officiorum, & amoris erga te ſui ... Hortenſii, & mea, & Luculli ſententia*

terea ſic a te dici velim *ne plura , ne longior ſim , ne ſim multus ,*

tia cedit religioni de exercitu (teneri enim res aliter non poteſt) , ſed ex illo ſenatus conſulto , quod te referente factum eſt , tibi decernit , ut regem re'ucas .

Jam , qui illa *in cauſa haec ſunt* hoc ſignificare vult , *cauſae , quamobrem mihi non liceat in re tua idem nunc efficere , quod in mea tu olim effeciſti , hae ſunt , quas deinceps enumerabo* , eumdem neceſſe eſt hoc etiam velle , Ciceronem inter cauſas , propter quas Lentuli negotium confici a ſe ex utriuſque ſententia ac voluntate non poſſet , illas etiam recenſuiſſe . & quod Cn. Pompejus Lentulo ejuſque cauſae incredibiliter faveret , & quod Hortenſius , Lucullus , atque ipſe adeo Cicero regis illam reductionem , in qua Lentoli tota cauſa continebatur , eidem Lentulo ſua ſententia decernerent . quod quidem velle , nihil aliud eſt , quam ſtultitiae ſuae , plane , atque etiam *hercle , admirandae* , participem Ciceronem facere velle .

Caeterum , ſi quis non Ciceronis , neque cujuſquam ex optimae latinitatis auctoribus exempla requirat , ſed cujuſvis , modo latini , ſcriptoris auctoritate contentus ſit , huic ego tamquam homerico cuidam Glauco , non pluris χρύσεων , quam χάλκεων facienti , C. Plinium Caecilium Secundum loquotionis illius *in cauſa eſſe* pro *cauſam* , ſive *cauſae , eſſe* , auctorem , quem inepte atque adeo non latine loquutunus ſequatur , dabo . *Nec difficultas* (inquit lib. VI. epiſt. 10. aldinae edit. an. 1508.) *operis in cauſa , modici ac potius exigui , ſed inertia ejus , cui cura mandata eſt* . iterumque libro X. epiſt. 21. *Hoc* , inquit , *in cauſa fuit , quo minus ſtatim revocandos putarim* . Haec Plinius , neque tamen non veriſſime a me dictum exiſtimo , qui e noſtris ſimiliter loqueretur , eum *non latine* loquutusum . Quid igitur ? dicet aliquis : ita loqui , quemadmodum latinus auctor loquutus eſt , non erit loqui latine ? ſane non erit , niſi idem latinus auctor ita loquutus fuerit , quemadmodum ii , quos bonos latinitatis auctores fuiſſe conſtat , loquuti ſunt . hoc quam vim habeat , controverſia quadam , quae fuit olim Ciceroni cum T. Pomponio Attico , in medium allata , ſatis intelligetur . quum enim Cicero in quibuſdam ſuis ad eum litteris ita ſcripſiſſet *in Piraeea cum exiſſem* , quumque Atticus particulam illam *in* , oppidi praepoſitam nomini , improbaſſet , Cicero cauſam ſuam in ea ad ipſum Atticum epiſtola , quae libri ſeptimi tertia eſt , egit his verbis : *Venio nunc ad* Piraeea : *in quo magis reprehendendus ſum , quod homo romanus* Piraeea *ſcripſerim , non* Piraeeum (*ſic enim omnes noſtri loquuti ſunt*) , *quam quod* in *addiderim . non enim hoc ut oppido praepoſui , ſed ut loco . . . ſequutuſque ſum , non dico Caecilium* „ Mane ut ex portu in Piraeeum „ (*malus enim auctor latinitatis eſt*) , *ſed Terentium , cujus fabellae , propter elegantiam ſermonis , putabantur a C. Laelio ſcribi* „ Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeum „ . *&c.* Fatetur Cicero , jure ſe reprehendi potuiſſe , quod homo romanus , hoc eſt latinus ſcriptor , *Piraeea* , quod nemo latinorum umquam dixerat , non *Piraeeum* , quemadmodum latini omnes ſemper loquuti fuerant , ſcripſiſſet . non igitur , aliquid non latinum ſibi , latine ſcribenti , excidiſſe , idem etiam confitetur ? & mirabimur , Plinio , homini novocomenſi , quique lingua latina ſeneſcente ac propemodum occidente vixit , tale aliquid excidere potuiſſe ? Praeterea , duos latinos auctores Cicero quum haberet , quibus illud *in* , praepoſitum *Piraeeo* , tueri poſſet , Caecilium atque Terentium , *non Caecilium* , inquit , *ſed Terentium ſequutus ſum* . Cur non etiam Caecilium ? quia *malus* , inquit , *auctor*

tus, ne longius faciam, & ejuſmodi: quae pluribus verbis incul-

ctor latinitatis eſt Caecilius. ergo inerant in Caecilio, latino ſcriptore, quaedam, quae latina non eſſent, quaeque propterea ſiquis alius, latine ſcribens, uſurpaſſet, latine non loqueretur. nam, ſi nihil non latinum in eo repertum eſſet, non *malus*, ſed bonus atque adeo optimus maximeque idoneus *auctor* fuiſſet ad eorum omnium, quae quis ab eo ſumſiſſet, latinitatem demonſtrandam.

Eodem pertinent, idemque conficiunt (hoc ſcilicet, in latinis ſcriptoribus, hoc eſt iis, qui, latina lingua dominante ac vigente atque etiam florente, ſcripſerunt, quaedam non latina ineſſe poſſe) tum praecepta latinis oratoribus de latine loquendo a Cicerone in oratoriis tam multis libris tradita, tum laudes latinis hominibus, qui latine loquerentur, ab eodem tributae. nam neque praecipiuntur neque laudantur ea, quae fieri non niſi uno modo poſſunt. Placet Ciceronis ipſos illos locos afferre, ne qua dubitatio in re, nondum ſatis omnibus perſpecta, relinquatur. *Nam, quoniam eloquentia conſtat ex verbis & ſententiis, perficiendum eſt, ut pure & emendate loquentes*, *quod eſt* latine, *praeterea & propriorum & translatorum elegantiam perſequamur* (in libello de optimo genere oratorum cap.4.). *Sermo purus erit &* latinus: *dilucide planeque dicetur: quid deceat, circumſpicietur* (in Oratore cap.79.). *Audierunt etiam, quae de orationis ipſius ornamentis traderentur: in quo praecipitur primum, ut pure &* latine loquamur, *deinde ut plane & dilucide, tum ut ornate* (lib. 1. de orat. cap. 144.). *Quid jucundius auribus noſtris umquam accidit hujus oratione Catuli? quae eſt pura ſic, ut* latine loqui *paene ſolus videatur* (lib.III. de orat. cap.29.). *Qui nam igitur dicendi eſt modus melior ..., quam ut* latine, *ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus?* (ibid. cap.37.). *Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui neſciat; nec ſperare, qui* latine non poſſit, *hunc ornate eſſe dicturum* (ib.cap.38.). *Quorum* (veterum oratorum ac poëtarum) *ſermone aſſuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt* loqui niſi latine. *neque tamen &c* (ib. cap.39.). *Iiſdem temporibus L.Furius Philus perbene* latine loqui *putabatur, litteratiuſque quam caeteri* (in libro de claris oratoribus cap.108.). *Nam de T. Flaminino, quem ipſe vidi, nihil accepi, niſi* latine *diligenter* loquutum. *iis adjuncti &c* (ib.cap.109.). *P. Scipio ... non multum ille quidem nec ſaepe dicebat, ſed &* latine loquendo *cuivis erat par, & omnes ſale facetiiſque ſuperabat* (ib.cap.128.). *Multae litterae* (in Q.Catulo) ... *incorrupta quaedam* latini ſermonis integritas: *quae &c* (ib. cap.132.). *M. Aurelius Scaurus non ſaepe dicebat, ſed polite.* latine *vero in primis eſt eleganter* loquutus. *quae laus eadem in A. Albino bene loquendi fuit* (ib. cap.135.). *Nam ipſum* latine loqui *eſt illud quidem, ut paullo ante dixi, in magna laude ponendum: ſed non tam ſua ſponte, quam quod eſt a* pleriſque neglectum. *non enim tam praeclarum eſt* ſcire latine, *quam turpe* neſcire; *neque tam id mihi oratoris boni, quam civis romani proprium videtur* (ib.cap.140.). *Erat* (in L.Craſſo) *ſumma gravitas* ... latine loquendi *accurata & ſine moleſtia diligens elegantia* (ib. cap.143.). *Eodem tempore M.Herennius in mediocribus oratoribus* latine *& diligenter* loquentibus, *numeratus eſt* (ib. cap. 166.). *Tum Brutus. Quid tu igitur, inquit, tribuis iſtis externis quaſi oratoribus? Quid cenſes, inquam, niſi idem, quod urbanis, praeter unum, quod non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio? & Brutus. Qui eſt, inquit, iſte tandem urbanitatis color?*

cas ; neque ſatis latinis . quae te *percepiſſe* ſcribis *a magiſtro*, perfe-

Neſcio, inquam : tantum eſſe quemdam, ſcio. id tu, Brute, jam intelliges, cum in Galliam (ciſalpinam ; in qua novocomenſis urbs, Plinii noſtri patria, fuit) *veneris. audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae* (qualia multa in eodem Plinio leguntur : inter quae ipſum illud *In cauſa eſſe* recenſendum eſt): *ſed haec mutari dediſcique* (idque *latine loqui* volentibus omnino faciendum eſt) *poſſunt. Illud eſt majus, quod in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat urbanius* (ib. cap.170.& 171.). *Erant tamen, quibus videretur illius aetatis tertius Curio, quia ſplendidioribus fortaſſe verbis utebatur, & quia* latine non peſſime loquebatur, *uſu, credo, aliquo domeſtico* (ib. cap.210.). *L. Siſenna, doctus vir, & ſtudiis optimis deditus*, bene latine loquens, *gnarus reip. non ſine facetiis* (ib. cap.228.). *In hujus* (M. Craſſi) *oratione* ſermo latinus erat, *verba non abjecta, res compoſitae diligenter* (ib. cap 233.). *Sed perge, Pomponi, de Caeſare, & redde, quae reſtant. Solum quidem, inquit ille, & quaſi fundamentum oratoris vides*, loquutionem emendatam & latinam ; *cujus penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiae, ſed quaſi bonae conſuetudinis. mitto C.Laelium, P. Scipionem. aetatis illius iſta fuit laus, tamquam innocentiae, ſic* latine loquendi ; *nec omnium tamen* (O! hominum, qui nunc vivunt, pravum de lingua latina corruptumque judicium ! in illa ipſa aetate, cujus laus illa fuit *latine loquendi*, non omnes, qui tum vivebant, *latine loqui* ſunt exiſtimati : & fortaſſe illi ipſi, qui *latine loqui* exiſtimati ſunt, non ſemper, niſi ſummam curam diligentiamque adhibuiſſent, *latine loquuti* ſunt. ut enim Caecilius atque Pacuvius, quos *non latine* loquutos conſtat, latina tamen plurima, & certe pleraque, dixerunt, ſic contra Laelio atque Scipioni, *latine loquentibus*, aliqua aliquando *non latina* minus attentis excidere potuerunt : quod M. Terentio Varroni, ipſique adeo M.Tullio Ciceroni contigiſſe, non ignoramus. nunc vero omnia promiſcue, quae in aliquo, modo latino, ſcriptore reperiantur, etiamſi ab illa integra incorruptaque aetate multis ſaeculis is ſcriptor abfuerit, pro *latinis* habentur ; quique ita loquuntur, *latine loqui*, tamquam optimis uſi latinitatis auctoribus, exiſtimantur). *nam illorum aequales, Caecilium & Pacuvium*, male loquutos *videmus. ſed omnes tum fere, qui neque extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, recte loquebantur. ſed hanc certe rem* (recte loquendi) *deteriorem vetuſtas fecit & Romae, & in Graecia. confluxerunt enim & Athenas & in hanc urbem multi* inquinate loquentes *ex diverſis locis. quo magis* expurgandus eſt ſermo, *& adhibenda, tamquam obruſſa, ratio, quae mutari non poteſt ; nec utendum praviſſima conſuetudinis regula* (ib. cap.258.). *L. Domitius, nulla ille quidem arte, ſed* latine *tamen & multa cum libertate dicebat* (ib. cap.267.). Similem *latine dicendi* laudem vel ab ipſo Plinio duobus aetatis ſuae latinis oratoribus, Fuſco Salinatori, & Tummidio (al. *Ummidio*, al. *Numidio*, al. *Vinidio*) Quadrato, tributam reperies in epiſtola libri ſexti undecima. *Mira*, inquit, *utrique probitas, conſtantia ſalva, decorus habitus*, os latinum, *vox virilis, tenax memoria, magnum ingenium*. Quid eſt *os latinum*, niſi *latina dictio* ſive *oratio* ? quae quidem ſi latini oratoris laus eſt, neque tamen latini omnes oratores eodem nomine laudati ſunt, neceſſe eſt, aliquos eorum ejuſmodi *latino ore* caruiſſe, neque propterea *dixiſſe latine*. Non igitur errant ii, qui, quaecumque *latinus* aliquis auctor aliquando *dixerit*, eadem continuo, nihil praeterea ex-

perfectionem quandam cognitionis ſignificant . quare modeſtius cenſeo loquare (*d*) & verius . Vale . d

CXLIII.

expiſcati , atque admodum ſecuri , *latine* a ſe *dici* putant poſſe ?

Quaeret heic fortaſſe aliquis : qua igitur ratione , quave nota *latinae* dictiones a *non latinis* in latinis auctoribus internoſcentur ?

Judicio , inquam , ſenſuque quodam ac veluti guſtatu , qui in animis non ſane multorum ineſt , quemque percipi quidem ajunt , poſſe doceri negant . in quo grammaticos illos veteres praeſtitiſſe , auctor eſt Quintilianus libro I. *Inſtit. orat.* cap. 5. *Quo quidem*, inquit , *judicio ita ſevere ſunt uſi veteres grammatici , ut non verſus modo cenſoria quadam virgula notare , & libros , qui falſo viderentur inſcripti , tamquam ſubdiicios, ſummovere familia permiſerint ſibi , ſed auctores alios in ordinem redegerint , alios omnino exemerint numero .* Sed tamen , ſi quis fuerit in optimorum latinorum lectione diu multumque verſatus , aureſque incorrupto illorum ac recto ſermoni , tamquam tibiis quibuſdam modulate canentibus , aſſuefecerit , non ita difficulter ſimili judicio quidquid in non optimis diſcreparit ac tamquam abſurdum atque abſonum recinuerit, animadvertet . idque in Plauti verſibus Servium , & in Ciceronis dictis dignoſcendis Caeſarem conſequutos fuiſſe , Cicero ipſe ad Papirium Paetum libro IX. epiſt. 16. ſcribit his verbis : *Sed tamen ipſe Caeſar habet peracre judicium : & , ut Servius , frater tuus , quem litteratiſſimum fuiſſe judico , facile diceret* „ hic verſus Plauti non eſt , hic eſt „ *quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum , & conſuetudine legendi : ſic audio , Caeſarem , cum volumina jam confecerit* ἀποφθεγμάτων , *ſi quod afferatur ad eum pro meo , quod meum non ſit , rejicere ſolere .* Qui vero non aeque *tritas* optimorum ſcriptorum lectione , neque tam doctas atque eruditas *aures* habent , illud ſaltem tenere atque obſervare debent , ut , ſi quid nove in non novis rebus a quoquam , qui non ſit ex illo optimorum numero , dictum animadverterint , ſuſpectum id habeant , ab eoque , ne forte *non latine* loquantur , abſtineant .

(*d*) *Loquare* pro *loquaris* , atque ejuſdemmodi multa alia admodum uſitate dici , notiſſimum eſt . at *fállere* pro *fálleris* non item uſitate dici , ſunt qui neſciant .

Ecce iterum Criſpinus . & eſt mihi
ſaepe vocandus
Ad partes .

Anno 1753. prodierat Romae libellus quidam hoc titulo : *Fr. Vincentii Mariae Dinelllii Cathedratici Caſanatenſis Ord. Praed. ad Carolum Nocetium Soc. Jeſu Theologum . . . epiſtolae .* quo in libello ita pag. 47. cathedraticus caſanatenſis ſcripſerat : *His tu quidem ſatis defenſum eſſe Sanchesium . . . arbitrare ; ſed vehementer fallere .* Offenſus hoc *fallere* Joannes Vincentius Lucenſis , familiaris meus , idque minime latine dictum exiſtimans , de eo num idem ſentirem , per litteras ex me quaeſivit . cui ego ea epiſtola , quam Tridenti deinde vulgatam an. 1754. ſupra dixi , reſpondens , ſententiam meam paucis his verbis aperui : *Si diceres* , non uſitate *dici* fállere *pro* fálleris , *aſſentirer . quod autem* latine *dici negas , non poſſum non diſſentire . . . Certe* latine *ſcribebat ad Ciceronem Lucceius , cum illa ſcribebat libro V. ad Famil. epiſt. 14.* Doleo , quia doles & ángere . *Si , pro* ángeris , latine *dixit* ángere *Lucceius , cur non* fállere , *pro* fálleris , latine *poſſit dicere Dinellius ?* Num potui ſtudioſius majorive diligentia ac fide difficilem ac prope deſperatam Dinellii cauſam contra familiarem meum agere , quam egi ? unum illud , quod in omni

omni antiquitate ſimile exemplum reperiebam, protuli. *latine* dici, quod a bono quidem hiſtorico, at non item bono latinitatis auctore, dictum fuerat, propemodum contra quam ipſe ſentirem, Dinellio gratificaturus affirmavi. quid ille? num tanto officio meo captus aut delinitus eſt? num aliquam mihi gratiam ſi non retulit, at ſaltem habuit? num denique a probris & contumeliis, in me congerendis, ac maledictis abſtinuit? *Quis*, inquit in illa eadem epiſtola anno 1756. Romae edita, de qua in proxima adnotatione dixi, pag. 115. *tam eſt ineptus, qui cum a Lucceja* angere *pro* angeris, *a Terentio vero* comminiſcere *pro* comminiſceris, *&* arbitrare *pro* arbitraris, *& apud Plautum* rere *pro* reris, *& rurſum* loquere *pro* loqueris, *&* utere *pro* uteris *uſurpari videat, minus eam eſſe ſcribendi rationem uſitatam defendere? ſed tempus me deficeret, ſi omnia hac de re veterum ſcriptorum latinorum loca non deſcribere dicam, ſed recenſere numerando vellem. non eſt autem neceſſe, ut ſim in apertiſſimis rebus longior. hoc dicam: tam eſſe iſtum* (me autem ſignificat), *qui ſe grammaticum videri velit, inſcientem, atque ignarum praeceptorum grammaticorum, ut &c.*

Atqui ego *praeceptorum grammaticorum inſciens atque ignarus* illud ex caſanatenſi cathedratico quaero, *ſciens*ne ipſe ac *gnarus* grammatices elementorum ſit, quorum vel ipſi pueruli, qui ad ſcholas itant, neque *inſcientes* neque *ignari* ſunt? didiceritne, alia eſſe verba, quae *deponentia*, alia, quae *paſſiva* grammatici vocant, neque omnia, quae unis accidunt, alteris item neceſſario accidere? ſi neſcire ſe, dixerit, non mirabor, neque quidquam praeterea ex eo quaeram. ſi ſcire affirmarit, rurſus quaeram, cur, quum ego negarim, *fállere* pro *fálleris* (quae verbi paſſivi ſecunda praeſentis temporis perſona eſt) *uſitate* dici, ipſe, contradicturus mihi, non niſi deponentium exempla, praeter unum illud, ex Lucejo, quod ego jam ante protuleram, depromtum, attulerit, *comminiſcere* pro *comminiſceris*, *rere* pro *reris*, *loquere* pro *loqueris*, *utere* pro *uteris*? an eamdem paſſivorum ac deponentium in ejuſmodi perſona rationem eſſe arbitratus? Falleris, o *praeceptorum grammaticorum ſciens ac gnare*, ſi ita arbitrare. ac vides tu quidem, me modo a *fallere* pro *falleris* refugiſſe, ab *arbitrare* pro *arbitraris* non item. illud enim inuſitatum, hoc non inuſitatum duco, ſemperque duxi. quod ipſum videre planeque perſpicere jam tum debueras (in quo ſtuporem hominis cathedratici, admodum illum quidem *uſitatum*, omnes videre planeque perſpicere potuerunt), cum, ſcribente te ad Nocetium illa ipſa *bis tu quidem ſatis defenſum eſſe Sanchesium... arbitrare, ſed vehementer fallere*, nullam tibi neque ab Joanne Vincentio meo, neque a me de *arbitrare*, ſed de uno *fallere* litem fuiſſe intentam, videbas. ſi enim utrumque ſive non latinum, quemadmodum Joannes Vincentius exiſtimabat, ſive non uſitatum, ut ego ſentiebam, dixiſſemus, adeone nos quoque ſtupidos futuros fuiſſe exiſtimas, ut non utrumque, uno eodemque loco a te conjunctum, una eademque opera reprehenderemus? cur igitur ex reprehenſione unius dumtaxat *fallere* illa noſtra, non aliquod inter ipſum *fallere* atque *arbitrare* diſcrimen intereſſe didiciſti? aut, ſi tibi aliter videbatur, cur non potius levitatem noſtram atque adeo injuſtitiam manifeſtam coarguiſti, qui, in pari duorum verborum, quemadmodum quidem exiſtimare nos tibi videbamur, peccato, alterum abſolveremus, alterum condemnaremus? cur tu, mihi ut oſtenderes, *uſitate* (quod ego negaram) dici *fállere* pro *fálleris*, cur, inquam, ex Terentio, praeter *comminiſcere* pro *comminiſceris*, etiam *arbitrare*

trare (quod *uſitate* dici non negaram) pro *arbitraris* attuliſti ? nempe, *praeceptorum grammaticorum ſcientiſſimus atque gnariſſimus*, deponentia a paſſivis verba diſtingui neſciiſti.

Hoc igitur ego tum dixi, idemque nunc dico, dicamque ſemper, te multum, tamquam ſi de caſanatenſi cathedra tibi adimenda ageretur, invito ac repugnante, *fállere* pro *fálleris*, *uſitate* non dici. cur ? accipe: & aliquid, *praeceptorum grammaticorum ſcientiſſime atque gnariſſime*, ab eorumdem *inſciente atque ignaro* diſcere ne dedignare. quia paſſivorum verborum, quale eſt *fallor*, ſecundae praeſentis temporis in indicativo modo perſonae *uſitate* non in *re*, ſed in *ris* exeunt: *paſſivorum*, inquam, non deponentium; rurſuſque *praeſentis temporis*, non imperfecti aut futuri; denique *in indicativo modo*, non in optativo aut conjunctivo. Una reprehendendi, quod dixi, meique refellendi ratio eſt, aliquot ex bonis latinitatis auctoribus, neque ex uno aliquo, ſed ex pluribus, locos proferre, in quibus ejuſmodi ſecundae paſſivorum perſonae, iis, quae dixi, temporibus & modis affectae, ſimiliter ac *fállere* terminatae deprehendantur. colligere autem atque oſtentare, mihique objicere *comminiſcere*, *arbitrare*, *rere*, *lóquere*, *útere*, aliaque ejuſdem generis quamvis multa, non eſt mea dicta coarguere, ſed ignorantiam atque ſtultitiam ſuam prodere. at vero illos, quos dixi, me refellentes locos proferre, uſque adeo difficile atque arduum eſſe opus exiſtimo, ut, qui eos inquirere, mei refellendi cauſa, in animum induxerint, ante defatigandi ſint, quam totidem, quot neceſſe eſt, ut aliquid *uſitatum* dicatur, offendant.

Atqui ego, ille *praeceptorum grammaticorum inſciens atque ignarus*, memini, me in omnibus, quos umquam legerim, grammaticae artis magiſtris ita legiſſe praeceptum: *amor*, *amaris*, *vel amare*: *doceor*, *doceris*, *vel docere*: *legor*, *légeris*, *vel légere*: *audior*, *audiris*, *vel audire*. Mirandum ſane eſt, non hanc tantam graviſſimorum hominum auctoritatem, ac tamquam fortiſſimorum bellatorum exercitum, potius, quam infirmam illam & debilitatam atque intermortuam Deponentium manum meae Joanniſque Vincentii ſententiae ac tamquam caſtris, praeceptorum *grammaticorum ſcientiſſimum atque gnariſſimum* cathedraticum objeciſſe. ſed profecto ille tam validum ſibi ſuaeque cauſae paratum praeſidium neſciit. ego & ſcivi, & nihil roboris habiturum contra me meamque cauſam praeſcii. neque enim grammaticorum praecepta, ſed latinorum exempla in hujuſmodi controverſiis ac certaminibus pollent. *amaris* vel *amare*, *doceris* vel *docere*, *légeris* vel *légere*, *audiris* vel *audire*, grammatici promiſcue dici poſſe, confirmant. ego, qui non niſi *amaris*, *doceris*, *legeris*, *audiris* dici a latinis ferme videam, *amare*, *docere*, *legere*, *audire*, dici *non uſitate*, contendo. num contentionem hanc meam grammaticorum contraria illa affirmatio ulla ex parte debilitat ? non ego id dico, quod, niſi eo ipſo, quem nego, latinorum *uſu* demonſtando, frequentique talium verborum *uſurpatione* indicanda, infirmari non poteſt ? latinos iis *ſaepe uſos* oſtendant: *uſitata* dicam. id niſi fecerint, ſi *uſitata* dixero, mentiar. equidem grammaticorum auctoritatem magni facio, ſemperque feci, neque tamen pluris, quam eam fieri a nobis ipſi volunt. volunt autem, aut certe velle debent, ſibi ut eatenus credamus, quoad ea, quae praecipiunt, bonorum latinorum auctoritate exempliſque nitantur. neque enim ſe latini ſermonis conditores, at tantummodo animadverſores atque enarratores profitentur, nec niſi ex illorum diligenti obſervatione praecepta ipſi ſua ſibi nobiſque conſtituunt. qui igitur velle poſſunt, ut, quod mihi in *uſu* eſſe apud latinos, latinorum aut afferendis aut indicandis locis, non oſtendunt, *uſitatum* dicam ? Lucceius quidem non modo *ángere* pro *ángeris*, ſed

Digitized by Google

ſed etiam *delectare* pro *delectaris*, idque bis, in eadem illa ad Ciceronem epiſtola uſurpavit. num propterea, *uſitate* eum loquutum, poſſum dicere? non plus profecto, quam ſi, quod ſemel in ipſo principio poſuit *te requiſivi ſaepius ut viderem*, iterum poſuiſſet; aut illud paullu infra *cum ſcribas & aliquid agas eorum, quorum* (pro *quae*) *conſueſti*, ſaepius iteraſſet; aut denique, ut alia omittam, quae in hominem ſtudioſius inquirens recenſere poſſem, ſi omnia tam inſuaviter dixiſſet, quam illa *non poſſum te non, ſi concedis quod ſentio ut liberius dicamus, accuſare*, cujus loci inſolentia Paullus quoque Manutius offenſus, *Alterum*, inquit, NON, *quod refertur ad verbum* accuſare, *paullo videtur durius*. tum ſubdit vere atque ſapienter: *Verum in antiquorum ſcriptis, unde haurimus ubertatem latinae linguae, excuſanda omnia, non omnia tamen imitanda*. Non igitur Lucceji hic, a Manutio notatus, reliquique, a me proxime indicati, loci argumento ſunt, *uſitata* eſſe ea, quibus ipſe in loquendo uſus eſt, ſed hoc potius declarant, minime *uſitate* eſſe eum loquutum, atque alterum ac prope geminum Siſennam fuiſſe, de quo T. Pomponius Atticus apud Ciceronem in libro *de claris oratoribus* cap. 259. *Siſenna*, inquit, *quaſi emendator* ſermonis uſitati *cum eſſe vellet, ne a C. Ruſio quidem accuſatore deterreri potuit, quo minus* inuſitatis verbis *uteretur*. *Quidnam iſtuc eſt? inquit Brutus: aut quis eſt iſte C. Ruſius? Et ille, Fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chrilium, Siſenna defendens dixit, quaedam ejus* ſputatilica *eſſe crimina*. *tum Ruſius* „ *Circumvenior, inquit, judices, niſi ſubveniris. Siſenna, quid dicas, neſcio: metuo inſidias*. ſputatilica! *quid eſt hoc?* ſputa *quid ſit, ſcio*; tilica, *neſcio* „. *Maximi riſus*. *Sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat eſſe* inuſitate *loqui*. Tam multa Ciceronis ſcriptorum volumina habemus, ut nullius ex antiquis latinis totidem habeamus: Lucceji autem nihil, praeter puſillam unam epiſtolam, exſtat. quid cauſae dicemus eſſe, cur in tot voluminibus nuſquam Cicero eas loquutiones, quae paucis in verſiculis a Lucceio ſunt uſurpatae, a nobiſque paullo ante animadverſae, adhibuerit, niſi quod vulgo inuſitatae haberentur & eſſent? ac ſemel quidem Ciceroni uſuvenit, ut, in ea ipſa, qua Lucceio reſpondit, epiſtola, verbi, non paſſivi quidem, ſed deponentis, ſecunda illa perſona uſurpanda ei fuerit. cum toties ejus auribus illae in *re* terminationes a Lucceio fuiſſent *inculcatae*, ut numquam aliter ejuſmodi perſonae elatas ab ipſo fuerint, num ille ab uſitato in *ris* exitu ſibi abſtinendum putavit? *neque ob eam*, inquit, *unam cauſam, quam tu ſuſpicaris*. Lucceius ſemel *augere*, iterum *delectare*, tertio rurſus *delectare* ſcripſerat. Cicero ne in deponenti quidem verbo ſemel ita ſcribere ſuſtinuit; ſcripſit *ſuſpicaris*: nos, quorum uſum Cicero conſtanter repudiavit, eane *uſitata* dicemus, quod iis *uſitati ſermonis* neſcio quis *emendator*, quique *recte loqui* putarit eſſe *inuſitate loqui*, uſus fuerit? nos vero non dicemus: ſed caſanatenſem cathedraticum id dicere ſinemus, eumque etiam *ſputatilice*, quantum voluerit, loqui, aequo animo patiemur.

CXLIII.

Digitized by Google

CXLIII.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

ET mea & Julii ratio de te conſenſit, neque pugnavit oratio. nam ſuas Julius ipſe ad Regulum literas conſentaneas iis fuiſſe dicit, quas nos ad te dedimus, ut, ſi, quid ſcriberes, interdum non haberes, doctorem adhiberes, unde ſumeres rem, quam tu latine redderes. hanc enim vim habuerunt literae noſtrae, ſi, quid in illis ſit, attenderis (*a*). ſed iſtam ſcribendi ad me conſuetudinem remittas velim, dum & calor remiſerit, & omnem gravedinis (*b*) moleſtiam depuleris. Tuam ſacroſanctae confeſſionis & communionis pietatem vehementer laudo, teque eam pie ſanctequc, ut ſoles, colere jubeo. Vale.

(*a*) Haec verba in epiſt. 140. pag. 230. de hac re fuerant: *Septimo quoque die latine ad me ſcribas velim. in quo etſi non impedio, quominus doctoris vulgari argumento interdum utaris, ſcripto tamen & ſermone tuo latino hoc literarum officium ſemper mihi cenſeo perſolvas.*

(*b*) Ital. *catarro*. Vide epiſt. 96. pag. 102.

CXLIV.

Idem Eidem.

19. Jun. 1537.

INgraveſcit Romae in dies calor, credo item Bononiae. tu tamen longas epiſtolas ad nos ſcribere non intermittis. Reliquiae iſtius tuſſis nos ſollicitos habent. quamobrem velim, omnibus & animi & corporis exercitationibus aliquot dies modice, vel intra modum potius, utare. ſumma aeſtas majorem valetudinis curam requirit, quam reliquae anni partes. intempeſtiva (*a*) nunc eſt diligentia ſtudiorum: quae tu ſtudia ſi remiſſius modo colueris, mox alacrior repetes. Betti & Camilli (*b*) curationes, amoris & prudentiae pleniſſimas, probo; quorum operae neceſſitatem tua culpa nolim habeas. Dies velim notes,

(*a*) Martialis lib. x. epigr. 62.
Albae leone flammeo calent luces,
Toſtamque fervens Julius coquit meſſem.
Scuticaque loris horridis Scythae pellis,
Qua vapulavit Marſyas Celaenaeus,
Ferulaeque triſtes, ſceptra paedagogorum,
Ceſſent, & Idus dormiant in Octobres.
Aeſtate pueri ſi valent, ſatis diſcunt.

(*b*) Medicorum.

ut Cicero ſolet, & boni latinitatis auctores, non ad Joves & c Mercurios (*c*) accommodes. Vale. XIII. Kal. jul.

(*c*) Videtur Anſelmus datarum a ſe ad patruum litterarum dies ita notare conſueviſſe, ut hebdomadis cujuſque, non integri menſis, dierum, non nonarum, non iduum, non kalendarum rationem haberet.

CXLV.

3. jul. 1557.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

BRevitas tum literarum tuarum, tum acute, tum graviter etiam dictorum probatur mihi illa quidem (altera enim valetudini, altera & ſcientiae & vitae eſt accommodata; utraque certe commoditatem habet & dignitatem), ſed ita probatur, ſi, quod breviter dicitur, eleganter praeterea dicatur. quam ego ſermonis elegantiam in iſta uſitata (neque enim *ſolemne* illud ſemper inculcandum eſt, cujus fere domicilium eſt in ſacris rebus) tua ratione concilarum ſententiarum interdum deſidero; & vereor, ne hujus incommodationis culpam res ipſa ſuſtineat. ſunt enim iſta ſimillima oraculorum, quae vix verborum ſplendore illuſtrantur. quare diſcito tu quidem ea, & ad vitam referto: ſcribe vero de iis, quae latinam adjuvent ſcriptionem; cujus omnino rei cauſa, tua ſcribendi ad nos con- a ſuetudo inſtituta eſt. longiores epiſtolas pro tempore (*a*) non requiro. Vale. V. non jul.

(*a*) Hoc eſt, aeſtivi hujus temporis ratione habita.

CXLVI.

10. jul. 1557.

Idem Eidem.

QUaſi vero tibi non ex eo, qui quorundam veterum ſententias retulit in volumen, ſed ex literis meis naſcatur a ad nos ſcribendi argumentum (*a*), ſic ſcribis, te, quod b eas non acceperis, proximae epiſtolae diem praetermiſiſſe (*b*). deberes tu quidem per te ſemper aliquid ſcribere, quo latinam

(*a*) Id Anſelmus videtur inſtituiſſe, ut ſuarum ad patruum litterarum argumenta ſumeret ex aliquo libro, in quem veterum ſapientum apophthegmata relata eſſent. idem autem, quum conſuetum ſcribendi officium aliquando praetermiſiſſet, hanc excuſationem attulerat, quod nullas ipſe a patruo litteras accepiſſet. negat patruus, rectam probabilemque ejuſmodi excuſationem eſſe, quandoquidem non ex ſuis ipſius litteris, ſed ex illo apophthegmatum libro, qui numquam non praeſto eſſet ſcripturo, ſcribendi argumentum Anſelmo naſci debebat.

(*b*) *Epiſtolae diem praetermiſiſſe* eſt *epiſtolam, quo die ſcribenda fuit, non ſcripſiſſe*.

nam orationem & elegantiorem & pleniorem efficeres , non jejunitatem iſtam verborum deſcribere. Sunt quidem accommodata ſcriptioni tuae , quae ſcribis de ſemeſtri Sextini (c) pen- c
ſione. ſed, quod dicis, eum mihi gratias agere de mercede *illi curata*, & iterum *illi ſolutum eſſe* neſcio quid : cuinam ? *ſibi* primum ; ſecundo loco *eidem ſibi* dictum oportuit. ſcribis enim tu id ipſius Sextini verbis. Vale. VI. id. julii. Credo te jam ruri (d) d

 cum

(c) Vide epiſt. 140. pag. 230.

(d) Priſcianus, nobilis grammaticus, libro XV. *Eſt*, inquit, *quando etiam nominum terminatio diverſorum caſuum, conſtructionem adverbialem ſuſcipiens, loco adverbiorum accipitur, ut Virgilius in* VI. „ *Nimium vobis romana propago viſa potens, ſuperi* „ nimium dixit pro nimis ... *Pronomina quoque pro adverbiis ponuntur, ut Virg. in* VIII. „ *Hoc tunc ignipotens caelo deſcendit ab alto* „ ; hoc *pro* huc. ... *Neque enim ea indubitanter adverbia eſſe accipimus, ſed nomina vel pronomina eſſe dicimus, loco adverbiorum poſita per diverſos caſus. Per nominativum, ut Virg. in* XI. „ *Fors & vota facit, cumulatque altaria donis* „ ... *Per genitivum, ut* Romae. *Cicero pro Ligario* „ *Romae ne ſit ? an ne cum fratribus ?* „ ... *Per dativum, ut* veſperi, ruri, forti. *Terentius in Andria* : „ *Quem ut ego heri vidi ad vos adferri veſperi* „ ? *Virg. in* IIII. *georg.* „ *Sunt, quibus ad portas cecidit victoria forti* „. *Terentius in Phorm.* „ *Cui opera vita erat, ruri fere ſe continebat* „. Hanc grammaticorum ſine controverſia doctiſſimi tantam auctoritatem de dativo *ruri* Emmanuel Alvarus, doctiſſimus item grammaticus, modeſte, quemadmodum par erat, reveritus, in libro II. *de grammatica inſtitutione*, pag. 150. b. olyſſipponenſis editionis an. 1572. quae omnium prima fuit, *Dativo*, inquit, RURI, *vel ablativo* RURE *utimur, cum hujus eſt loci. Plaut. Bacch.* „ *Si illi ſunt virgae ruri, at mihi tergum domi eſt* „. *Livius lib.* 8. *dec.* 4. „ *Morientem rure eo ipſo die ſepeliri ſe juſſiſſe, ferunt* „. Idem tamen de ea ipſa re quid ſuſpicaretur, continuo expoſuit: *Quid ſi*, inquit, RURI *priſcus eſt ablativus ? maxime cum Juſtinus libro I. dixerit* „ *Igitur antelucano tempore ruri iter ingreſſus obvium habuit ſervum de ergaſtulo* „. Recentiores quidam grammatici, non qui plus, quam Alvarus, ſcirent, ſed qui ſibi plus ſcire viderentur, pluſque auderent atque confiderent, Priſcianum in eo ipſo mentitum eſſe affirmarunt, nec niſi ablativum eſſe caſum *ruri* ſine ulla dubitatione ſtatuerunt : Atqui dubitandi ſatis juſta, ac magna illa quidem, cauſa eſt, quod Priſcianus, tantae antiquitatis doctrinaeque grammaticus, quique, vetuſtiores ſe doctiſſimique grammatici de ea re quid ſenſerint, multo melius, quam iſti antiquitatis correctores, ſcire potuit, non ablativum, ſed dativum eſſe caſum *ruri* ſtatuerit. ut, etiamſi deceptus fuerit (quemadmodum fortaſſe fuit), cautius pudentiuſque ſit aſſenſionem ſuſtinere, aut certe diſſenſionem diſſimulare atque celare, quam tam libere contradicere, palamque reprehendere. Eadem controverſia eſt de *Tyburi* & *Anxuri* ; quos ablativos eſſe caſus iidem illi, quos ſignificavi, recentiores grammatici nihil haeſitantes confirmant. Alvarus, qui videret, dativos eos a compluribus exiſtimari, in eaque ſententia fuiſſe Servium, veterem luculentumque grammaticum, ſciret, & tamen aliter ipſe ſentiret, a moderatione illa ſua non recedens, *Fortaſſe*, inquit in eadem illa pag. 150, b. *nominum Tybur & Anxur*

apud

e cum Regulo, & apud Regulum (*e*) eſſe . quamobrem iſtic ita vives, ut & omnem morbi culpam effugias , & mores tuos ruſticanis etiam hominibus probes . Saluta mihi Regulum , doctorem tuum .

CXLVII.

apud vettres & e & i ablativus terminabatur . Hoc quidem eſt, non ſane minus, quam recentiores illos noſtros, videre, ſed eſſe multo, quam illos, modeſtiorem, aut, ut ait poëta neſcio quis,

Non minus huic cordis, plus illis oris ineſſe .

Quam multi autem dativos, non ablativos, illos eſſe caſus cenſuerint, ne ſim propemodum infinitus, non dicam. uno Joanne Deſpauterio, cujus *commentarii grammatici*, anno 1514. primum editi, magno in pretio, idque jure meritoque, ſunt, contentus ero. is igitur pag. 339. editionis lugdunenſis an. 1564. *Nomina*, ioquit, *propria oppidorum aut pagorum tertiae declinationis, aut pluralis numeri, ubi quaeſtio fieret per* ubi, *ponuntur pro adverbiis in* dativo, *vel ablativo, elegantius autem in* dativo, *cum appellativo* ruri : *ut* „ *Terentius natus eſt* Carthagine „ *& elegantius* Carthagini : „ *Ille ſtudet* Tyburi „ *per dativum eleganter, nec inepte* Tybure *per ablativum* ... „ *Johannes eſt* ruri „ *multo melius, quam per ablativum* „ *eſt* rure „ . *Quomodo probas, elegantiorem eſſe locutionem per dativum? Quia Servius, grammaticus doctiſſimus, dicit, apud Horatium ablativum pro dativo poni* „ *Romae Tybur amem ventoſus*, Tybure *Romam* „ : *& apud Virgilium* „ Aulide *juravi* „ : *& apud Ciceronem* „ *Quum tu* Narbone *menſas hoſpitum convomeres* „ . *Quid ſi Servius erraverit, ut in pluribus, ut Beroaldus oſtendit ? In hoc praecepto Servium non erraſſe, probo authoritate doctiſſimorum, qui per dativum perſaepe loquuntur* . *Suetonius* „ *Lentulus Getulicus* Tyberi (*corr.* Tyburi) *genitum ſcribit* „ . *Plinius* „ *Quum ſpectare antiqui moris ſupplicium* Tyburi *concupiſceret* „ . . . . *Si adjectivum apponatur, potius per ablativum loquar, ut Virgilius 4. Aeneid.* „ *Tyria* Carthagine *qui nunc expectat* „ . *Servius ait* „ Carthagine *pro* Carthagini „ . *Ego etiam in proſa nollem dicere* Tyria Carthagine expectat . *Amplius de dativo* . *Plautus in Ciſt.* „ *Fuere* Sycioni *jamdiu Dionyſia* „ . *Cicero 17. ad Atticum* „ *Convento Antonio* Tyburi „ ... *Livius lib. 5.* „ *Neglectum* Anxuri *praeſidium* „ . *Terentius* „ Ruri *ſeſe continet* „ . *Columella* „ Ruri *moratur* „ . *Licet ne dicere* „ *Petrus natus eſt Tybure : Pater eſt rure* „ *per ablativum? Licet certe: ſed elegantior cenſetur loquens per dativum* .

(*e*) *Apud Regulum* valet idem, ac *in domo*, ſive *villa Reguli*. Cic. *ad Att.* lib. I. epiſt. 5. *Apud matrem recte eſt ... Apud te eſt, ut volumus* . & lib. 5. epiſt. 7. *Ego tum triduum cum Pompejo & apud Pompejum fuiſſem* . & *pro Sext.* c. 41. *Ejuſque vitat a me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt* . & lib. 1. *de orat.* c. 214. *M. vero Scaurus, quem non longe apud ſe ruri eſſe audio ... jam, credo, huc veniat* . At vero *a ſe* ſignificat *a ſuis aedibus* . Cic. ad Att. lib. IV. epiſt. 9. *Venit* (Pompejus) *etiam ad me in Cumanum a ſe* . quemadmodum *ad ſe* ſignificat *in aedes ſuas*: ut in illo Ciceronis ex libro III. de rep. fragmento: *Cujus focum Cato ille noſter, cum veneret ad ſe in Sabinos, viſere ſolebat* .

Digitized by Google

CXLVII.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil. 17. jul. 1557.

EGo vero cognovi ex proximis tuis literis, & te ruri eſſe, & tecum latinam linguam quodammodo ruſticari. ſic enim loquitur tua epiſtola, ut mihi videar unum ex iſtis agreſtibus hominibus loquentem audire. videntur praeterea nonnulla verba ſumpta eſſe de medio vulgo. ſed ignoſco ruſticitati literarum tuarum, modo, quantum detrahit tibi & tempus & locus de ſtudio latini ſermonis, tantum addat ad curam tum ſalutis tum valetudinis tuae. Vale. XVI. Kal. auguſti.

CXLVIII.

Idem Eidem. 24. jul. 1557.

LAetor, quotidie te bene mane primum rei divinae operam dare, deinde ea, quae ex praeceptore didiceris, memoriter dicere, non, ut tu ſcribis, *recitare*. eſt enim id fere *de ſcripto dicere* (*a*). video ſane, te matutini tui cibi *a*

(*a*) Philibertus Monetius in egregio opere quod *delectus latinitatis* inſcripſit, ait: Recitare *eſt ſcriptum adſtantibus clara voce legere, ac, quod idem valet*, ſcriptum recitare, de ſcripto recitare (*corr.* dicere): *quo verbo perperam omnino vulgus utitur, quod idem eſſe putat*, ac dicere memoriter. *Tullius* X. Famil. *epiſt.* 12. „ *Senatus frequens convenit propter famam tuarum litterarum*. recitatis *litteris, oblata religio Cornuto eſt* „. & *epiſt.* 16. „ *Nihil opportunius accidere vidi, quam tuas litteras. redditae ſunt enim frequenti ſenatu Cornuto praetori, cum is frigidas ſane* recitaſſet *litteras* Lepidi. *ſub eas ſtatim* recitatae *ſunt tuae, non ſine magnis clamoribus* „. & *lib.* XII. *epiſt.* 25. „ *Panſa tuas litteras* recitavit. *magna ſenatus approbatio conſecuta eſt* „. & *lib.* VIII. ad Attic. *epiſt.* 9. „ *Nec ego iſtas litteras in concione recitari vellem* „. *Tullius, ſeu auctor ad Herennium, lib.* II. *ſect.* 15. „ *Cum haec erunt conſiderata, ſtatim noſtrae legis* recitatione & *collaudatione utemur* „. & pro Quinct. *ſect.* 89. „ *Poſtea edictum* recitavi, *quod aperte dominum de praedio detrudi vetaret* „. & *tertia* Verrina *ſect.* 37. „ Recita *denuo relatas rationes* „: & *ſect.* 57. „ *Recita litteras publicas* „: & *ſect.* 83. „ Recita, *quas ad Neronem Verres litteras miſit* „. & *ſect.* 84. „ Recita *teſtimonium Verris, & quid idem ille juratus dixerit* „: & *ſect.* 95. „ Recita *omnium teſtimonia* „. & *pro Caecinna ſect.* 54. „ *Teſtamento ſi* recitatus *heres P. Cornelius pupillus* „. & *ſecunda* Agraria *ſect.* 48. „ *Quam tu mihi ex ordine* recita, *de legis ſcripto, populi romani auctionem* „. & *pro* Flacco *ſect.* 40. „ *Qui de tabulis publicis* recitat *iis, quae in accuſatoris poteſtate fuerunt, non debet habere auctoritatem* „. & *pro* Cluentio *ſect.* 141. „ *Cum Brutus, duobus* recitatoribus *conſtitutis, capita alterna, inter ſe contraria, recitanda curaſſet, & enim in ea oratione aſperius dicta* recitaſſet ... *Craſſus excitavit tres* recitatores *cum ſingu-*

*ſingulis libellis; quorum initia cum re*citarentur &c. ,, . *& lib.*II. de invent. ,, *Neque enim vos ſcripti ſui* recitatores, *ſed voluntatis interpretes fore putavit* ,, . *Livius lib.*10.*ſect.*37.,, *Fabius legem* recitari *juſſit, qua intra decem annos eumdem conſulem refici non liceret* ,, . *Plinius junior lib.*II. *epiſt.*19. ,, *Hortaris, orationem pluribus amicis* recitem. *ſed non me praeterit, actiones, quae* recitantur, *impetum omnem, caloremque ac prope nomen ſuum perdere* ,, . *In hoc ſcripti genere*, recitandi *verbum frequenter uſurpat Plinius & alii ſcriptores*. Recitare ſenatum, Legere ſenatum, *ex tabulis publicis legendo decurrere in conventu nomina ſenatorum, ſuo quaeque ordine. Tullius* pro domo *ſect.*84. ,, *L.Philippus cenſor avunculum ſuum praeteriit in* recitando ſenatu . . . *L.Cotta, homo cenſorius, in ſenatu juratus dixit, ſe, ſi cenſor eum eſſet, cum ego aberam, meo me loco* recitaturum *fuiſſe* ,, . *Livius lib.*XXIII. *ſect.*63. ,, *Fabius Buteo cenſor*, recitato *vetere* ſenatu, *in demortuorum locum legit, qui curulem magiſtratum cepiſſent* ,, . Legere ſenatum *idem ac recitare, ut ante indicavimus. Livius lib.*IX. *ſect.*83. ,, *Alter cenſor, ob infamem* ſenatus lectionem, *magiſtratu ſe abdicaverat . . . . Conſules queſti apud populum, deformatum fuiſſe ordinem prava* lectione ſenatus, *qua potiores praeteriti eſſent*, lectis *deterioribus &c.* ,, . Recitando ſenatu *cujus ſenatoris nomen taceretur, is ſenator* praeteriti *dictus eſt, eâque praeteritione ſenatu eiiciebatur, ſenator eſſe deſinebat. Tullius* pro domo *ſect.*84.,, *L.Philippus avunculum ſuum* praeteriit *in recitando ſenatu* ,, . Recito *adhibet vulgus pro* memoriter dico. *ſed aberrat: nec enim tuetur locus unus Cornelii Celſi, qui mendoſus eſt. quod tirones advertent, ſi volunt ſapere.*

Celſi locus, qui a Monetio ſignificatur, eſt libro III. *Medicinae* cap.18. *Quorumdam* (inſanorum) *diſcutiendae triſtes cogitationes: ad quod ſymphoniae, & cymbala, ſtrepituſque proſiciunt. ſaepius tamen aſſentiendum, quam repugnandum eſt, paulatimque, & non evidenter, ab iis, quae ſtulte dicentur, ad meliora mens adducenda eſt. interdum etiam elicienda ipſius intentio: ut fit in hominibus ſtudioſis litterarum, quibus liber legitur aut recte, ſi delectantur, aut perperam, ſi idipſum eos offendit: emendando enim convertere animum incipiunt. quin etiam* recitare, *ſi qua meminerunt, cogendi ſunt*. Quem quidem locum cur *mendoſum* Monetius dixerit, non ſane intelligo. mihi & emendatus, & ad verbi *recitare* non frequentiſſimam illam quidem, ſed tamen non plane inuſitatam, & certe ſatis latinam, ſignificationem demonſtrandam, valde accommodatus videtur: in eademque fuiſſe ſententia Pogianum exiſtimo, qui *recitare*, non ſemper, ſed *fere*, pro *de ſcripto dicere* uſurpari, affirmarit. eſt quidem *recitare*, quemadmodum Monetius ait, *ſcriptum adſtantibus clara voce legere*. ſed, ut ſcriptum ita legamus, dupliciter conſequi poſſumus. uno modo, ſi oculis ſubjectum, deinceps clara illa voce legendo percurramus; altero, ſi ab oculis remotum, memoria, hoc eſt mentis alteris quibuſdam oculis, illud ipſum repetentes, & quodammodo relegentes, totidem verbis eâdem illa clara voce reddamus. illud ſimpliciter *recitare* dicimus: hoc, diſtinguendi cauſa, cur non *memoriter*, ſive *ex memoria*, *recitare* dicamus? illa certe mulier, quae a Quintiliano, ſive quo alio, in ſexta *declamatione* legem quamdam *recitans* inducitur, oculis capta erat, neque propterea legendo, ſed dumtaxat reminiſcendo, quod ſane idem valet atque *memoriter* ſive *ex memoria*, legem illam *recitabat*. eâdem ratione inſani illi, quos *recitare*, ſi qua meminerunt, cogendos eſſe praecipit Celſus, ſua illa *recitare* poſſe intelligendi ſunt. ergo ea etiam, quae non leguntur, ſed olim lecta, memoriaeque mandata, clara voce pronunciantur, *recitari*, non quidem ex lectione, ſed

Digitized by Google

bi (*b*) non obliviſci : ſaepe enim de eo in tuis ad me literis meminiſti . quod ut modice factum non improbo , ſic toties in literis inculcatum probare minime poſſum : praeſertim cum illa tua ſemper tibi ſit in ore *jentatio* (*c*) , nullo cultu adhibito , nullo ſplendore verborum . quare tibi videndum eſt , ne turpiter apud Ciceronem jandiu peregrinere . Vale . ix. Kal. auguſti . *b* *c*

ex memoria ſive *memoriter* , dici poſſent . At vero, non *memoriter recitare*, ſed *memoriter pronunciare* Ciceroni placuit , idemque nobis placere prae altero debet. Libro II. *de divin.* cap. 14. *Atqui ne illa quidem divinantis eſſe dicebas , ventos aut imbres impendentes quibuſdam praeſentire ſignis . in quo noſtra quaedam Aratea* memoriter *a te* pronunciata *ſunt* . & lib. I. *de orat.* cap. 88. *Ea Menedemus exemplis magis , quam argumentis conabatur refellere .* memoriter *enim multa ex orationibus Demoſthenis praeclare ſcripta* pronuncians, *docebat , illum &c.* Idem pro *recitare*, etiam *legere* poſuit lib. III. *de orat.* cap. 213. *Quo mihi melius etiam illud ab Aeſchine dictum videri ſolet , qui , cum propter ignominiam judicii ceſſiſſet Athenis , & ſe Rhodum contuliſſet , rogatus a Rhodiis ,* legiſſe *feratur orationem illam egregiam , quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat . qua* perlecta , *petitum eſt ab eo poſtridie , ut* legeret *illam etiam , quae erat contra a Demoſthene pro Cteſiphonte edita . quam cum ſuaviſſima & maxima voce* legiſſet , *admirantibus omnibus , Quanto , inquit , magis admiraremini , ſi audiſſetis ipſum ?* & libro ſecundo ejuſdem operis cap. 223. *Cum enim Brutus duos* lectores *excitaſſet , & alteri de colonia narbonenſi Craſſi orationem* legendam *dediſſet . . . noſter hic* (L. Craſſus) *faceetiſſime tres patris Bruti de jure civili libellos tribus* legendos *dedit* . Quos heic *lectores* dicit, eoſdem in oratione *pro Cluentio* c. 141. eadem Bruti ac Craſſi facta commemorans , *recitatores* , & quod heic *legere* , ibi *recitare* dixerat .

(*b*) Jentaculi .

(*c*) Haec vox unum Julium Firmicum lib. II. cap. 10. auctorem habet . atqui minime bonus latinitatis auctor eſt Firmicus .

CXLIX.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil. 31. jul. 1537.

SI ex Hieronymo , fratre tuo (*a*) , quaeras , num latine ſcribendi cupiditate teneatur , idem , credo , recte reſpondeat , quod tu ſat inſulſe in proxima epiſtola poſuiſti , *cupidum te eſſe praeclarae iſtius facultatis* . quis enim eſt , qui eam non cupiat ? quis vero contra eſt , qui , tot menſes , ne dicam tot annos , in Ciceronis lectione verſatus , nihil proferre poſſit , quo ſe vel minimam cum eo rationem habuiſſe probet ? Trita iſta quaſi obnunciatio (*b*) quaedam temporis & diligentiae , vel incu- *a* *b*

(*a*) Minore . vide epiſtolam 217.

(*b*) Augurale verbum eſt . *obnunciare* autem augures dicebantur , cum , auſpiciis captis , aliquid mali ominis in

incuriae opinionem habet, vel certe tarditatis. utrum? quae legis, non attendis? ſic arbitror. nullum enim mihi ſignum das in tuis literis poſitae a te in ſcribendo diligentiae, vel quod
c Pogianum ſcribis duplici *g* (*c*); vel quod diſſimilitudine nominum uteris, dum Pogianum, deinde Mutium dicis; vel quod
d ſperas, eos *eorum* diligentia jam valere. *eorum*, an *ſua*? nihil dico, quam inepte, vel potius quam imperite ſit *faxint Dii* (*d*). quinam? omnes Dii gentium daemones ſunt; unus eſt Deus. at vales, gaudeo; &, ut valetudini ſervias, vehementer tibi auctor ſum. ſed idem ego cupio etiam extare aliquem fructum vale-

in iis ſe vidiſſe nnnciabant. quo autem a Pogiano hoc verbum referatur, poſſem dicere, ſi Anſelmi litteras, quibus hac epiſtola reſpondetur, videre potuiſſem.

(*c*) Italice Pogiann ſcribens, duplici *g* nomen ipſe ſuum perpetuo ſcripſit: quo modo ſi latine quoque ſcribatur, id eum heic videmus reprehendere; fortaſſe quod ejuſmodi geminationis ante litteram *i* exemplum in latinis vocabulis nullum reperiret. Atqui nonnulli, neſcio quam aliam rationem ſequuti, ne *Pogianum* quidem ſatis probant; *Podianum* malunt dicere: quemadmodum eos, qui italice ſunt *Maggi*, *Moggi*, *Poggi*, *Raggi*, non *Magios*, *Mogios*, *Pogios*, *Ragios*, ſed *Madios*, *Modios*, *Podios*, *Radios*, latine appellant, appellarique oportere contendunt. hoc mihi videtur ejuſmodi nomina latine non vertere, ſed pervertere. Quid? illi, qui propria ab appellativis italicis derivata ac ſumta nomina ad eorumdem appellativorum latinam vim formamque revocant, quantam perverſitatem indncunt? *Pozzios* nolunt latine dicere eos, qui italice ſunt *Pozzi*. cur? quia, quod italis eſt *pozzo*, id non *pozzius*, ſed *puteus* latinis eſt. hoc nos videlicet neſciebamus. ſed videant, quo res tandem progreſſura ſit, ſi iſta eorum ratio valuerit. quem illi hominem, italico familiae nomine *Pozzium*, latine *Puteum* appellant, eumdem nos gallice *Puit*, germanice *Sod*, graece *Phrear*, ſimiliterque aliis utentes linguis, aliis atque aliis nominibus appellabimus; volemuſque, iis omnibus non niſi unum idemque *Pozziae* italicae familiae nomen intelligi. quae ut flagitia ac portenta vitentur, illud mihi rectiſſimum ſemper viſum eſt, ut ejuſmodi nomina, qualia ſunt, non modo apud italos, ſed apud caeteras quaſque nationes, primum familiis *indita*, *ſive appellativorum* ſignificationem habeant, ſive non habeant, talia in latina quoque lingua, nullis omnino, praeterquam in ultimis eorum ſyllabis, quae quidem ad latinos exitus caſuſque redigi debent, immutationibus factis, integra conſerventur. in quo latinos ipſos imitabimur, qui, quem hominem graeci, exempli cauſa, ὅμηρος proprio nomine dixerunt, *Homerum* ipſi quoque, non aut *Confinem*, aut *Vadem*, aut *Obſidem*, aut *Caecum* (quae omnia appellativum nomen ὅμηρος ſignificat) appellarunt; nec ex *Platone*, *Ariſtotele*, *Theophraſto* &c. *Amplonem*, *Optimoſinium*, *Divinoloquum* &c. fecerunt. De hac eadem opinione mea, quae tamen ita mea eſt, ut complurium eruditiſſimorum hominum quoque ſit, ſcripſi olim quiddam ad card. Angelum Mariam Quirinium iis litteris, quas in quarto hujus operis volumine habes pag. 374.

(*d*) De *deorum* appellatione, hominibus etiam tributa, vide vol. III. pag. 333.

valetudinis tuae ; qui profecto extabit , ſi Ciceronem loquendi magiſtrum , non vulgum (c) , adhibueris . Vale . prid. Kal. augusti . c

(c) Maſculini etiam generis *vulgus* eſt . Virgil. *Aeneid.* lib. II. v. 98. *Hinc ſpargere voces in vulgum ambiguas .* & Horat. lib. II. ſat. 3. v. 62. *Huic ego vulgum errori ſimilem cunctum inſanire docebo .*

CL.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

7. aug. 1557.

LAudo profectionem (a) iſtam, patris tui viſendi cauſa ; modo a
eam mature (b) ſuſceperis . tu vero interim Imolae fu- b
iſti ; neque de epiſcopo (c) noſtro verbum ullum : qui quan- c
quam abeſt , tuae tamen & charitatis & pietatis in illum fuit, tum quaerere de eo ab iis , qui id ſcire poſſent , quomodo ſe haberet , tum id ipſum ad me ſcribere . iſta officii praetermiſſio magnam in te reprehenſionem habet . videris enim , neſcio quomodo , parum amans tuorum , praeſertim vero illius viri , cui in ſummo amore ſummam praeterea obſervantiam tribuere debes : ad quem etiam literas velim interdum des de ſtatu rerum tuarum . ſpero , te imolenſi praetori , a quo tam humaniter ac liberaliter acceptus es , viciſſim ſermonis humanitate ſatisfeciſſe : cupio quidem certe . Vale . VII. id auguſti .

(a) In forocornelienſem urbem, ſive Imolam , non multarum horarum itinere Bononia diſtantem .

(b) Primo mane , necdum aeſtivo ſole omnia ſuis radiis torrente .

(c) *Anaſtaſius Ubertus , Dandini* (cardinalis) *ex ſorore nepos , caeſenas , monachus ordinis S. Benedicti , ac per idem tempus cellerarius S. Mariae de Monte prope Caeſenam , a Julio III. electus eſt imolenſis epiſcopus anno 1552. die 12. menſis Maji . Litteratura nitebat, ut refert Valon libro II. Ligni vitae , reliquitque aliquot ingenii monumenta . Mortuus eſt anno 1558.* Hactenus Ughellius in *Italia ſacra* T. II. pag. 644. edit. Ven. an. 1717. Proxime ante hunc Ubertum , imolenſium epiſcopus Dandinius noſter fuerat : de quo idem Ughellius *Imolenſem*, inquit, *eccleſiam nepoti* (*ſororis filio* voluit & heic & ſupra dicere , Uberto ſcilicet) *reſignavit , reſervato ſibi regreſſu : quo Uberto ante patruum* (corr. *avunculum*) *defuncto , iterum illud ſubivit onus .* Nunc animadverto , erraſſe me , qui de Dandinio pag. 137. col. 2. verſ. 6. ita ſcripſerim, *Imolae , cujus urbis epiſcopus Dandinius erat* . neque enim *erat* tum epiſcopus (niſi ſi , qui epiſcopatum *per regreſſum reſignabant* , epiſcopi eſſe non deſinebant) ſed *fuerat* , & iterum , poſt Uberti obitum , *futurus erat* .

C L I.

14. aug. 1557.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

AD recentiores meas literas , ſi modo eas accepiſti , reſcriptum oportuit ; quibus omnino proxima epiſtola perſolves . ſed quid ais , reprehenſum te a me eſſe , quod ſemper jentationem (a) *conculces* ? quae (malum !) iſta *conculcandi* ratio , ut cibum proteras ? ego id ponerem ? tu id committeres ? meae ſic loquuntur literae ? tuae potius id fuit ſtupiditatis dicam , an negligentiae ? qui non videris , eſſe (b) in literis (c), *inculcari* in *jentatione* abs te tum rei tum verbi ineptias . ſed & haec & alia literarum tuarum errata ab illo fonte fluunt , quem pluribus jam tibi literis ſignificavimus (d). Vale. xix. Kal. ſeptemb.

(a) In epiſt. 148. pag. 245. ita fuerat: *Video ſane , te matutini tui cibi non oblivisci . ſaepe enim de eo in tuis ad me literis meminiſti .* quod ut modice factum non improbo , ſic toties in literis inculcatum *probare minime poſſum ; praeſertim cum illa tua ſemper tibi ſit in ore* jentatio , *nullo cultu adbibito , nullo ſplendore verborum* .

(b) Scilicet *ſcriptum* .

(c) Nempe *meis* .

(d) In eadem illa epiſtola 148. *Quare tibi videndum eſt , ne turpiter apud Ciceronem jamdiu peregrinere* . & in epiſt. 149. *Cupio etiam extare aliquem fructum valetudinis tuae , qui profecto extabit , ſi Ciceronem loquendi magiſtrum , non vulgum , adhibueris* .

C L I I.

20. aug. 1557.

Idem Eidem .

AMO liberalem iſtum atque adeo ſalutarem dolorem tuum, ad quem equidem nolim unquam tuus animus obcalleat . ſed ſpero , fore , ut & morbi cauſae tollantur , & poſthac medicina non indigeas ; memineris modo & mearum admonitionum & promiſſorum tuorum : quod cum ad litterarum , tum vero maxime ad valetndinis diligentiam pertinet . majorem enim res nunc cautionem tuam deſiderat , propter gravedines (a) & morbos , in quos multos iſtic etiam incidiſſe audio . cujus tu ſi mali culpam vitaveris , ſatis nobis atque officio tuo feceris . Vale . xii. Kal. ſeptembr.

CLIII.

(a) Vide epiſt. 94. pag. 101.

Digitized by Google

CLIII.

Idem Eidem.

28. aug. 1517.

INeptum & plane ſubruſticum timorem tuum! qui verearis, ne mihi non probentur ea, quae tibi neceſſario facienda ſunt. modo id, quod *neceſſe* ſit, recte interpretere (*a*), me ſemper tuorum tum factorum tum dictorum approbatorem habebis; praeſertim cum nulla tua non officioſa neceſſitas eſſe poſſit. utiles, ſalutares, honeſtae actiones tuae omnes erunt de mea ſententia, etiamſi, quid de quaque re ſentiam nil tibi praeſcripſero. Reditum tuum & ad urbem (*b*) & ad ſtudia ad id tempus, quod ſcribis, bene maturum cenſeo. Vale. Roma. v. Kal. ſeptembr.

(*a*) Ait, ſe nihil eorum, quae Anſelmus *neceſſario* ſive fecerit, ſive dixerit, non probaturum, dummodo quid *ſit*, hoc eſt, quam vim habeat verbum hoc *neceſſarium*, ſive *neceſſe*, recte interpretetur, neque aliquid, quod revera ſupervacaneum ſit, ſibi tamquam quiddam *neceſſarium* ſive faciendum ſive dicendum putet.

(*b*) Bononiam. Admodum inepti ac plane ridiculi ſunt, qui *urbem* cum audiunt, non niſi Romam ſignificari putant. Scripſeram ego in ea, de qua alibi dixi, epiſtola ad Joannem Vincentium Lucenſem mea, clariſſimo illi viro, item Lucenſi, Joanni Dominico Manſio litteras quaſdam, quas ad eum Florentia Lucam dederam, *incedenti per urbem neſcio quo caſu excidiſſe*. Cathedraticus Dinellius, ipſe quoque Lucenſis, qui in eadem, in qua ſunt inepti illi atque ridiculi, opinione eſſet, pagina 137. maledicentiſſimi libelli contra me ſui, *At Lucae*, inquit, *tunc erat, non Romae, Manſius*. *Cur ergo incediſſe eum per urbem Lagomarſinus ſcribit?* O me etiam ineptum! qui hujuſmodi ineptiſſimas ineptias non dicam refutandas, ſed vel commemorandas in hoc opere putarim. Ego vero *incedenti* ſcripſi. ſed tu, o noſter Cathedratice, latine ſcribentium corrector, idemque latinae linguae corruptor, cur *incediſſe* pro *inceſſiſſe* ſcripſiſti? *per urbem* autem propterea ſcripſi, quia Lucam, quam, puto, ſcis urbem eſſe, *incedentem* Manſium, *per urbem* (non *per pagum*, aut *per agros*, aut *per ſolitudines*) *inceſſiſſe*, & credidi, & etiamnum credo, & credituros omnes, te fortaſſe excepto, non dubitavi.

CLIV.

Idem Eidem.

4. ſept. 1537.

FAcis, quod non modo praetermitti, ſed ne remitti quidem ſine ſcelere poſſit, cum in ſolemnibus precibus, quas Deo perſolvis, noſtri etiam meminiſti. tu vero aſſidue & tibi & tuis omnibus ſalutem precare. neque enim non occurret Deus optatis & votis tuis, ſi pie, ſi ſancte ad eum acceſſeris. age vero ſemper illi ipſi gratias, quantas animo maximas capere potes, pro ſingularibus beneficiis, quibus ſingulari ejus beni-

gnitate quotidie augemur. Proximas ad me tuas (exemplum enim earum, puto, habes) velim regustes. nam recognoſces in clauſula perturbationem & vitium orationis, quippe qui te quidpiam non oblivisci ſcribis, quod omnino tibi videbis excidiſſe: quod nimirum eſt inſigne flagitium. Vale. prid. non. ſeptembr.

C L V.

10. ſept. 1557.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

Brevi igitur calebunt tua ſtudia per anni tempus, quae magnis aliquot menſium caloribus refrixerant; tuque jam,
a omiſſis emblematis (*a*) & aliis nugis aeſtivis, cum Cicerone & Iſocrate vel Demoſthene rationem habebis. videbis etiam Ful-
b vium noſtrum (*b*) cujus in tuis ad me literis perpetuum fuit ſilentium; ut verear, ne iſtam culpam natura ſuſtineat. tenes
c enim memoria, quam te olim de epiſcopo accuſarim (*c*): & tamen es in eodem crimine. quare ſive negligentiae cujuſdam iſtud eſt vitium, corrigendum, ſive, quod nolim, ingenii, omni ratione extirpandum eſt. volo enim, te & tuorum amantem eſſe, & eundem amorem fronte, literis, ſermone ſigni-
d ficare. Vale. prid. (*d*) id. ſeptembr.

CLVI.

(*a*) *Emblemata*, opinor, vocat figuras quaſdam ſive naturalium ſive artificialium rerum pictas, quarum ſymbolica ſignificatio adſcripto ferme carmine explicatur: quales multas doctiſſimus jureconſultus Andreas Alciatus in librum quemdam ſuum, quem *Emblemata* inſcripſit, olim contulit. quod totum emblematum, ſimiliumque ingenii exercitationum genus, quidam cum Dandinio Pogianoque nugis accenſent. ego, non omnes, qui ejuſmodi nugis aut delectati ſunt aut delectantur, fuiſſe aut eſſe nugatores, exiſtimo. contra, qui gravia ac ſeria tractarunt aut tractant, ſaepe meras nugas egiſſe aut agere, animadverti. nempe in levibus argumentis nonnulli, qui ingenio atque artificio valent, graves atque probabiles eſſe ſcriptores poſſunt: cum alii, utriuſque rei facultate deſtituti, in rebus gravibus leviſſimi reperiantur, atque improbentur.

(*b*) In epiſt. 140. pag. 231. *Fulvium noſtrum fraterne, ut facis, ama*. Matrem habuit Lauram Saxoniam, de cujus morte, vide epiſtolam 175. datam die 5. febr. 1578.

(*c*) In epiſt. 150. pag. 249. *Tu vero interim Imolae fuiſti; neque de epiſcopo noſtro verbum ullum: qui quanquam abeſt, tuae tamen charitatis & pietatis in illum fuit tam quaerere de eo ab iis, qui id ſcire poſſent, quomodo ſe haberet, tum id ipſum ad me ſcribere. iſta officii praetermiſſio magnam in te reprehenſionem habet. videris enim neſcio quomodo parum amans tuorum &c.* Atque hoc illud eſt, quod proxime dixit, *vereri ſe, ne iſtam culpam natura ſuſtineret*, ſcilicet, ne naturae ipſius Anſelmi vitio ac perverſitati tribuendum eſſet, quod is tam parum amans ſuorum eſſet.

(*d*) Fortaſſe non *prid. id.* ſed III. *id.* ſcribendum eſt, ne ſeptimi cujuſque diei, quo temporis intervallo definito ac certo hae ad Anſelmum litterae deinceps datae conſpiciuntur, ratio non conſtet.

CLVI.
Idem Eidem.

18. ſept. 1551.

NUllum a me literarum diem deſiderare potes, ſi modo meae tibi literae tempore redduntur. ego jam bononienſes tuas requiro. amplius enim ſunt quadraginta dies, cum nihil eſt in tuis ad nos literis, praeter quam de reditu veſtro; ut mirer, quaenam tantae eſſe poſſint ruſticanae iſtae vel tricae vel deliciae, quae vos tandiu morentur. niſi iſtic etiam forte aliqua accidit eluvio, quae veſtrum iter intercluſerit. Romae fluvius (*a*) extra ripas adeo diffluxit, ut aqua bonam urbis partem inun-

(*a*) De hac Tyberis alluvie atque inundatione Panvinius in *Vita Paulli IV.* memoriae haec prodidit. *Stagnavit biduo Tyberis, ut urbs tota, magna aedificiorum jactura, navigabilis eſſet, & omnes omnium fortunae, quae bello reliquae erant, perderentur. pervenit aquarum colluvies uſque ad plateam Pantheonis, S. Marcelli, & S. Marci . . . Vineae a ponte Milvio uſque ad baſilicam S. Paulli aquis obrutae.* Exſtat etiam nunc, in exteriori aedis S. Mariae ſupra Minervam pariete, hoc marmore inciſum illius temporis monumentum.

MDLVII. *die* XV. *Septembris*
Huc Tyber advenit, Paulus dum quartus in anno
Terno ejus rector maximus orbis erat.

Latinus Latinius de eadem alluvione haec ad Andream Maſium die 5. oct. hujus anni 1557. ſcribebat: *Sed venio ad epiſtolam tuam, quae mihi cum Vingartena 3. Kal. ſeptembris data eſſet, biduo ante Proſperi noſtri obitum reddita eſt, quum nondum per urbem ingredi vel liceret vel tutum eſſet. Tybris enim, vel aſſiduis aliquot dierum imbribus, vel, quod ego veriſſimum puto, naturali quadam auctus humoris redundantia, quae ſtatis temporibus intra terrae venas collecta aliquando tandem erumpat neceſſe eſt, ita urbem aquis cretoſoque coeno replevit, ut proluviem illam infauſtam, quae ſub Clemente VII. viceſimo octavo ab hinc anno contigit, minimo minus aequaret. haec autem in eam noctem incidit, quam conſecutus eſt dies decimus ſeptimus Kal. Octobr. quum pridie, ſtabilitis pacis conditionibus, legati noſtri ſub veſperam in urbem rediiſſent: quod niſi eſſet factum, nullo negotio praeda hoſtibus fuiſſemus. quanquam, calamitatis noſtrae magnitudine conſpecta, miſericordia potius erga nos, quam aut odio aut crudelitate aliqua, uſuros eos fuiſſe, putandum eſt. defuncti igitur belli periculis atque incendio, non effugimus vindices foeditatis aquas, quibus expiari polluta omnia conſuevere.* Iiſdem ipſis diebus Arnus fluvius, qui, eodem, quo Tyberis, Apennini jugo ex adverſo latere ortus, Etruriam irrigat, aſſiduis ipſe quoque auctus imbribus, non diſſimilem florentinae urbi calamitatem importavit. afferam, quae de ea alluvione eruditiſſimus ſodalis atque amiciſſimus meus *Ioſephus Richa*, in vetuſto quodam *chronico* a ſe reperta, in tomum quintum inſignis operis ſui, *Notizie iſtoriche delle chieſe fiorentine* inſcripti, tranſtulit pag. 229. edit. florent. an. 1757. *Nel 1557. a' dì 13. ſettembre, eſſendo piovuto due giorni*

inundarit ; ſalvis tamen nobis omnibus . quare ; dum & flumen reſederit & viae purgatae fuerint , quas adhuc Tyberis obru-

ni quaſi continuamente , la ſera d'avanti ſi miſe a tal rovina di acqua quaſi alle fonte d'Arno . a Stia , a Pratovecchio , che in un ſubito portò via tutti i mulini , le gualtiere , e gli altri edificj , con abbattimenti di ponti , traendoſi dietro quantità di perſone . di poi fu l'impeto dell'acque in Mugello ; perchè , cominciando a piovere appiè dell'Alpi ſopra Dicomàno , venne tant'acqua pe' foſſati e pe' fiumi , che , riempita ſterminatamente la Sieve , ricoperſe tutto il piano di Mugello , traendoſi dietro caſe , alberi , vigne , e campi , e tutto quanto trovava . ed unitiſi inſieme al ponte a Sieve i due fiumi , ne vennero verſo della città con tanto impeto , che , facendo per la valle gran danni , entrarono in Firenze alle tre ore di notte , abbattendo al primo urto il ponte di Santa Trinita ; il quale facendo d'avvantaggia gonfiare il fiume , ſi allagò gran parte della città , e mandò in terra due archi del ponte alla Carraja dalla banda di tramontana . fra il ponte Rubaconte e il Vecchio tutta la ſponda ruinò . il Rubaconte patì nelle ſue caſe colle ſponde . per lo piano fuori della porta alla Croce , l'acqua venne con tanta furia , che gettò in terra la porta , ch'era ſerrata : e , correndo per la città , alzò da dieci braccia , coprendo il piano della chieſa di S. Croce . in S. Reparata vi alzò mezzo braccio , e nel tempio di S. Giovanni coprì l'altar maggiore . Sed non fluvii modo , verum oceanus ipſe eodem ejuſdem anni menſe , atque eadem fortaſſe etiam nocte , praeter conſuetudinem ac modum intumuit , & plurimas maximaſque naves ad ſcopulos ac litus alliſit , firmiſſimaſque in ipſo litore moles evertit ; ſanctiſſimo illo viro Franciſco Borgia , Olyſipponem cum Caroli V. ad ſororem Catharinam , Joannis III. Luſitaniae regis , nuper exſtincti , conjugem , & Sebaſtiani regis , tum pueri , aviam , mandatis nuper advecto , tantam calamitatem divinitus & praeſagiente , & a ſe ſuiſque avertente . Placet rem totam , ab Alvaro Cienfuegos , S. R. E. poſtea cardinale , in hiſtoria ejuſdem Franciſci Borgiae , Mantuae carpetanorum an. 1717. edita , libro IV. cap. 19. § 3. proditam , iiſdem auctoris hiſpanicis verbis hoc loco deſcribere . *Entrò finalmente por la barra de Lisboa victorioſamente la barquilla , dando en el Santo Borja un cuerpo caſi difunto a la playa . . . Fueſe a repoſar al colegio de S. Roque , azotada de la tormenta , y combatido del mal , que aun le fatigava . Supo la reyna ſu venida , y lo mal convalecido que eſtaba y embiandole a viſitar u otro dia , le rogò , que , mientras ſe recobrava , paſſaſſe al palacio de Xabrégas , cuyo real ſitio ilustra y hermoſeo el Tajo . dixole , que la amenidad de aquellos jardines delicioſos , y los ayres mas puros hazian aquel parage el mas proporcionado a ſu breve convalecencia . Obedeciò el Padre Borja : a quien la reyna embiava todos los dias deſde ſu palacio la comida con tanta ſolicitud y benignidad ,* que no pudieran , *dize el P. Dionyſio Vaſquez* , hazer mas exceſſos , aunque fueſſemos todos hermanos ſuyos . *Detuvoſe tres dias el Santo en aquel parage viſtoſo , y la tarde del dia tercero saliò a viſitar un convento de S. Franciſco , vezino al palacio de Xobrégas , que mira tambien a la mar , travesſeando cerca de las ventanas las olas . eſtaba el cielo muy ſereno , ſin otra ſeñal de tormenta , que la que empezò a ſonar en ſu profecia . porque exortò los religioſos , cuyas celdas eran combatidas alagueñamente de las aguas , que no ſe quedaſſen a dormir aquella noche dentra dellas , ſino que ſe retiraſſen a otro quarto del convento , recogiendo tambien los libros , y demas alajas ; porque ſe*

obrutas & oppletas tenet, diverſabimur apud ſodales Olivetanos (*b*); ubi & libenter & commode ſumus, & ſtudemus diligeuter. Vale. XIV. Kal. octóbris. MDLVII. *b*

ſe enojaria el mar ſaſtudamente aquella noche, y abanzando las olas por las ventanas avria grande peligro... Salió Borja del convento, y apenos entró en el palacio de Xabrégas, quondo empezó a dar priſa a ſus compañeros y a los criados de la reyna, que le aſſiſtian de orden ſuya, para que le ſacaſſen luego de aquella caſa, y ſe fueſſen con el a San Roque de Lisboa... Huvieron de rendirſe todos, cegando la razon y la viſta al dictamen de Borja, que lleno de luz previa la tempeſtad obſcura, que la noche fragnoba, y fue una de las mas pavoroſas, que pobloron de deſtrozos navoles aquellas ployas... Aquella noche pues ſe empezoron a eſcuchar los bromidos de el oceano, monſtruo irritado, que parecia rebelarſe contra el cielo, y enroſcado ſobre el ayre, como que mudava de ſitio a todo ſu elemento, ſe bolvia a derribar impetuoſamente con formidable ruydo. las naos grandes de la India, que eſtaban amarradas con recias maromas, y fuertes ancoras, rotos los cables, y arrancadas todas las firmezas, eran arrebatodas a lo alto, chocando unas con otras, y bolvian a caer deſpedazadas. algunas batiendo contra las caſas vezinas, fueran movedizo eſcollo a tanto firme edificio. el palacio de Xabrégas, ſiendo alcazar ſobervio, que avia burlodo ſiempre las amenozas de las olas, y la hinchozon de ſus montañas padeció naufragio laſtimoſo, a trozos ſorvido, y a trozos arruynado... No fué mas p adoſa la borraſca con el religioſo convento de S.Franciſco; porque, entrandoſe el mar por las ventanas, anegó las celdas; nadando libros, meſas y camas, y fluctuantes muchos religioſos, que fueron ſocorridos de ſus hermanos, y otros vezinos, penetrando el corazon ſus clamores y ſus ruegos. haſta oy dura iluſtremente la memoria de aquella praſcela en aquel ſabio convento... Vino eſta tempeſtad, celebrada de la hiſtoria, deſde las ultimos terminos de la India, ſin que perdieſſe la furia en tanta diſtancia: y conduxo aquel contagio peſtilente, que empezando eſta noche por el ſetiembre de 1557. en Lisboa, ſe eſtendió deſpues por caſi toda Europa y Africa, cubriendo de cadaveres la tierra, y dexó impreſſo ſu horror en la poſteridad, y un proverbio al vulgo en el año de el Catarro.

(*b*) Ad S. Mariae Novae, inter antiquum templum Pacis, & arcum Titi.

CLVII.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

25.ſept. 1557.

TU, niſi eodem ſenſu reguſtares tuas literas, quo adhuc guſtaſti latinam linguam, nunquam peteres a nobis, ut te, quem de epiſtolarum erratis latine admonuimus ſic, ut planius loqui non poſſemus, apertius etiam doceremus. perturbatio illa, ut diximus (*a*), eſt in epiſtolae clauſula: qui locus *a* quantum contineat mendum cum minus intelligas, neque verbi

(*a*) In epiſtola 154. pag.252. *Proximas ad me tuas... velim reguſtes. nam recognoſces in clauſula perturbationem & vitium orationis.*

b bi illius (*b*) vim videris noſſe, neque perturbatum a praepoſtero diſtinguere. & tamen, quaſi cum aliquo tibi librario res ſit, qui confecerit rationem & epiſtolarum tuarum, & temporum, quibus illae redditae ſint, ſic tibi vis ego iterem eadem illa, quae dies jam paene delevit. permagni certe tua intereſt ſcire,
c quid a quoque poſtulandum ſit (*c*). Doleo, eam fuiſſe vobis cauſam, quam ſcribis, tardioris deceſſionis; nihil praeterea nocuiſſe, gaudeo. de reliquo Deus viderit, qui melius nobis cavet, quam ipſi optare poſſumus. Vale. VII. Kal. octobris.

(*b*) Videlicet *perturbatio*.

(*c*) Anſelmus non debuerat a patruo cardinale, tanquam ab aliquo librario, poſtulare, ut eas litteras, in quibus perturbatio illa fuerat, recognoſceret, & praeterea, quae ſemel jam ſcripſerat, iteraret. monet igitur eum patruus, ut poſthac in ſcribendo perſonarum rationem habeat, & quid a quoque poſtulandum ſit, prius cogitet.

CLVIII.

a. oct. 1557

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a NON fuit negandum Canio, & amico, & jandiu petenti (*a*). ſed idem tu meminiſſe debes, te, cum ejus filiolam in baptiſmate ſuſcepiſti, tantum pro illa interceſſiſſe, quantum ſpondere periculoſum eſt, perſolvere vero vix quiſquam poſſit. quae vis ſit iſtiuſmodi ſponſionis, non omnino ignoras, ſi, quae ex
b divo Hieronymo de tirocinii die (*b*) olim juſſu meo memoriae mandaſti, tibi non exciderunt. ſed haec nondum ſatis noſti.
c tantum igitur habeto, quod Caneo (*c*) conceſſiſti, non eſſe in vulgus

(*a*) Petierat autem, ut filiolae, ſibi natae, Anſelmus in baptiſmate ſuſceptor, ſive, ut vulgo ajunt, patrinus, eſſe vellet.

(*b*) In epiſtola ad Heliodorum, *Audi*, inquit Hieronymus, *edictum regis tui: „ Qui non eſt mecum, contra me eſt, &c., qui mecum non colligit, ſpargit „. Recordare* tirocinii tui diem, *quo Chriſto in baptiſmate conſepultus in ſacramenti verba juraſti, pro nomine ejus non te patri parciturum eſſe, non matri &c.*

(*c*) Si quis me putat illa aetate, qua haec ſcribebantur, vixiſſe, & omnes Canios, Gaſpares, caeteroſque, quorum nomina in his epiſtolis occurrunt, noſſe, vehementer errat.

Ne Dionyſium quidem ſatis noram, eum, qui a Petro Victorio in epiſtola 3. libri III. ad Robertum Nobilium data, nominatur, quemque ego pagina hujus voluminis 2. col. 1. & pag. 34. col. 2. ex Athanaſiorum gente fuiſſe dixeram me ſuſpicari. verum is non ex Athanaſiorum, ſed ex Lippiorum familia fuit: id, quod ex quadam hominis epiſtola didici, quae cum aliis multis in Magliabechiana bibliotheca claſſ. VIII. num. XII. Florentiae adſervatur, cujuſque exemplum eruditiſſimus vir, idemque humaniſſimus, Laurentius

gus dandum. cum enim omnibus id cavendum eſt, tum iſti aetati maxime, quam in baptizandis infantibus adhiberi, vix probarim. quamobrem poſthac ejus generis omnia prius referes ad nos, quam cuiquam quid temere polliceare. Perpetuam mihi tuam Iſocratis & Ciceronis lectionem re magis probes, velim, quam affirmatione literarum. Quod & ad affines & ad amicos domum iveris officii cauſa, ut primum Bononiae fuiſti, laudo.

rentius Mehus ad me nuperrime miſit. eſt autem hujuſmodi:

Franciſco Victorio, Petri nepoti, Dionyſius Lippius S.

Exiit tandem liber orationum & epiſtolarum Petri Victorii, avi tui, viri clariſſimi atque doctiſſimi . . . Ipſe enim adoleſcens viro illi eruditiſſimo in litterarum ſtudiis, quo tempore in civitate noſtra (florentina) *tum gratia tum latina lingua florebat, operam dedi, illique, ſi quid profeci, id totum acceptum refero . . . Quanto autem amore ille me ſemper proſequutus fuerit, pater tuus, vir optimus, quicum ab ipſa adoleſcentia mihi erat conſuetudo & amicitia, locuples teſtis eſſe poteſt. ac vel ex hoc etiam id intelligi poteſt, quod, quum Roberti Nobilis, Julii III. pontificis maximi pronepotis, poſtea cardinalis ampliſſimi, epiſtolae reſpondiſſet, in calce ejus epiſtolae* (quae inter editas Victorii epiſtolas libri tertii tertia nunc eſt) *mentionem honeſtiſſimam, ut eſt in epiſtolarum ſuarum codice, de me fecit. eram enim eo tempore Anconae, ſervitutemque ſerviebam patri ſuo* (Vincentio) *maxime illuſtri, qui iis civibus jura dabat: ego autem illius filio* (Roberto) *nobiliſſimo, & optimae ſpei adoleſcenti, eram in litteris magiſter, in moribus moderator . . . E caſtro florentino. XVI. Kal. octobr. 1586.*

Cum qua epiſtola alteram ejuſdem Dionyſii Lippii ad me laudatus Laurentius Mehus miſit, Antonii Dalmatae nomine ad Pogianum datam. cui epiſtolae reſpondiſſe Pogianus iis litteris videtur, quas habes ſupra pag. 178. Hoc quoque humaniſſimi Laurentii elegans munus volo commune mihi cum eruditis eſſe.

Antonius Bona Julio Pogiano S.

Epiſtolam tuam, officii & incredibilis tuae erga me benevolentiae pleniſſimam, legi libentiſſime. in qua ſummam illam ingenii tui ſuavitatem, qua tu coram, Bononiae quum eſſes, cum in omnes tum praeſertim in me uſus fuiſti, recognovi: ac te plane doctum, & in hoc polito atque ornato ſcribendi genere valde exercitatum in iiſdem tuis litteris perſpexi. quare gratulor tibi, quod cum ſumma humanitate ac ſuaviſſimis moribus, quibus te praeditum video, ſummam etiam doctrinam ac rerum ſcientiam habes conjunctam. mihi vero gaudeo, quod, quae olim a Dionyſio Lippio, utriuſque noſtrum amantiſſimo, de te magna cum tua laude mihi nuntiabantur, multa etiam majora intellexi; eamque expectationem, quae de tuis laudibus apud nos erat excitata jam tum quum Romae eſſes, & in ea luce, non ſine magna tua dignitate, in tot ampliſſimorum virorum conſpectu ita luculente diceres (foet. viveres), *facile ſuperaveris. ſed illud unum mihi argumento eſſe debebat, eum te eſſe, qui vulgo praedicaris, quod videbam, te in familiaribus atque adeo intimis eſſe Dandini, cardinalis ampliſſimi, qui non niſi optimos atque eruditiſſimos viros apud ſe eſſe patitur, ac liberali aliqua doctrina politiſſimos: in quorum numero te eſſe, & merito quidem, omnes fatentur. ſed, ne pudorem tuum forte offendam, ac tibi adſentari potius, quam te laudare videar, hoc ad te ſcribendi genere in praeſentia ſuperſedebo. Reſtat igitur, Juli*

mi

Gaſparem noſtrum non belle habere, moleſte fero. Vale. VI. non. octobris. M.D.LVII.

mi ſuaviſſime, ut, quemadmodum ego te in omnibus meis rebus & patronum & defenſorem paro, ita tu me tibi & amicum & in omnibus rationibus tuis paratiſſimum eſſe exiſtimes, & quod nunc verbis tibi proline quid em polliceor, re ipſa me, ſi opus etia m fuerit, praeſtiturum. ita enim virtus & ſingularis quaedam tua in me benevolentia videntur poſtulare. Vale.

CLIX.

9. oct. 1557.

Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

BEne habet: ſi tamen eſt epiſtola fidelis interpres animi tui. valet enim errati dolor ad omnia, ac demum id ſapere eſt, cum admoniti reſipiſcimus. qua re fit, ut etiam proxima quaeque tum actio tum oratio[1] ſuperioris vitae magiſtra ſit. tu modo effice, ut facta dictis reſpondeant: & eris is, qualem vo-
a lumus. Habes, puto, Tanarium (*a*) tuum, quem tanto interval-
b lo graviſſime (*b*) ſalutes: qua in re multum te Fulvius noſter adjuvabit. Vale. VII. id. octobris.

(*a*) De hoc Tanario frequens in ſequentibus litteris incidet mentio.

(*b*) Locum mendoſum puto. nam quid eſt *graviſſime ſalutare?* ſed eadem lectio vaticani quoque codicis eſt.

CLX.

16. oct. 1557.

Idem Eidem.

CEſſatores tabellarios, vel certe parum ſtrenuos! qui tempori non reſpondeant. non potes igitur, quemadmodum velles, longiores epiſtolas ſcribere, quod noſtrae ſerius perferuntur? ſuppeditant videlicet argumentum tibi meae literae. verum, quoniam incitari tabellariorum celeritas omnino non poteſt, iſti ſic medebimur incommodo. ſcribes tu ſemper ad conſtitutum vel inanes literas vel breviſſimas, modo id latine facias: quod jam ab initio hujus conſuetudinis tibi ſcis a me permiſſum fuiſſe. omnem brevitatem ſermonis elegantia compenſabit. Tanarii noſtri literae laetiſſima de te nunciant; quae faciet etiam ipſe propediem laetiora. tu, quid tibi oneris imponatur, ſi tamen id eſt onus, quod libenter ſuſcipitur, & glorioſe perfertur, cum haec de te afferuntur, profecto debes intelligere. Vale. XVII. Kal. novembris.

CLXI.

CLXI.

Idem Eidem. 23. oct. 1558.

EXpoliverunt nobis te nonnihil pauci iſti bononienſes dies (*a*). a nam, etſi id ipſum fere reddis, quod fuit in noſtris literis, tamen, quod via quadam uti incipis, ut nihil dedeceat in epiſtola, & noſtra neſcio quomodo pro tuis libenter legimus, & nos voluntarius hic error delectat. tu modo perge reliqua (*b*), ut appareat deinceps, & urbanas & hibernas tuas literas, non ruſticanas aut aeſtivas (*c*) eſſe. quid enim & locus & anni tempus a te poſtulent, profecto vides. ſed jamjam aderit Tanarius; ex quo ſi minus de ejus lacrymis (*d*), certe de tuis & ſtudiis & moribns omnia cognoſcemus. Vale. Roma. x. Kal. novembr. M. D. LVII.

(*a*) *Bononienſes dies* vocat eos, quibus Anſelmus, rure reverſus, iterum Bononiae eſſe coeperat.

(*b*) De hac verbi *pergere* cum accuſativo caſu adhibendi ratione quid judicii mei ſit, habes in volumine hujus operis IV. pag. 411.

(*c*) Quales eae, quas ad me per aeſtatem dabas, tuae litterae fuerunt, minime elaboratae multumque impolitae.

(*d*) Scripſerat fortaſſe Anſelmus, in ſuo digreſſu a Tanario, apud quem aliquot dies ruri fuerat, lacrymas eum tenere non potuiſſe.

CLXII.

Idem Eidem. 30. oct. 1557.

ETSI ſcio, non optatis modo facultatem latine ſcribendi, ſicuti praeclaras alias res fere omnes, ſed labore praeterea ac diligentia comparari, non eſt mihi tamen injucunda frequens declaratio ſtudii, quo teneri te ſcribis iſtius rationis: quippe cum etiam intelligam, cupiditate & operam & induſtriam commoveri. cujus rei ſpero te mihi ſignum daturum aliquando, vel id potius jam abs te requiro. vix enim mihi quiſpiam diuturnum ardorem ſuum ad rem ullam probarit, niſi aliquis etiam ejuſce rei fructus apparuerit. nam ſemper optare id, quod aſſequi poſſis, negligentis quodammodo eſt & otioſi (*a*). ſed res a jamjam incipiet melius ire. non enim dubito, quin te regienſis iſte adoleſcens, quem pacis commoda, belli incommoda ita luculenter collegiſſe ſcribis, ad ſtudia literarum excitarit. Vale. III. Kal. novembr.

(*a*) Virgilius libro III. georg. v. 454.
— Alitur vitium, vivitque tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat & meliora Deos ſedet omnia poſcens.

CLXIII.

6. nov. 1557.

Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

EX multis incommodis, quae magnitudo habet & aſſiduitas imbrium, illud commodi eſt, quod major tum facultas ſtudendi datur. quinetiam ejuſmodi foedae tempeſtates ſcriptionem adjuvare ſolent. nam, cum te domi neceſſario contineas, quo plus temporis ad ſcribendum eſt, plus etiam diligentiae eſſe debet. quae cum ita ſint, ſic autem loquantur literae tuae, *ita maximos imbres* (*a*), & *aliquid damni & Romae & tibi feciſſet* (*b*) *alluvio*, nihil minus illa ſignificant, quam pluviam (*c*). puerilia iſta ſunt, Anſelme. quare etiam turpius a te ignorantur. & tamen frequens es auditor oratorum ac juris conſultorum; quorum orationibus, ut ſcribis, elegantiſſimis, miror quid ſit, quod vitioſus ſermo literarum tuarum excoli non poſſit. Vale. VIII. id. novembr. M. D. LVII.

(*a*) Non *ita maximos*, ſed *ita magnos*, latine ſcribendum in ſuis litteris Anſelmo fuit.

(*b*) *Feciſſent alluvia, nihilominus illae ſignificant &c.* exempl. Emendavi ex codice vatic. qui tamen retinet *illae*, non, ut ſcripſiſſe Pogianum cenſeo, edique juſſi, *illa*. Coarguitur autem heic alterum Anſelmi litterarum peccatum, qui *damnum facere*, quod latinis eſt *damnum ſubire, damno obnoxium eſſe, jacturam facere &c.* pro *damnum inferre* uſurparat. Cicero *de clar. orat.* c. 125. *Damnum enim illius* (C. Gracchi) *immaturo interitu romanae latinaeque litterae fecerunt*.

(*c*) Hoc dicit: Tanta litterarum tuarum flagitia ſignificant, a te illas ſudo maximeque ſereno caelo, non pluvio (cum plus & temporis & diligentiae ſcribendo adhiberi poteſt & ſolet) fuiſſe ſcriptas.

CLXIV.

21. nov. 1557.

Idem Eidem.

COnſtantiam pietatis & religionis, quam te ſervare ſcribis, & amo & laudo. tua deinceps praecipua cura ſit in ſacroſancto iſto munere (*a*) obeundo. nam reliqua tibi proſpere evenient.

(*a*) Beneficium, ut ajunt, eccleſiaſticum, quam Abbatiam vocant, proxime conſequutus Anſelmus fuerat. id ex duobus ſequentium epiſtolarum potiſſimum locis intelligimus. alter locus eſt in epiſt. 172. *Et tamen te, nova tum honoris, tum anni, tum brevi etiam neceſſitas ratio elegantiorem in ſcribendo facere debent*. Alter eſt in epiſt. 179. *Quod praeſens olim juſſu meo faciebas... id nunc diligentius etiam, quam antea facere debes. nam & tempus, & perſona Abbatis, & abſentia tua plus tibi, ſed tamen, ut ſpero, voluntariae, neceſſitatis imponunt*. Id autem eccleſiaſticum beneficium fuiſſe ditiſſimam

S. Bar-

nient. Robortellum (*b*), nobilem doctorem, Bononiae docere, tum iſtius civitatis, cui volo omnia, tum tua cauſa mirabiliter laetor. non enim dubito, quin te hortatu etiam Reguli, magiſtri tui, quem Robortelli ſtudioſiſſimum eſſe audio, & frequentem ei & attentum auditorem praebeas. quam quidem rem ad multa tibi adjumento fore, ſperamus. Sed heus tu, non putaſti, te nobis probare poſſe, tuas eſſe, quas ad nos ſcribis, literas, niſi tantum peccares in illis, quantum profecto intelliges, ſi eam partem proximae epiſtolae tuae diligenter legeris, in qua eſt de feſto die omnium ſanctorum? pudet me, ut ſuperiora omittam, recentis iſtius errati. quamobrem nolim tum praeceptoris tui fide & liberalitate, tum patientia noſtra poſthac abutare. Vale. III. (*c*) id. novembris. M. D. LVII. b c

S. Bartholomaei extra Ferrariae muros *abbatiam*, quam in Anſelmum cardinalis patruus a ſe tranſtulerat, ex Ughellio, de imolenſium epiſcopis in *Italia ſacra* agente, diſcimus.

(*b*) *Robertellum* exempl. Emendavi & heic & infra, & in multis ſequentium epiſtolarum locis. nam *Robortellum*, non *Robertellum*, ipſe ſe in ſuis libris, quos multos & multa quidem eruditione refertos edidit, appellavit. fuit autem Franciſcus Robortellius, patria utinenſis, humaniorum litterarum doctor primum Piſis, deinde Patavii, poſtremo Bononiae. de cujus cum Sigonio Manutioque ſimultatibus, per card. Hieronymum Seripandum, Bononia Tridentum anno 1561. iter habente, compoſitis, vide volumen II. pag. 2. 317. & 318.

(*c*) Fortaſſe *idibus*, non III. *id.* adſcribendum huic epiſtolae eſt, ob eam cauſam, quam ſupra ad epiſtolam 155. ſignificavi pag. 252.

CLXV.

Idem Eidem.

20. nov. 1557.

PErgratum mihi eſt, aculeos admonitionis noſtrae tibi non ingratos accidiſſe. nam perjucundam fuiſſe literarum objurgationem, omnino non credo. nec vero te privabimus eo jucunditatis fructu, quoties ad nos & nobis & te dignas literas miſeris. video enim quantus ſit laboris ac diligentiae ſtimulus, pro re, pro tempore, modo laus, modo reprehenſio: quorum alterum, quo praeclara ingenia maxime incitari ſolent, ne tu quidem, ut jam dixi, deſiderabis, cum res id poſtulabit; altero ne mihi utendum ſit, tui erit officii. Amo Robortelli (*a*) humanitatem, qui tibi mandarit, ut mihi ſalutem adſcriberes; quem tu & diligenter audi, & a nobis ſalvere jube. Manzolio (*b*) item, huma- a b

(*a*) De Robortellio vide proxime ſuperiorem epiſtolam.

(*b*) Fortaſſe hic eſt Benedictus ille Manzolius, ad quem aliquot Bartholomaei

humaniſſimo noſtrique amantiſſimo homini, ſalutem plurimam referes: dices etiam Regulo, magiſtro tuo. Vale. XII. Kal. decembr. M. D. LVII.

lomaei Riccii exſtant epiſtolae. *Bartholomaei* autem ſcripſi, qui *Barptolemaei* ſcribere ſolitus ante fuerim. Ptolemaei enim *bar*, ſive *filium*, eſſe cum multis putabam eum, qui vulgo Bartholomaeus diceretur. hunc mihi errorem Angelus Caninius, vir graece, ſyriace, hebraiceque, quemadmodum omnes norunt, doctiſſimus, eripuit: in cujus commentarium *de locis S. ſcripturae hebraicis* cum nuper incidiſſem, illa, quibus non aſſentiri non poſſum, capite XIII. legebam: Bartholomaeus *non eſt* filius Ptolemaei, *ſed* filius Thalmái: *quod nomen in bibliis legitur multis ante ſaeculis, quam* Ptolemaeus *ullus natus eſſet*.

CLXVI.

Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

27. nov. 1557.

SUperioribus literis, non unis, ſed pluribus, ſatis arbitror caſtigatam eſſe negligentiam tuam. quod etſi magis perſpexi adhuc ex doloris tui ſignificatione, quam ex diligentia epiſtolarum, tamen, quia ſpero etiam reliqua, non modo relevabo (*a*) te in praeſentia, ſed ſpem praeterea laudabo. in quo ne offendam apud dicendi magiſtros, qui laudem virtuti certae, *non* incertae expectationi tribuendam eſſe ſcribunt, tu mihi caveas oportet, ideſt, ejuſmodi epiſtolas mittas ad nos, ut veritati teſtimonium dediſſe videamur. quas eo etiam magis a te expecto, quod tam multa quotidie audis, legis, ſcribis, quae niſi potiſſimum refers ad comparandam latine ſcribendi facultatem, non dicam, te, quod diligenter ſtudeas, operam perdere, ſed, quid maxime in literis quaerendum ſit, ignorare. Vale. Roma. V. Kal. decembr. M. D. LVII.

(*a*) Cicero *ad Atticum* lib. III. epiſtola 10. *Haec eo ſcripſi, ut potius relevares me, quod facis, quam ut caſtigatione, aut objurgatione dignum putares*.

CLXVII.

Idem Eidem.

4. dec. 1557.

NOn dubito, quin accurate perpendas ſingula momenta humanitatis & obſervantiae in congreſſu atque ſermone cum omnibus, praeſertim vero cum principibus iſtis mantuanorum, quorum ſumma familiae nobilitas ſummis animi atque ingenii ornamentis magis etiam illuſtratur. quamobrem officium illis & cultum, qui tum ampliſſimo generi, tum egregiae virtuti debetur,

betur, ſemper tribues. quae ſane praeceptio ad omnes pertinet; ut nemo ſit, cui vel ſuperbus, vel inhumanus, vel inurbanus jure videri poſſis. neque enim aeque facilitate mea in iſtis peccatis utere, atque uteris in erratis epiſtolarum. ſed ſpero, fore, ut & ſtudiis literarum & omnibus vitae officiis cupiditati noſtrae ſatisfacias. Saluta Guaſtavillanos (*a*) hoſpites noſtros. Vale. Roma. prid. non. decembr. M. D. LVII. *a*

(*a*) Vide epiſtolam 122. pag. 180.

CLXVIII.

Idem Eidem. 11. dec. 1557.

NON accuſo te de comparatione ſimilitudinis, quae & acumen habet, & ingenuam errati confeſſionem; ſed moneo, ut, non tam viam iſtam lubricam eſſe exiſtimes, in qua multorum & concitatos & rectos curſus admiramur, quam ut cognoſcas infirmitatem crurum tuorum, qui interdum etiam plano & ſtabili loco prolabare. ſed quid tibi venit in mentem unum illud ad reſpondendum arripere, in quo nonnihil reprehenſionis fuit cum magna, vel certe cum aliqua, tua laude conjunctum, reliqua praetermittere, quibus liberaliter ſane ſpem, quaſi rem (*a*), laudavimus? an magis iſtis ſtimulis incitaris? non arbitror. omnes enim, inquit ille (*b*), accendimur ad ſtudia gloria. an veritus es, ne a rhetoribus reprehenderer in eo, quod eorum praeceptis abuterer? pie tu quidem, ſi id cauſae fuit, atque ſimpliciter. ſed quomodo ſe cunque res habeat, perge, ut coepiſti. neque enim quid tu non poſtules ſpectabimus, ſed quid tuis literis debeatur. Vale. Roma. III. id. decembr. M.D.LVII. *a* *b*

(*a*) Vide epiſtolam 166. pag. 262.

(*b*) Cicero lib. I. *tuſcul. quaeſt.* c. 4. *Honos alit artes, omneſque incenduntur ad ſtudia gloria; jacentque ea ſemper, quae apud quoſque improbantur.* & *pro Archia* cap. 26. *Neque enim eſt hoc diſſimulandum, quod obſcurari non poteſt. trahimur omnes laudis ſtudio, & optimus quiſque maxime gloria ducitur.*

CLXIX.

CLXIX.

18. dec. 1557.

Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

MActe virtute. calent enim tum ſtudia tua, cum multi
a b ita frigeant (a), ut jacére (b) cogantur. nam epiſtolas ſcribis, communes tractas locos: praeclare tu quidem; ſi, quid
c alterius rei, quae poſterior eſt (c), tractatio quaerat, jam ſuſpicari potes: nam plane adhuc intelligere non arbitror, ſed ſpero, purum dilucidumque ſermonem antiquiſſimam tibi curam eſſe, priuſque ſtudere te latine loqui, quam ornate dicere; praeſertim cum & ſimul utrunque qui hac aetate conſecutus ſit, vix
d e reperias (d), & propria verborum vis neceſſitatem (e) habeat. ſed omnia moderabitur prudentia ſua Regulus noſter, & intelligens aeſtimator iſtius artificii, & ſtudioſiſſimus ac diligentiſſimus utilitatis tuae. Vale. Roma. xv. Kal. jan. M. D. LVII.

(a) Propter anni frigidiſſimam tempeſtatem. erat enim menſis december. Ovidius lib. 1. *Triſt.* eleg. 10.

Littera quaecumque eſt toto tibi lecta libello
Eſt mihi ſollicitae tempore facta viae.
Aut hanc me, gelido tremerem cum menſe decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis: &c.

(b) Torpére, frigore debilitati atque abjecti, nihilque agere, planeque ceſſare coguntur.

(c) Prius eſt latine, quam ornate loqui. L. Craſſus apud Ciceronem lib. 1. *de orat.* cap. 134. *Audieram etiam, quae de orationis ipſius ornamentis traderentur: in qua praecipitur primum, ut pure & latine loquamur ... tum ut ornate*. idemque lib. III. cap. 38. *Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui neſciat, nec ſperare, qui latine non poſſit, hunc ornate eſſe dicturum*. Anſelmus autem eo, quod prius eſt, neglecto, in orationis ornamentis, quod poſterius eſt, conquirendis praepoſtere occupabatur.

(d) De hac eadem querela vide epiſtolam 121. pag. 178.

(e) Nullis orationis ornamentis adhibitis, poſſunt tamen ab aliis intelligi ea, quae dicimus. eadem autem, niſi verbis propriis, & id, quod intelligi ab aliis volumus, ſignificantibus, utamur, omnino non intelliguntur. eſt igitur verborum vis ac proprietas, non autem ornatus, ad eorum, quae dicuntur, intelligentiam prorſus neceſſaria.

CLXX.

25. dec. 1557.

Idem Eidem.

a ORatio tua de juſtitia (a) percommode incidit in eum diem, quo die anniverſaria ſacra facimus ſolis illius juſtitiae, qui illuminat omnium hominum mentes: cujus ut jucundiſſima luce

(a) Orationem de juſtitiae laudibus Anſelmus exercitationis cauſa ſcripſerat, ad patruumque miſerat: quae Romam ipſo natali D. N. Jeſu Chriſti die allata a tabellariis fuerat.

luce tu quoque ſalutariter illuſtrari poſſis. non dubito, quin ad ejus ortum, more tuo, ſanctiſſimo te ſacramento tum confeſſionis(*b*)

(*b*) Poenitentiae ſacramentum quoties in hiſce epiſtolis intelligi Pogianus voluit (ut hoc loco, & in epiſt.133. pag.225.& in epiſt.143. pag.241.) ſemper *confeſſionem*, numquam *exomologeſim* dixit, tulliani illius praecepti lib.I. *de offic.* cap.111.memor: *Sermone eo debemus uti, qui notus eſt nobis, ne, ut quidam, graeca verba inculcantes jure optimo irrideamur.* Ego Vincentium Mariam Dinellium, cathedraticum caſanatenſem, qui in ſua prima ad Carolum Nocetium epiſtola pag.37. *exomologeſim*, non *confeſſionem*, *inculcarat*, in meis ad Joannem Vincentium Lucenſem litteris, de quibus alibi dixi, non equidem *irriſi* (quamquam id *mihi jure optimo* facere per Ciceronem licebat), ſed tantummodo *Joannem ipſum* Vincentium, Dinellio *in ea re ſuffragantem*, quid ego de eadem ſentirem, ſcire volui. itaque pagina 60.ita ad eum ſcripſi: *In vocabulo* exomologeſim *non recte videris mihi ſingularem amici tui*(Dinellii)*latine ſcribendi elegantiam ac tamquam religionem agnoſcere, qui vulgo obvium, atque, ut ajunt, eccleſiaſticum* confeſſionis *nomen vicarit, ut exquiſitius ac tamquam eruditius adhiberet. video equidem, ſpectaſſe id hominem, ſectatorem in ſcribendo lautitiarum ac paene aucupem, quique ſibi tacitus in ſinu ſuo latinorum litterarum ſcientiae atque elegantiae fortaſſe plus tribuit, quam veritas & res ipſa aeque hominum intelligentium acre judicium incorruptumque patiatur. ſed certe nemo eruditus, praeter te, umquam ſenſit, in latina ſcriptione dictiones non latinas eſſe admiſcendas, praeſertim ubi latinae non deſunt. quid? non latinum, ac valde quidem latinum, eſt verbum* confeſſio? *non peregrinum, & certe non latinum* exomologeſis? ... *Quod ſi quis, graeculorum more, graecis aliquot vocabulis in latina oratione adhibendis, atque, ut ait Cicero, valde reprehendens*, inculcandis, *id aſſequi ſe poſſe confideret, ut graecae etiam linguae ſciens atque peritus ob hominibus ſoltem iis, qui ejus linguae neque ſcientes neque periti ſunt, haberetur, is certe curare magnopere deberet, ut, in graecis ipſis vocabulis uſurpandis, a recta graecorum ſcribendi ratione, quam orthographiam dicunt, ne diſcederet. quod amicum tuum non caviſſe, demiror: qui, quum ſexcenties, in ſuis ad ſuos illos famoſos* Sermones *adnotationibus*, anonymi *hoc nomen uſurpet, ſemper per jotam, tertiam illius ſyllabam, numquam per ypſilon, effert. Atque hoc ipſo loco majorem fortaſſe graecae eruditionis ſuae ſuſpicionem graeculis afferre potuiſſet, ſi* exhomologeſim (*quemadmodum latinis eſſe ſcribendum, propter aſperum graeci verbi* ὁμολογεῖν *ſpiritum, docti plerique arbitrantur*) *potius, quam* exomologeſim *ſcripſiſſet. Verum ille adſpirationem*, exomologeſi *injuria* (*ſiquidem ei non injuria debebatur*) *ereptam, reſtituit liberaliter nobis in voce* inhusbanus, *quam in iiſdem* Sermonum *enarrationibus iſto ipſo catulliani Arrii more plus vice ſimplici ſcripſit.*

Quid ad haec cathedraticus? *Non* exomologeſim, inquit, *ſed* exhomologeſim *ſcribi debuiſſe defendit* (Lagomarſinius). *ſed, quamquam vox graeca* ὁμολόγησις homologeſis *aſpirata eſt, tamen, ut aliae aſpiratae voces graecae in compoſitione, ſic* homologeſis, *ſi ei ſit adjuncta particula* ex, *aſpirata eſſe deſinat neceſſe eſt. quid enim? an iſte graeculus* (Lagomarſinius) ſynhodum *pro* ſynodum, exhodum *pro* exodum *ſcribet, propterea quod vox graeca* ὁδὸς *aſpirata ſit?*

Homini *inurbano*, tam contumelioſe interroganti, moderate, quemadmo-

Digitized by Google

tum communionis expiaris. quae nimirum res tanto majorem

modum non inurbanum decet, reſpondebo. Falſo dicit, *defendiſſe* me, *exhomologeſim* ſcribi debere. id unum affirmavi, *exhomologeſim* potius, quam *exomologeſim*, latine ſcribendum doctos pleroſque arbitrari: de ipſa autem re ſententiam meam, quod non id tum agebatur, nullam interpoſui. ſed certe, ita potius ſcribendum eſſe, pleriſque cum doctis & tum ſentiebam, neque nunc aliter ſentio. cur? quia, quae graeca vocabula latina fiunt, ad latinorum rationem ac normam accommodari debent. eſt autem hoc latinis ſollemne atque perpetuum, ut in compoſitis vocabulis, ſimplicium, unde illa componuntur, adſpiratio, ſi qua in iis fuerit, retineatur. hinc ab ſimplicibus *audio*, *eo*, *inanio*, *oro*, *uro*, quae non adſpirantur, compoſita *exaudio*, *exeo*, *exinanio*, *exoro*, *exuro* ſine adſpiratione naſcuntur. at vero ab adſpiratis *haurio*, *heres*, *hilaro*, *hortor*, *hubero*, compoſita *exhaurio*, *exheres*, *exhilaro*, *exhortor*, *exhubero* fiunt. igitur ex ſimplici *homologeſi* non niſi compoſitum *exhomologeſis* latinis, graeca nomina ad ſuam conſuetudinem traducentibus, poteſt exſiſtere.

Idem in *ſynhodus*, idem in *exhodus*, idem in omnibus compoſitis ejuſmodi vocabulis, quorum ſimplicia adſpirantur, valere debet ac valet: una eſt enim atque eadem omnium, quam dixi, latinae conſuetudinis ratio. ut plane ridiculus omnibus cathedraticus videatur neceſſe ſit, qui propterea non ſcribendum eſſe *exhomologeſim* defendat, quod me non ſcripturum *ſynhodum* ſibi perſuaſerit. ego *ſynhodum* non ſcribam, qui *exhomologeſim* ſcribi oportere contendam?

Quo in utroque vocabulo ita ſcribendo, praeter rationem, quam attuli, quaeque etiam ſine auctoritate ſe ipſa tueretur ac per ſe ſola conſiſteret, auctores etiam locupletiſſimos habeo, qui ſimiliter ſcripſerint. ac de *exhomologeſi* quidem, eximius ille S. Joannis Chryſoſtomi interpres atque enarrator Fronto Ducaeus, in quadam ad librum II. *περὶ κατανύξεως*, *de compunctione cordis*, pag. 153. pariſinae editionis anni 1614. adnotatione, ait, in codice quodam Nicolai Fabri, qui codex latinam ejuſdem operis interpretationem contineret, ita legi: *Nos vero neque* exhomologeſis *ipſa & confeſſio quid ſit, novimus*. tum de ſuo haec addit Ducaeus: *Apud Cyprianum epiſt. 10. ſumitur* exhomologeſis *pro ipſo actu poenitentiae &c.*

De *ſynhodo* autem, quo modo cathedraticus non niſi *graeculos* ſcripturos putat, audiatur Aldus Manutius in ſua *Orthographiae ratione* venetae editionis an. 1591. *Synhodus*, inquit, *cum y & adſpiratione, a graeco; ut methodus, exhodus. Lapides*. quorum lapidum duos, ſatis illos quidem antiquos, continuo exhibet, in quibus *ſynhodi* totidem litteris inſcriptum eſt. idemque Aldus pagina ejuſdem operis 302. *Exhodus*, inquit, *cum adſpiratione: quia componitur a graeco* ὁδὸς. *nec aliter libri veteres*.

Paullus Manutius, Aldi ipſius pater, in epiſtola 1. libri VI. quae eſt ad Franciſcum Richardotum, atrebatenſium epiſcopum, anno 1565. Romae data, *Ut legi*, inquit, *orationem tuam, nuper habitam in* ſynhodo *cameracenſi &c.*

Joannes Lamius, quem honoris cauſa nomino, in ſuo *de eruditione apoſtolorum libro ſingulari*, quem quidem Florentiae anno 1738. Bernardi Paperinii typis in lucem emiſit, pag. 88. *Quod* inquit, *Canon* XIII. ſynhodi *Gangrenſis prohibuerat*. neque vero alia orthographia utitur tum in hoc tum in reliquis ſuis opribus, quoties haec ei vox uſurpanda occurrit: occurrit autem frequentiſſime. idemque in *Vita Antonii* Mariae Lupii, inter *Italorum memorabilia*, ſemel, iterum, ac tertio *Panhormum* ſcribit, numquam *Panormum*, cet-

rem nunc a te probitatem & innocentiam poſtulat, quanto ma-

certe ob eam cauſam, quod, ut ὁδὸς, ſic ἵππος graece adſpiratur.

Jacobus quoque Facciolatus meus in ſuo *Calepino* ad vocem *Synodus*, ſcribi etiam *ſynhodus* affirmat: *eſt enim*, inquit, ab ὁδὸς *via*. En quales *graeculi*, ut innumerabiles alios omittam, *ſynhodum* & *exhomologeſin* ſcribant, aut certe ſcribi rectiſſime poſſe arbitrentur. eodemque illa pertinent, quae nemo fere aliter, quam cum adſpiratione ſcribit, *Exhedra*, *Euhemerus* (apud Varronem lib.I. *de re ruſt.* c.48. & Columellam lib.IX. cap.2. & Lactantium lib.1. cap.X.), *Euhyus*, *Polyhydium*, *Polyhymnia*, *Polyhiſtor* &c.

At enim, cum ἐξομολόγησις, cum σύνοδος, cum reliqua ejuſmodi graeca compoſita ſcribuntur, illa ſimplicium adſpiratorum nota adſpirationis omittitur. Omitti quidem fateor. quid tum? an propterea, cum eadem deſinunt eſſe graeca & latina fiunt, non ad latinorum rationem redigenda ſunt? graeca graecorum, latina latinorum more ſcribantur.

Sed qui tandem eſt iſte graecorum mos, quamque probandus? mihi quidem pravus, reprehendendus, emendandus, & contraria conſuetudine tollendus videtur. aut adſpirationum notae uſquequaque in graecis vocabulis omittendae ſunt (quemadmodum olim multis ſaeculis factum eſt, cum neque accentuum notae ullae in uſu eſſent), aut etiam hujuſmodi compoſitis inſcribendae. aut enim ſimplicia in compoſitis adſpirata eſſe deſinunt, aut adſpirandi naturam vimque retinent. retinere autem perſpicuum eſt. nam, ſi eam amitterent, tum profecto conſonantes litterae π, κ, τ (quae tenues dicuntur), ejuſmodi ſimplicibus in compoſitione praepoſitae, nulla adſpiratione afficerentur, hoc eſt, adſpiratae e tenuibus nequaquam evaderent. quod contra fieri conſtanter videmus. itaque ſimplex ἔχω, quod in praeſenti non adſpiratur, gignit compoſitum μετέχω: idem vero, quia futurum adſpiratum habet ἕξω, in compoſiti quoque futuro adſpiratur, μεθέξω: & a ſimplici ὁδὸς adſpirato μέθοδος adſpiratum exſiſtit. ſi igitur horum compoſitorum ἐξομολόγησις, σύνοδος &c. ſimplicia ὁμολόγησις, ὁδὸς &c. naturam vimque adſpirandi ſuam in ipſa compoſitione non minus retinent, quam ἕξω in μεθέξω, ὁδὸς in μέθοδος &c., cur non ἐξ῾ομολόγησις, σύν῾οδος &c. inſcripta adſpirationis nota inſigniantur, ne, ſi aliter fiat, amiſiſſe adſpirationem ſuam exiſtimentur? quod profecto in μεθέξω & μέθοδος accidiſſe crederemus, ſi μετέξω & μέτοδος, non τ in θ commutato, hoc eſt, non ulla adſpirationis ſignificatione data, ſcriberetur. qui autem aliter poſſumus adſpirationis, quae his quoque compoſitis ἐξομολόγησις, σύνοδος &c. ineſt, ſignificationem dare, quam notam illam ‘, ejus ipſius rei cauſa inſtitutam, inſcribendo? an non idem facimus ad litterae ρ adſpirationem ſignificandam, ſcribimuſque πόῤῥω, πόῤῥωθεν, πυῤῥὸς, atque alia ejuſmodi ſexcenta? an talium vocabulorum ρ illud alterum magis adſpiratum natura ſua eſt, quam nominum ἐξομολόγησις ac σύνοδος primum ο? quanta igitur inconſtantia atque perverſitas eſt illud adſpirationis nota afficere, hoc non afficere?

Quid ergo in his graecis vocabulis ſcribendis ſequar? an adſpirationem, quam ita inſcribendam cenſeo, neque tamen ab aliis inſcribi video, ſolus inſcribam? ego vero non inſcribam. faciam vero, quod Cicero in ſimili re feciſſe ſe, in *Oratore* cap.160. profitetur: *Scientiam mihi reſervabo, uſum* ſcribendi *populo concedam*. at vero in iiſdem nominibus, cum, latina jam facta, graeca eſſe deſierint, latinorum, quam ſupra commemoravi, conſuetudinem diligentiſſime retinebo, ſcribamque *exhomologeſis*, *ſynhodus*, *exhodus* &c. atque ita ſcribendum ab omnibus, ne cathedraticis quidem exceptis, niſi ſi cathedra ſynhedrioque exciderint (tunc enim eos ſuſpirare ſinam, adſpirare non cogam), exiſtimabo.

c jore Dei beneficio hoc ipſo tempore affectus es (*c*), quam aetati, quam meritis tuis debeatur. & quidem ea gravitas eſt, ea amplitudo muneris iſtius, ut id ipſum, niſi ſummis quotidiè Deo gratiis pie religioſeque agendis, tueri nequeas. quamobrem habes, ubi re explices juſtitiam tuam, quae late patet ſic, ut hujus excellentiſſimae virtutis officiis Deo ſatis & hominibus fa-
d cere poſſis: de qua quod ſcripſiſti, ut in praeſentia, laudo (*d*). ſpero autem, fore, ut non modo diſtinctius & ſubtilius, ſed purius etiam & ornatius ſcribendi facultatem brevi conſequare.
e Vale. Roma. VIII. Kal. jan. M. D. LVII. (*e*)

(*c*) Significatur eccleſiaſticum Abbatis munus, Anſelmo delatum: de quo vide epiſtolam 164.

(*d*) In Gratiani primum manus, deinde longo intervallo in meas, orationis hujus exemplum pervénit. res mihi viſa eſt admodum puerilis atque inepta.

(*e*) Mendoſe in noſtro exemplari, non autem in vaticano codice, huic epiſtolae annus 1558. adſcriptus eſt. quod tamen mendoſum non eſſet, ſi vera eſſet illorum ratio, qui, in adſcribendo epiſtolis, poſt idus decembris datis, anno, eum ipſum, in quem proximi januarii Kalendae incidunt, suum deſignandum putant. de qua ratione quid cum doctiſſimo ilerdenſium epiſcopo Antonio Auguſtinio, ab Latino Latinio per litteras de ea re conſulto, ſentiremus, in volumine II. pag. 191. & ſeq. diximus.

CLXXI.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

1. jan. 1558.

a JUcundiſſimus mihi fuit Iſocrates tuus (*a*); quem cum de nomine tantum antea noſſem, didiciſſem vero a Cicerone pa-
b c trem eſſe eloquentiae (*b*), cupiebam, quoniam Athenae (*c*) ſa-
d tis mihi notae non ſunt, & videre hominem Romae (*d*), & familiaritatis aliquid cum illo inſtituere. ſed tamen ampliſſimum
e eloquentiſſimi viri (*e*) de eo teſtimonium, ut Iſocratem vidi, vix
f agnovi. erat enim neſcio quomodo obſoletior hominis toga (*f*), cum tamen Bononiam divertiſſet, ubi pretioſa veſte abundatis

(*a*) Significari certum eſt non ullum Iſocratis orationum, aeneis formis excuſarum, volumen, ſed unam aliquam ex illius orationibus, latine ab Anſelmo converſam, patruoque tranſmiſſam.

(*b*) Cicero lib. II. *de orat.* cap. 10. *Ut ille pater eloquentiae de ſe Iſocrates ſcripſit ipſe.* & cap. 94. *Iſocrates magiſter iſtorum omnium, cujus e ludo, tamquam ex equo trojano, meri principes exierunt.*

(*c*) *Athenarum* hoc nomine athenienſem ſive graecam linguam intelligendam puto.

(*d*) Hoc eſt, in romanam ſive latinam linguam converſum.

(*e*) Ciceronis.

(*f*) Latinam Anſelmi iſocrateae illius orationis non optimam interpretationem intellige.

tis (*g*). verum, ut dixi, fuit mihi, tum ſua tum vero magis tua cauſa, jucundiſſimus, neque potuit abs te munus gratius aut optatius ullum afferri. tu modo velim operam des, ut iſtam orationem, cujus vix legendae, non ſolum corrigendae, ſpatium nobis eſt, per otium aliquando polias, ut te & graece ſcire, & graeca latine ſcienter eleganterque reddere, intelligamus. tunc enim apparebit, fontes te, ut ſcribis, non rivulos conſectari: quod, tum tuo ſtudio, tum magiſtri tui doctrina, diligentia, amore in te freti, magna in ſpe habemus. quem tu magiſtrum mihi ſalutabis; & interim illas ineptias ab extremis tuis ad nos literis removebis, cum tuo nobis quaſi alieno nomine ſalutem adſcribis: quod facile animadvertes, ſi inſcriptionis epiſtolarum recordabere. Vale. Roma. Kal. jan. M. D. LVIII. g

(*g*) Hoc dicit: quum Bononiae permulti eſſent, qui graece optime ſcirent, & e graecis optima latina facere poſſent, miratum eſſe ſe, ex ea ipſa urbe graeci hominis orationem tam inornato atque obſoleto latinae interpretationis cultu ad ſe perveniſſe.

CLXXII.

Idem Eidem.

8. jan. 1558.

FAcit varietas & longitudo ſcriptorum tuorum, ut intelligam, magno te, non modo tua, ſed noſtra etiam cauſa, literarum ſtudio teneri. quare, cum jam utrunque mihi probaris, dabis etiam reliqua, ut in labore diligentiam, in opera induſtriam tuam agnoſcamus. quod eo pertinet, ut, non, quam multa ſcribas ad nos, ſed quam bene id facias, tibi videndum ſit. quod non eo dico, quo mihi, quae longiſſima a te ſcripta eſt, vel epiſtola vel oratio non ſit etiam gratiſſima, ſed quod cupiam, eundem eſſe te in omni genere ſcriptionis; ne, cum quod majus eſt praeſtitiſſe videare, ſi deinde in perbrevi epiſtola tui diſſimilis fueris, ea nobis res dubitationem afferat, utrum ſtili diſſimilitudo auctoris item differentiam ſignificet. haec ideo ad te ſcripſi, ut intelligas, multa nos in ſuperioribus tuis probaſſe literis, in proxima vero epiſtola, quid ſibi id velit, quod de pulchro juſtoque poſuiſti, omnino ignorare. & tamen te nova tum honoris (*a*), tum anni, tum brevi etiam veſtitus (*b*) ratio a b ele-

(*a*) Abbatis enim munus conſequutus nuperrime fuerat. vide epiſtolam 164.

(*b*) Pulla quidem, ſed nitida elegantique amictus toga incedere Anſelmus, novus abbas, debebat. eam inſequenti menſe februario ab eo ſumtam, epiſtola 178. ejuſdem menſis die 26. ad illum data docet: *Grata & optata mihi eſt epiſtola de ſacerdotii tui veſte... Admonebit enim te ſemper officii tui non modo veſtis ipſa talaris &c.*

elegantiorem in ſcribendo facere debent. cave enim, ne. cae-
c teris rebus a nobis auctus (c), tu tibi iſtam latini ſermonis laudem invideas. Vale. Roma. VI. id. jan. M. D. LVIII.

(c) Patrui opera & eum honorem & multa alia commoda Anſelmus adeptus erat.

15. ian. 1558.

CLXXIII.
Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

INtelligo, quam proximis literis cupias, te facetum eſſe. quam neque voluntatem, neque, ſi loco tamen interdum adfuerit, facultatem tuam aſpernabor. ferenda quidem certe duxi in praeſentia dicta neſcio quae, frigidiora hoc ipſo anni tem-
a pore (a), quod tua eſſe ſum arbitratus. quae ſi alieno ore miſſa putarem, quod aliena a literis ſunt, auferenda cenſerem. adhi-
b buiſſes (b) magiſtrum tuum. facile vidiſſet, inania eſſe, neque ſedem ullam habere. at exiſtimas, ita mihi jucundiora fore, ſi illa in neminem praeterea conferri poſſe videantur. itaque largiamur, quando coepimus eſſe liberales, totum *id primis*
c iſtis exercitationibus ridiculorum (c) tuorum. concedamus *devia*
d *itinera* (d), etiamſi minus verbi notio ad rem pertineat: patiamur, hominis eſſe *modeſtiam*, quam dicis, non ſegnitiem, modo ne referatur ad illud, quod ſcribis, & *coactum eſſe* & *ſubito diſceſſiſſe*; ne pugnantia loqui videare. ne meminerit quidem ſui *Eutrapelus* in tuis literis, ne omnino haereant in locis jocorum, quae joco ſcribis, nihilque extra jocum ſit, ut jaceat in tenebris epi-

(a) Ait, Anſelmi dicta illa frigidiora fuiſſe illo ipſo, quod tunc erat, anni tempore frigidiſſimo.

(b) Hoc eſt, potueras, ſive debueras, adhibere &c. *Potentialis* hic orationis modus a grammaticis dicitur, eſtque cum non inuſitatus, tum latinis auribus valde jucundus. Cicero *pro Sextia* cap. 45. *Unum enim mihi reſtabat illud, quod forſitan non nemo vir fortis & acris animi magnique dixerit: reſtitiſſes, repugnaſſes, mortem pugnans oppetiſſes*. Virgilius lib. IV. *aeneid*. v. 604.

Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem,
Impleſſemque foros flammis, gnatumque patremque
Cum genere exſtinxem, memet ſuper ipſa dediſſem.

(c) *Ridicula* vocantur ea, quae acute ſalſeque dicta ridentur. in eo genere ſeſe Anſelmus proximis ad patruum litteris exercuerat, id unum aſſequutus, ut non niſi dictorum ſuorum inſulſitas ab illo rideretur. quod iis contingit, qui, invitis, ut ajunt, gratiis, ridiculi eſſe volunt.

(d) Haec heic, & alia quaedam infra notantur, minus ſalſe recteque ab Anſelmo in ſuis litteris dicta. quorum vitium quia, niſi qui illas ipſas ejus litteras ante legerit, quod mihi certe non contigit, ſatis perſpicere poſſit?

Digitized by Google

epiſtola. *dibaphum* (*e*) etiam e theſauro aliquo prompſeris, unde & *infectoris moram* (*f*) ſumere poteras. ne denique ſic ignava illa quaſi ratio (*g*) quaedam refellatur, *ſi tua, cur ornata non eſt oratio? ſi inculta, cur tua?* Mitto alia permulta, quae abs te contexta ab eodem te retexuntur, ut meminiſſe videar indulgentiae in te meae; ad quam ſi revocor, dicam, has etiam literas tolerabiles eſſe. tu modo videto, quandiu id tibi permitti velis. ad ſummam moneo te, ut Regulo correctore & verborum & ſententiarum tuarum ſaepius utare; quicum ſi iſta communicares, ad has ineptias, credo, non abires. Vale. Roma. XIIII. Kal. februar. M. D. LVIII. e f g

(*e*) *Purpuram bis tinctam*, inquit Paullus Manutius in commentario ad Ciceronis epiſt. 16. lib. II. famil. *praeſtantiorem ea, quae ſemel tingebatur: ut oſtendit libro 9. cap. 39. Plinius . . . Epiſtola 9. libri II. ad Att.*, „*Vatinii ſtrumam ſacerdotii διβάφῳ veſtiant*„.

(*f*) Ciceronis locus in illa epiſtola 16. quo Pogianus reſpexit, hic eſt: *Sed tamen togam praetextam texi Oppio, puto te audiſſe. nam Curtius noſter dibaphum cogitat. ſed eum infector moratur*. De quo loco vide ejuſdem Manutii commentarium.

(*g*) Vitioſae argumentationis quoddam genus [*ignava ratio* a dialecticis dicitur. de qua egregiam Facciolati mei *Acroáſin* vide in ejus orationum & acroaſeon volumine, Patavii edito an. 1729. pag. 299.

CLXXIV.

Idem Eidem.

22. jan. 1558.

Obſolevit, Anſelme fili, iſta, qua niteris (*a*), ſcribendi ratio Coeliorum (*b*), quam & tempus jam & res ipſa refutavit. nam iidem illi ſi viverent, maturior, mihi crede, eorum eſſet oratio. non enim modo poëtarum verſiculis epiſtolas non refercirent, ſed praeſentium & vivorum multis aliis in rebus ingeniis judiciiſque ſervirent. quae vis ſit horum verborum ſi minus intelligis, cognoſces certe aliquando, non modo Cicerone diligenter legendo, ſed nonnullorum praeterea epiſtolis animadvertendis, qui nunc eo in genere non ſine induſtria verſantur. habes magiſtrum (*c*), noſtri obſervantem, tui amantiſſimum, cujus in te erudiendo diligentia nobis conſtat. tu tuas a b c

prae-

(*a*) *interis* exempl. a quo ut minimum recederem, *niteris* repuſui. potui etiam *uteris* reponere.

(*b*) Neque qui *Coelii* hi fuerint, neque quae fuerit eorum *ratio ſcribendi*, ſcio; niſi quod fuiſſe quidam ejuſmodi videntur, qui non optima epiſtolarum ſcribendarum ratione uterentur, ac praeſertim poëtarum verſiculos ſuis epiſtulis inculcarent. Poteram ſilentio totum hunc praeterire locum. ſed boni interpretis partes eſſe ſemper putavi, non ea modo, quae ſciret, profiteri, ſed ea etiam, quae neſciret, confiteri.

(*c*) Sebaſtianum Regulum.

praeterea partes deſiderari noles. Praecepta officiorum ſingula, puto, a nobis non expectas, cum genus totum & uſu jam, &, ſi quid ad rem pertinet, noſtro etiam exemplo tenere poſſis. quamobrem te & Ludoviſii (d) & omnium humanitati tum de te, tum de nobis, ſatisfeciſſe credo. Vale. Roma. XI. Kal. februar. M. D. LVIII.

(d) Ludoviſia familia bononienſis fuit: ex qua poſtea Gregorium XV. ab anno 1621. ad 1623. pontificem max. habuimus. & fortaſſe is fuit, de cujus, ut opinor, patre Dandinius heic agit.

CLXXV.

5. febr. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

QUod Craſſis noſtris officii tribuiſti, declaratione doloris ejus, quo ex morte Laurae Saxoniae, probatiſſimae faeminae, Fulvii noſtri matris, affectus es, id caeteris ejuſdem Fulvii & cognatis & affinibus tribuas velim. cum enim ejus neceſſitudinis, quae tibi cum ipſo Fulvio intercedit, praecipuum munus eſt iſtas agere partes, tum elucebit, in hujuſmodi ratione charitatis in tuos, humanitatis ingenii tui ſignificatio: quibus rebus te omnes, non minus quam natura ſis, noſtrum etiam vivendi imitatione judicabunt; eris vero ea in opinione bonorum, ut magis exemplis ac praeceptis, quam commodis & honoribus a nobis auctus eſſe videare. quorum ſi alterum, quod neceſſarium eſt, praeſtiteris, cum factum de te noſtrum comprobabitur, tum nos gaudebimus, qui te, non qualiſcunque eſſes, ornare, ſed omnem tibi, quamcunque potuimus, virtutis neceſſitatem impoſuiſſe videbimur. Vale. Roma. non. februarii. M. D. LVIII.

CLXXVI.

21. febr. 1558.

Idem Eidem.

FRequentes admonitiones noſtrae tantum tibi, ſpero, & ad vitam & ad ſtudia literarum adjumenti afferent, ut eorum felicitati, quibus Romae contigit erudiri, minus invidere debeas. nam cum iſtic magna habeas praeſidia ad cultum animi atque ingenii tui, venimus etiam tibi ſubſidio nos, ut nullum praeterea virtutis aut doctrinae inſtrumentum poſſis requirere. quae ſi animadvertere te, qui meminiſſe debes, interdum ſignificarent literae tuae, teneremus nos tantummodo inſtitutum monitorum noſtrorum; hac certe commemoratione non uteremur. veruntamen,

Digitized by Google

men, ſi quid haec etiam utilitatis habuerint, inepta non erunt. De ludis (*a*), quorum ſtudium tuum dies commiſſionis (*b*), adſcripta in epiſtola, facile declarat, nihil eſt magnopere, quod ſcribam; quippe cum multorum concurſus & jactatio iſta quid voluptatis habeat, ego quidem non intelligam. Vale. Roma. III. (*c*) id. febr. M.D.LVIII.

(*a*) Publicis.

(*b*) *Commiſſio ludorum* dicitur ipſa eorum inchoatio ac tamquam ingreſſio, ipſumque initium. videntur autem bacchanales ludi ſignificari. bacchanalium enim erant tum tempora.

(*c*) Fort. *pridie*.

CLXXVII.

Idem Eidem.

29. febr. 1558.

NEque tu negligens fuiſti in Fulvii noſtri propinquis (*a*), neque ego iſtam, quam ad me ſcribis, de ejus ſorore viſendа abs te diligentiam requiro. nam, quod ad id attinet, & tuum munus, & deſiderium meum expleſti, ſi iis, qui tibi noti ſunt, ad quos is maeror pertinet, non defuiſti. reliqua eo in genere ſupervacanea ſunt, neque ex meis literis. illud quidem certe de mea ſententia eſt, ut anniverſarium hoc luſtrum (*b*) quantum religionis a te poſtulet, & videas & adhibeas. in quo tuam iſtam, quam & nos expetimus, & tu praefers, noſtri imitationem agnoſcemus. Robortello (*c*), & Amaſaeo (*d*) ſalutem. Vale. Roma. XI. Kal. mart. M.D.LVIII.

(*a*) Vide ſuperiorem epiſtolam 175. pag. 172.

(*b*) Luſtrales annui chriſtianorum jejunii dies intelligit, quorum initium hoc anno 1558. die 23. menſis februarii fuit.

(*c*) Vide epiſtolam 164. pag. 260.

(*d*) Pompilium Amaſaeum, Romuli, qui anno 1552. obierat, filium, ſignificari puto. de Romulo quidem vide, quae diligenter atque erudite Vincentius Alexander Conſtantius congeſſit in commentarium ſuum in Jacobi Sadoleti *epiſtolas familiares* ad epiſt. 280. pag. 478. edit. roman. an. 1760. De eodem Romulo Q. Marius Corradus in epiſt. 218. ad Argentarium, *Atque ut ego*, inquit, *Romulum Amaſeum Bononiae, ſic tu Lazarum Bonamicum Patavii ſummum virum audiſti, quem ſaepiſſime bis de rebus diſſerentem*.

CLXXVIII.

26. febr. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a GRata & optata mihi eſt epiſtola de ſacerdotii tui (a) veſte;
b c quam tu neque tempore (b) neque loco (c) opportunius ſumere potuiſti. admonebit enim te ſemper officii tui non modo veſtis ipſa talaris, ſed & dierum religio, & domus gravitas,
d ubi primum quaſi puram togam induiſti: cui etiam familiae (d) communem nobiſcum laetitiam ex te fore ſpero. literas meas & ſuperiores & proximas jam, puto, accepiſti; ex quibus de omnibus quid conſilii ac ſententiae meae ſit, cognoſces. Pitui-
e tae (e), ſi modo pituita eſt, iſta rerum omnium moderatione, qua ſoles, facile medebere. Vale. Roma. IV. Kal. martii. M. D. LVIII.

(a) *Sacerdotium* dicitur non eorum modo, qui initiati ſacerdotio ſunt, ſed eorum etiam, qui, eodem olim initiandi, ſacerdotale aliquod munus capiunt, & ſacerdotii certos proventus percipiunt. *beneficium eccleſiaſticum* vulgo appellant. abbatiam, quam vocant, Anſelmum patrui opera haud ita pridem conſequutum fuiſſe, ex ſuperioribus litteris ſatis intellectum eſt.

(b) Veſtem, quam clericalem dicunt, primo, ut opinor, quadrageſimae, hoc eſt ipſo cinerum die, Anſelmus ſumſerat.

(c) Locum, in quo eam ſumſit, credibile eſt fuiſſe archiepiſcopales aedes. erat autem tum bononienſium archiepiſcopus Joannes Campegius cardinalis, qui ab anno 1554. ad 1563. eum honorem munuſque geſſit.

(d) Campegiae: ſi vere de loco proxime conjecimus.

(e) Pituita non morbus eſt, ſed unus e quattuor corporis humoribus maxime ſenſus ac fluxilis, ex cujus vitio plurimi morbi naſcuntur. Vide Celſum lib. VI. cap. 6.

CLXXIX.

3. mart. 1558.

Idem Eidem.

QUod praeſens olim juſſu meo faciebas, ut quam ſaepiſſime ſacris concionibus intereſſes, &, quam plurima poſſes, concionatorum dicta memoriae mandares, id nunc diligentius etiam, quam antea, facere debes. nam & tem-
a pus (a), & perſona abbatis, & abſentia tua plus tibi, ſed tamen, ut ſpero, voluntariae, neceſſitatis imponunt. cujus tu diligentiae fructum, cum alia ſtudia, & ſcientiae & morum cauſa, colas, ad vitam potiſſimum referes; ſine qua cum omnis cognitio

(a) Quadrageſimale: cujus initium hoc anno 1558. fuiſſe die 23. febr. alibi diximus.

Digitized by Google

tio vel artium optimarum manca quodammodo eſt ac debilis, tum notitia divinarum literarum etiam pernicioſa. Vale. Romae. III. non. mart. M. D. LVIII.

CLXXX.

Idem Eidem. 11. mart. 1558.

TU vero utere Robortelli (a) & Amaſaei (b), & ejuſmodi virorum conſuetudine: in qua re cognoſco equidem & ſtudium in nos Reguli noſtri, & diligentiam in te inſtituendo; qui eundem te frequentem eſſe velit cum talibus viris, quorum congreſſu & colloquio doctior ac melior fieri poſſis: quibus tu tamen te praebebis, qualem debes. Julii Caſtellanii amorem in nos, ingenium & eruditionem, quorum magnum mihi ſignum dedit hoc libro, quem proxime ad me miſit (c), & amo & laudo: quem a b c

(a) Vide epiſtolam 164. pag. 260.

(b) Vide epiſt. 177. pag. 273.

(c) Hoc titulo: *Julii Caſtellanii, faventini, adverſus M. Tullii Ciceronis academicas quaeſtiones diſputatio: qua omnium pene philoſophorum opinio de percipienda veritate comprehenditur, & Ariſtotelis prae omnibus celebratur philoſophia.* librum, quemadmodum in calce adſcriptum eſt, *Bononiae Antonius Ciaccarellus, & Peregrinus Bonardus ſocii excudebant menſe martii* 1558. Auctor Dandinium ipſum epiſtola ſane longa affatus: ex qua principium, & quaedam carptim capita, de Anſelmo, de Pogiano, de Robortellio, de Regulo, de aliis eruditis illius aetatis viris agentia, deſcribere non gravabor.

Ampliſſimo & illuſtriſſimo S. R. E. cardinali Hieronymo Dandino Julius Caſtellanius faventinus S. D.

Cum homo inter omnia, quae natura conſtant, cardinalis ampliſſime, divinitatis ſit maxime particeps (mentis enim agitatione Dei opt. max. ſimilis fit, atque cum eo conjungitur), nihil profecto laudabilius, nihil pulcrius efficere poteſt, quam eam ſui nobiliſſimam partem diſciplinis excolere, quae illum ad bonorum omnium finem perducit, beatumque reddit. porro inter illa, quae ornant & perficiunt animum noſtrum, caeteris longe omnium praeſtat philoſophia... Verum neſcio quo pacto plerique omnes rapiantur iis noſtris temporibus, ut ſinem ita egregium contemnentes, quem eis natura conſtituit, & divina omnium rerum providentia, mentem otio & ignorantia langueſcere patiantur; ac ſolum corpori deſervientes & ſenſibus, quibus in virtutibus acquirendis, & earum actionibus, tanquam miniſtris & nunciis, maxime debemus uti, potius voluptatum turpem, & divitiarum ſibi vitam eligant violentam... Verum tu, Hieronyme, romanae eccleſiae ſplendor & ornamentum, vereque ſidus radians juſtitiae & integritatis, ſummis ac prope divinis laudibus efferendus es, qui corpori vel ſenſuum illecebris nunquam es obſecutus, ſed eam voluptatem caeteris omnibus anteponens, qua intelligendo fruimur, animum ſemper cogitationibus rerum decorare omni ſtudio conatus es ac diligentia... Quare nemini mirum videri debet, ſi a Deo in ampliſſimo honorum & dignitatum gradu ſis collocatus... Tu nempe bonarum artium & philoſophiae ſtudioſos incredibili amore & charitate complecteris, eoſque ſummis beneficiis ornan-

quem tu etiam diliges, &, quotieſcunque iſtic fuerit, liberaliter & humaniter adhibebis. Reliquis, quibus opus eſſe intelligis, meo nomi-

ornando quotidie juvas & ſoves. Taceo maxima potentiſſimorum totius orbis principum a te extincta bella & contentiones, tuas inter eos & placidiſſimas conciliatas paces, conjunctas affinitates, ſtabilitas & gubernatas urbes conſiliis ac inſtientis tuis, & tot reliqua, a te manſuete, juſte, moderate, ſapienter facta ... Praeclarum vero illud ſingularis tui erga literarum ſtudia amoris indicium tacitus nullo modo praeterire poſſum, quo unicuique conſtare poteſt, quam ſemper gloriam honoreſque, virtute partos, caeteris rebus praetuleris. nam Anſelmum, Pompeji equitis, clariſſimi viri, fratris tui, filium, ac tibi cariſſimum, quanquam adhuc e pueris non exceſſit, miſiſti hoc anno Bononiam, ut in urbe tam celebri, & omni diſciplinarum genere florentiſſima, in eas praeſertim incumbat artes, quibus ad ſuavitatem morum, & vitae humanitatem puerilis aetas informari ſolet: ubi cum (quod mihi quadam forte contigit) in ſtudioſorum & nobiliſſimorum adoleſcentium conventu audivi Ciceronis libros ita compoſite, ornate, copioſe interpretantem, ut omnes, qui auſcultavimus illum, memoriam adoleſcentuli pene incredibilem, elegantiam copiamque verborum, ingenii acumen atque praeſtantiam ſummopere admirati fuerimus ... Ego igitur, ſapientiſſime atque integerrime antiſtes, cum te primum ad veritatem inveſtigandam natura omnium aptiſſimum, deinde hujus contemplatione, in qua philoſophorum praeſtantiſſimi, nedum ſacri theologi, ſummum bonum poſuerunt, maxime delectari ſemper cognoverim, viderimque multam & inuſitatam fuiſſe tuam erga me benignitatem atque clementiam, cum me, una cum Rodolpho fratre meo, in amicitiam tuam, vel potius in clientelam accepiſti, tibi aliqua ex parte ſatis & officio meo facturum exiſtimavi, ſi de veritate percipienda nonnihil ad te perſcriberem. Ego vero, cum Julii Pogiani, viri in omni diſciplinarum genere eruditiſſimi, & familiaris tui, precibus adductus, Ciceronis academicas quaeſtiones in manus ſumpſiſſem, ut ea potius perciperem, quae ille de ſenſibus & eorum natura diſſereret, videns quam male ſentiret Cicero de pleriſque philoſophis, a… evi adverſus eum Luculli partes tueri, & abſurdam ephecticorum opinionem, qui nihil ſciri poſſe arbitrabantur, pro viribus meis reſcindere ... Atque ejuſmodi lucubrationes adverſus eloquentiae patrem, illuſtremque philoſophum, in lucem edere ſummopere dubitaſſem, timens, ne arrogantiae & temeritatis crimine ab aliquo condemnarer, niſi conſilium meum fuiſſet a prudentibus viris, fideliterque ſuadentibus confirmatum. Franciſcus Robortellus, quem latinae & graecae linguae parentem noſtra aetas maxime admiratur & celebrat., & cujus beneficio nunc felix Bononia novae Athenae, vereque ſtudiorum mater evaſit, omnem fere mihi timorem eripuit, cum haec mea ſcripta legens (quae ſumma illius ſuit humanitas) nequaquam iſta contempſerit. Sebaſtiani etiam Reguli multum apud me valuerunt preces & hortationes, quem ſemper literatiſſimum, caeteriſque ingenii gloria antecellere, & maximo me inter caeteros ejus diſcipulos proſequi amore comprehendi. ſe: Antonius Franciſcus Fabius, inter peripateticos valde celebris ... cum in eandem ſententiam iverit, propoſiti noſtri multum auxit animum perſequendi quibus denique maximam addo auctoritatem Vincentii Madii. principis hujus memoriae philoſophorum ... Niſi complura hujus meae diſputationis dogmata, quae alieni fortaſſe mira & nova videbuntur, ab hoc eruditiſſimo viro aut didiciſſem, aut cum te alios com-

nomine ſalutem referes : & religioſis his diebus (*d*) maxime religionem coles, & valetudini conſules. Roma. IV. id. martii. M. D. LVIII. d

communicaſſem, dum in ferrarienſi academia eo utebar praeceptore, haec quidem mandare literis, aliorumque eruditorum ſubire judicia minime auſus fuiſſem. Igitur te oro atque obteſtor, Dandiae illuſtriſſime, religione, conſilio, probitate, optimarum artium ſtudio ac omni genere laudis praeſtantiſſime, ut hoc munus, quod quidem novi quam ſit exiguum, ea accipias humanitate, quam ſemper ſtudioſi tui & amantiſſimi erga ſe obtinuerunt magnam & ſingularem. Vale, diuque felix vive. Bononiae Kal. jan. M.D.LVIII.

Vidi etiam ejuſdem Caſtellanii alia duo opuſcula; quorum primum ſic inſcribitur : *Ad Coſmum Medicem, florentinorum ac ſenenſium ducem praeſtantiſſimum, Julii Caſtellanii, faventini, de humano intellectu libri tres. Bononiae apud Alexandrum Benaccium* 1561. Alterius titulus hic eſt: *Julii Caſtellanii, canonici faventini, epiſtolarum libri* IIII. *Ejuſdem orationes tres, quarum prima de ſummo pontifice deligendo* (poſt obitum Pii V.), *altera de SS. Eucharistiae praeſtantia, tertia vero de laudibus Joannis Baptiſtae Sighicelli, Faventiae epiſcopi: Honofrii Manli cura impreſſae nuper ac editae. Bononiae apud Joannem Roſſium*. 1575.

(*d*) Quadragesimalibus.

CLXXXI.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

19. mar. 1558.

Vide, quantum valeat ad memoriam certa inſtituti ratio, & ordo quidam in rebus, ut ea etiam veniant in mentem, quae nec cogites nec memoria repetas. id mihi accidit in noſtra hac ſcribendi conſuetudine: occurrit enim illud, neſcio quid a me tibi ſcriptum eſſe multos jam dies, quod magni tua intereſſet, neque te quicquam adhuc ad eam epiſtolam reſcripſiſſe. eſt autem illa ipſa epiſtola quinta, ſi recte memini, ab his literis, data circiter idus februarii (*a*). perlatam fuiſſe non dubito. ſed, quod veritas literarum interdum eſt acerbior, ſupprimitur aliquid, quod facile latere poſſe videatur in turba: idque fit modo ſponte, tum (*b*) aliorum hortatu. noſti jam, puto, quid di-

a

b

(*a*) Significari puto epiſtolam 176. quam habes pag. 272.

(*b*) Latinum atque adeo ciceronianum eſt *tum* ad *modo* relatum. libro I. *de nat. deor.* cap. 31. *Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat. facit enim in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem diſputantem, formam Dei quaeri non oportere, eumdemque & ſolem & animum Deum dicere, &* modo *unum*, tum *autem plures Deos*. & cap. 33. *Ariſtoteles quoque* ... modo *mundum ipſum Deum dicit eſſe*, modo *quemdam alium praeficit mundo* ... tum *ecil ardorem Deum dicit eſſe*. & c. 34. *Ex eadem Platonis ſchola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis referſit libros: & tamen* modo *mundum*, tum *mentem divinam eſſe putat*. & lib. II. cap. 102 *Iſque* (ſol) *oriens & occidens diem noctemque conficit, &* modo *accedens*, tum *autem recedens binas in ſingulis annis reverſiones ab extremo contrarias facit*.

dicam: & ſimul intelligis, religionis cultores eſſe non poſſe, qui non ſint veritatis. meminiſti etiam, jam a prima tua pueritia quam tibi illud a me ſemper propoſitum ſit, ut & ſimplex, vel in tenebris, vel in joco, & apertus & verax eſſes. ſic enim exiſtimo, ſine iſta virtute, quae ſcribuntur a te tum de judicio meo, tum de officio tuo, praeclare quidem dici, ſed, quo nitantur, non habere. Vale. Roma. XIV. Kal. aprilis. M. D. LVIII.

CLXXXII.

26. mar. 1558.

Hieronymus Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

QUia fere contrita ſunt, quae adhuc ad te admonendum pertinebant, tuque vales, & apud te omnia ex tuis literis praeclare ſe habent, quia praeterea traducendum eſt hoc
a b tempus (a) piis & plane chriſtianis actionibus, ſic (b) fit, ut contrahendas jam literas ad te meas putem, & rem in pauca conferendam. tantum igitur habeto, per hos dies ſic in animae poteſtate corpus eſſe debere, ut nihil niſi de ejus, vel potius de communi ſalute cogitet. VIII. Kal. aprilis, natali die meo, domeſtici omnes a me divinam hoſtiam ſumpſerunt. haec enim natalitia nos danda cenſuimus. Vale. Roma. VII. Kal. aprilis. M. D. LVIII.

(a) Quadrageſimale. Vide epiſt. 177.
(b) Similiter loquutus eſt in epiſtola 85. quam tamen loquendi rationem minime nobis probari in noſtra quadam adnotatione diximus pag. 83.

CLXXXIII.

4. apr. 1558.

Idem Eidem.

a MAgnam nos quidem in epiſcopo noſtro (a) jacturam fecimus; neque non dolendum eſt in tanto vulnere. ſed tamen eſt humanus dolor, & quidem noſtra magis, quam ipſius cauſa ſuſceptus. quod ſi id cogitare, vel potius quoniam cogitare volumus, & longiorem hominis vitam futuram ei fuiſſe propagationem acerrimi cruciatus, & eundem pie ſancteque & vixiſſe, &, quod caput eſt, e vita migraſſe, certe eſt noſtrae
b tum fidei, tum in illum benevolentiae, utriſque (b) hac ipſius ad potiorem vitam profectione gratulari. illud vero & ſaepe & caſte faciendum eſt, ut ejus diſceſſum a nobis precationis & eleemoſy-

(a) Anaſtaſio Uberto, cardinalis Dandinii ſororis filio, forocornelienſium epiſcopo. Vide epiſtolam 150. pag. 249.
(b) Et illi & nobis.

moſynae viatico proſequamur. Ad ſuperiores (*c*) literas noſtras video te nihil, quod reſponderes, habuiſſe. quod utinam illarum potius obſcuritate (*d*), quam tua aliqua culpa factum ſit. Vale. Roma. IV. non. apr. M. D. LVIII. c d

(*c*) Significatur epiſtola 181. quae recte *ſuperior* dicta eſt. inter eam enim atque hanc alia interceſſit, quae proprie *proxima* diceretur. Cicero I. *in Catil.* cap. I. *Quid* proxime, *quid* ſuperiore *nocte egeris* ... *quem noſtrum ignorare arbitraris?*

(*d*) Videtur Anſelmus ad patruum ſcripſiſſe, minime ſe illius epiſtolae ſententiam, propter ejus obſcuritatem, intellexiſſe. quo minus aegre fero, a me quoque ne nunc quidem ſatis intelligi.

C L X X X I V.
Idem Eidem. 11. apr. 1558.

ADmonet me, credo item te, Pauli apoſtoli divina vox (*a*), ut, ſi una cum Chriſto revixi, ſupera ac caeleſtia cogitem. id ut ego etiam tecum agam, & officium meum & dies hortatur. ſed hoc tibi poſthac curandum eſt: illud vero, puto, antea effeciſti, ut, cum in domum, ideſt in animam tuam, hoſpitem recepiſti Deum, eam magnifice ſplendideque exornaris. quare, quoniam id hic optime cadit, quod idem Apoſtolus ea de re ſcriptum reliquit (*b*), *qui indigne corpus & ſanguinem domini ſumpſerit*, *reum fore corporis & ſanguinis domini*, te ſcire volui, hanc eſſe vim illorum verborum: Qui ſibi gravis alicujus peccati conſcius id commiſerit, eaſdem poenas daturum (ſiquidem eadem culpa eſt), quas illi pendunt, qui Chriſtum cruci ſuffixerunt. Vale. Roma. id. apr. M. D. LVIII. a b

(*a*) In epiſtola ad coloſſenſes cap. 3. v. 1. *Igitur, ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quae ſurſum ſunt, quaerite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quae ſurſum ſunt, ſapite, non quae ſuper terram.* Incidit autem chriſtianorum paſcha hoc anno 1558. in diem aprilis decimum.

(*b*) I. ad Corinth. cap. 11. v. 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini.*

C L X X X V.
Idem Eidem. 16. apr. 1558.

ANnua jamjam erit exercitatio latine ad nos ſcribendi tua, quae, ſi temporis ratio habeatur, ſatis magna eſt, ſi facultatis tuae, non inanis. eam ineunte majo, & propter anni tempus, & propter novam rationem (*a*) ſtudiorum tuorum, in qui- a

(*a*) Operam dialecticae daturus erat Anſelmus.

quibus te multum diligentiae ponere jubeo, remittere poteris, ſed ita, ut proferatur dies literarum, & quaſi intervalla diducantur, non conſuetudo tollatur, quam tibi valde profuturam ſpero. erit igitur poſthac quintuſdecimus vel viceſimus quiſque dies literarum tuarum. Quod ſcribis & de religione & de of-
b ficio tuo erga Bagium (*b*) noſtrum, probo, &, ut iſtud inſtitutum ſequare, vehementer velim. Vale. Roma. XVI. Kal. maj. M. D. LVIII.

(*b*) Fortaſſe eſt Hieronymus ille Bagius, de quo in epiſtola 99. agitur pag. 140.

CLXXXVI.

21. apr. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

FAcis, Anſelme fili, quod factum oportet: neque vereor, quin, praeclare poſitis iſtis pietatis & eruditionis initiis, caetera ſequantur, ut volumus. tu modo ſex hos menſes aeſtivos pones in dialecticis; ut, ineunte novembri, ad juris civilis ſtudium paratior eſſe poſſis. habes ingenium; operam & indu-
a ſtriam tuam minime abs te deſiderari patiere; doctore (*a*) utêris & erudito & apto ad docendum, &, ut ſpero, noſtri ſtudioſo,
b Claudio, Betti noſtri filio (*b*): in quo & audiendo & colendo *is* eris, qui & ſoles & debes. Vale. Roma. IX. Kal. maj. M. D. LVIII.

(*a*) In dialecticis.

(*b*) Claudius hic, Betti filius, Anſelmi in dialecticis doctor, in ſequentibus epiſtolis *Bettus* ſimpliciter appellatur, ut propterea, familiae nomen eſſe *Bettum*, putem.

CLXXXVII.

30. apr. 1558.

Idem Eidem.

QUO res verbis ſunt potiores, eo ſtudioſius quaerendae & amplexandae ſunt. quod te in iſto ſtudio non dubito eſſe facturum; praeſertim cum & tanta levatio facta ſit re-
a liquarum occupationum tuarum, & ab eo magiſtro (*a*) exercea-
b ris, cujus prima iſta docendi formula (*b*), ex Ariſtotelis, ut arbitror, via ac ratione compoſita, brevitatem habet & commoditatem. haec eo ſcribo, quod variam video doctorum tum ſententiam tum inſtitutionem, nonnulloſque eſſe, qui Porphy-
c rium (*c*) adhibendum minime cenſeant. ad conſtitutum igitur de tua

(*a*) Claudio Betto. vide proxime ſuperiorem epiſtolam.

(*b*) *Logicae ſummulas* vulgus appellat.

(*c*) Porphyrii *Iſagogen* ſive *introductionem* ad logicam intellige.

Digitized by Google

tua iſta ingreſſione me facies certiorem. Vale. Roma. pridie Kal. maj. M. D. LVIII.

CLXXXVIII.

Idem Eidem.

7. maj. 1558.

GAudeo, te epiſtolarum Marci Ciceronis ad Q. fratrem lectione delectari; ſimulque ſpero, eundem te ex illis libris multa ſumere ad vitae cultum, a quibus verba & ſententias mutuaris. ſed utrunque pervelim ſcienter interpretere. Gratulor nobis tali tuo doctore (a) in dialecticis, cujus diſciplina tantum te profecturum confidis: quem tu mihi ſalutabis, & Regulum noſtrum; qui quam in te amore provehatur, vel ex eo intelligo, quod bonus magiſter tua cauſa condiſcipulus tuus eſſe minime gravetur. Vale. Roma. non. maj. M. D. LVIII.

(a) Claudio Betto.

CLXXXIX.

Idem Eidem.

24. maji 1558.

MAgno es animo, magna item, opinor, induſtria; qui neque per aeſtatem, neque per novam iſtam, ſatis, ut mihi quidem videtur, impeditam, ſtudiorum rationem, tuum illud ſolemne in epiſtolis intermittere velis. laudo conſilium; ſi tamen crebritas literarum tibi & ad reliqua detrimento non ſit, & probet mihi, quam tu commemoras, in ſcribendo diligentiam, quam ego non pono, ne tu quidem, ſi me audies, in multitudine, ſed potius in elegantia ſcriptorum: cujus tu rei haud vulgarem cognitionem cepiſſe jam debes. Vale. Roma. prid. id. maj. M. D. LVIII.

CXC.

Idem Eidem.

28. maji 1558.

NEquedum puto iſtic literarum ſtudia per ferias aeſtivas publici muneris vacationem habere, neque, ut ita ſit, propterea te tuis, praeſertim vero dialecticae, ſtudiis (a) vacare

(a) Tertius caſus eſt hoc loco *ſtudiis*, & *vacare ſtudiis* pro *ſtudiis operam dare* Pogianus uſurpavit. contra Cicero eodem nomine non in tertio, ſed in ſexto caſu uſus, *ſtudiis vacare* dixit pro *ſtudiis operam non dare*; ab iiſque tamquam *vacationem habere*. libro enim III. *de orat.* cap. 43. *Athenis*,

care nolim. ſcis enim, quo illa referantur. quare miratus ſum, te nihil ſcribere neque de Betti inſtitutione, neque ecquam ſpem habeas iſtius facultatis. incumbes igitur in eandem ratiouem, quantum tibi per tuſſim licuerit; quam neque ſolemnem, neque
b c anniverſariam (*b*) eſſe patiere. non enim difficilis erit in Camilli(*c*) cura-

nis, inquit, *jamdiu doctrina ipſorum atbenienſium interiit: domicilium tantum in illa urbe remanet ſtudiorum*, quibus vacant *cives, peregrini fruuntur.* Similiter apud eumdem Ciceronem ſexti, non tertii, caſus ſunt *muneribus, armis, populo*, cum verbo *vacare* conjuncti: primus in dialogo *de ſenectute* cap.34. *Non ſunt in ſenectute vires? ne poſtulantur quidem vires a ſenectute. ergo & legibus & inſtitutis* vacat *aetas noſtra* muneribus iis, *quae non poſſunt ſine viribus ſuſtineri*: alter in *Philipp.*XI. cap.38. *Quorum igitur veteranorum animos ne offendamus, veremur? an eorum, qui D.Brutum obſidione cupiunt liberare? quibus cum Bruti ſalus cara ſit, qui poſſunt Caſſii nomen odiſſe? an eorum, qui* utriſque armis vacant? *non vereor, ne acerbus civis quiſquam iſtorum ſit, qui otio delectantur*: tertius denique in lib. II. *tuſcul. quaeſt.* cap.64. *Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi ... unam eſſe omnium rem pulcerrimam, eoque pulcriorem, ſi* vacet populo, *neque plauſum captans, ſe tantum ipſa delectet*. quibus ſane tribus locis *vacare* nihil eſt aliud, quam *abſtinere*. Semel quidem Cicero hoc verbum cum dativo caſu conjunxit. ſed neque tum pro *operam dare*, ſed pro *vacuum*, ſive *otioſum*, *eſſe* uſutpavit, neque illum ipſum caſum tamquam ejus verbi proprium, ſed tamquam quibuſvis verbis communem, &, ut grammatici loquuntur, *commodi caſum* adhibuit. exponens enim eum ſermonem, quem cum Quinto fratre *de divinatione* habuerat, ſic ait: *Atque ille* (Quintus), *Mihi vero*, inquit, *ſatis eſt argumenti, & eſſe Deos, & eos conſulere rebus humanis, quod eſſe clara & perſpicua divinationis genera judico: de quibus quid ipſe ſentiam, ſi placet, exponam, ita tamen, ſi vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni praevertendum putes. Ego vero, inquam*, philoſophiae, *Quinte*, ſemper vaco. *hoc autem tempore, cum ſit nihil aliud, quod libentius agere poſſimus, multo magis aveo audire, de divinatione quid ſentias*. Quum Quintus, ita ſe, de divinatione quid ſentiret, expoſiturum dixiſſet, *ſi* Marcus *vacaſſet animo*, hoc eſt, ſi animo vacuo ac libero nulliſque curis impedito eſſet, reſpondens illi Marcus ait atque confirmat, ita ſe philoſophia delectari, ad quam illa de divinatione diſputatio pertineret, ut ejus gratia numquam non vacuo ac libero animo ſit, numquam non ad audiendum, caeteris omnibus vel graviſſimis occupationibus omiſſis, tamquam in ſummo otio paratiſſimus. ut enim Cato in dialogo *de ſenect.* cap.32. ait, a nemine ſe umquam fuiſſe conventum, *cui* fuerit *occupatus*, ita heic Ciceto affitmat, ſe *philoſophiae* philoſophiciſque diſputationibus eſſe ſempet *otioſum*: *philoſophiae*, inquit, *ſemper vaco*. eſt enim *vacare* idem atque *otioſum eſſe*, verboque *occupari* contrarium. quod plurimis Ciceronis ipſius locis oſtendi poteſt, quorum unus ille lib.XII. epiſt.30. ad Cornificium nunc quidem ſufficiat: *Quamvis enim* occupatus ſis, otii *tamen* plus habes: *aut, ſi ne tu quidem* vacas, *noli impudens eſſe, nec mihi moleſtiam exhibere, & a me litteras crebriores, cum tu mihi raro mittas, flagitare*.

(*b*) Eodem tuſſis incommodo Anſelmus pet haec eadem tempora proximo anno laborarat. Vide epiſtolam 144. pag.241.

(*c*) Medici. Vide eamdem epiſtolam.

curatione, & in tua temperantia, ejus moleſtiae depulſio, Fantutium (*d*) epiſcopum & obſervabis, & mihi etiam ſalutabis. Vale. Roma. v. Kal. jun. M. D. LVIII. d

(*d*) *Federicus Fantutius* (inquit Ughellius T. VIII. *Italiae ſacrae* par. 2. pag. 503. edit. Ven. an. 1717.) *nobilis bononienſis, Gaſparis filius, delectus eſt Geruntinenſis & Cariatenſis epiſcopus ex romanae rotae auditore die 13. jul. an. 1556. Romae obiit 1561.*

CXCI.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil. 4. jun. 1558.

Inanibus tu mecum rumoribus agis de profectione noſtra (*a*), qui neque, unde manarint, ſcio, & tempore jam ac re ipſa convicti, puto, conticuerunt. ego te ab iſta tuſſi liberatum aliquando audire cupio, ſimulque ex te cognoſcere, quam Porphyrio & Ariſtotele delectere. ſed utrunque nobis, ſpero, ut volumus, proximae tuae literae nunciabunt; cujus ſane rei Fulvius noſter (*b*), tua tum temperantia, tum ingenii acie, diſcendique cupiditate fretus, magnam jam percipit voluptatem, nobiſque ac tibi viciſſim de eo gratulatur. Vale, Roma, prid. non. jun. M. D. LVIII. a b

(*a*) Athanaſio Uberto, forocorneliensium epiſcopo, mortuo (vide epiſtolam 183. pag. 278.), ad card. Dandinium rediiſſe epiſcopatum illum, diximus, auctore Ughellio, ad epiſtolam 150. pag. 249. Itaque rumor in Aemilia, ac Bononiae potiſſimum, percrebruerat, Dandinium Roma Imolam ad eccleſiam illam ſuam propediem profecturum. hunc rumorem inanem ac falſum eſſe, heic dicit.

(*b*) De eo vide epiſtolas 140. 155. 159. 175.

CXCII.

Idem Eidem. 22. jun. 1558.

Places nobis cum de ſuſcepta ratione ſtudiorum, tum de cura valetudinis tuae. reliqua cum his initiis, ſpero, convenient. Gaudeo item, te & vicino equiti obſecutum eſſe, &, ne omnibus idem petentibus temere morem gerere cogaris, meminiſſe etiam monitorum meorum. De Foſio grata eſt mihi grati animi tui ſignificatio. ſed, quo minus tibi aſſentiar, impedior utriuſque commodis. eſſet enim ejus ad nos reditus & noſtris & ipſius rationibus alienus. videat igitur aliam conditionem; quam ei defuturam non arbitramur. Vale. Roma. III. id. jun. M. D. LVIII.

Digitized by Google

CXCIII.

18. junj 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a b c NOS hic (*a*) etiam (*b*) menſem, idque amplius (*c*), & aſſiduos, & permoleſtos, & meſſi ac reliquae frugum perceptioni incommodos imbres habuimus. ſed tamen totum id in optimam partem interpretamur. nihil enim a Deo mali nobis accidere poteſt. De tuſſi, ſi quid tibi morae attulit diuturna caeli perturbatio, id ſerenitate ſublatum iri, ſperamus. reliquorum impedimentorum tua cautio fuerit. quo in genere nihil tu quidem antea peccare ſolitus es. De ſtudiis tuis bene. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Roma. XIV. Kal. jul. M. D. LVIII.

CXCIV.

(*a*) Romae.

(*b*) Anſelmus enim ſcripſerat, bononienſe caelum maxime pluvium per illud ipſum tempus fuiſſe. Quod idem romano huic noſtro contingit menſe hoc junio an. 1761. cujus menſis idibus haec ipſa ſcribimus.

(*c*) Similiter loquutum in epiſtola 207. infra reperiemus: *Sex*, inquit, *ſunt menſes, idque amplius*. duriuſculum hoc mihi videtur, omninoque *coque amplius* mallem; quod certe ad optimorum latinorum rationem ac conſuetudinem maxime accedit. Cicero *in Verr.* action. II. lib. 2. cap. 1. *Ego tamen, hoc onere ſuſcepto, & recepta cauſa ſicilienſi, amplexus animo ſum* aliquanto amplius. *ſuſcepi enim &c.* Caeſar *de bell. gall.* lib. I. cap. 15. *Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, ut, inter noviſſimum hoſtium agmen & noſtrum primum*, non amplius quinis aut ſenis millibus paſſuum *intereſſet*. Salluſtius *in bell. jugurth.* cap. 80. *Singuli, pro opibus quiſque, quamplurimas uxores, denas alii, alii plures habent: ſed reges* eo amplius. *ita animus &c.* Sed quid ſequutum Pogianum dicemus, qui *id*, quam *eo*, cum *amplius* conjunctum maluit? hoc, opinor. vidit illa Ciceronis *pro Roſcio comoedo* cap. 8. *Amplius ſunt ſex menſes*: & *in Verr.* action. II. lib. 1. cap. 14. *Cum eum Syracuſis* amplius centum cives romani *cognoſcerent*: & lib. V. cap. 155. *Cum* amplius centum cives romanos *haberet ex conventu ſyracuſanorum*. quae, ejuſdemque generis alia multa quum videret, in iiſque *amplius* pro *pluſquam* uſurpari animadverteret, non minus recte dici a ſe poſſe *id amplius*, quam recte *pluſquam id* diceretur, exiſtimavit. itaque, cum *menſem, idque amplius* dixit, nihil aliud niſi *menſem, & amplius* (ſive *pluſquam*) *menſem* voluit dicere, pro iterato nomine *menſem* demonſtrativo pronomine *id* uſus. neque movere eum debuit, quod neutrius generis pronomen ad maſculini generis nomen ita loquens referret. videbat enim, Salluſtium, in illo ſuo *uxores denas ... habent, ſed reges eo amplius*, pronomen *eo* neutrius generis, ſingulariſque numeri ad *uxores denas*, faeminini generis, pluraliſque numeri nomina retuliſſe.

CXCIV.
Idem Eidem.

25. jun. 1558.

REmiſeram tibi his caloribus aliquot dies de conſuetudine epiſtolarum (*a*), quod eam relaxationem eidem tibi ſalubrem, & ad ſcribendi etiam diligentiam utilem fore, exiſtimabam. nunc, quoniam hac commoditate ne tu quidem adhuc tibi utendum putas, vel quia nondum ſit aeſtas Bononiae, vel quia ejuſmodi remiſſione non egeas, ſcribes tuo arbitratu, id eſt, cum voles. quinetiam ſcies, valde nos literarum tuarum frequentia delectari, dummodo ſcribas & commodo valetudinis tuae, & cum aliqua ſemper acceſſione latini ſermonis. quae recordatio quo pertineat, non debes ignorare. Laudatoribus noſtris ſi in praeſentia reſpondiſti honore verborum, dabis praeterea operam, ut eorum exiſtimationi, quantum in te fuerit, vitae tuae ratio & doctrina reſpondeat. Vale. Roma. VII. Kal. jul. M. D. LVIII.

(*a*) Vide epiſtolam 185. pag. 180.

CXCV.
Idem Eidem.

6. jul. 1558.

QUod tibi fructuoſum iſtud fundi noſtri inſtrumentum (*a*) gratum eſſe affirmas, ego, etiam ſine tuis literis, ita fore, exiſtimabam. quod vero tui officii fuit, & Deo maximas de hac rei ruſticae amplificatione, & reliquis praeterea auctoribus (*b*) aliquas gratias agere, id a te praetermiſſum demiror. Habet excuſationem charitatis Bettus, doctor tuus, quod in fratris funere aliquot dies docendi munere ſuperſederit. qui ſi ad ſuum inſtitutum mature redierit, audies tu ipſum; ſin minus, te ad alium conferes, Reguli noſtri arbitratu. Vale. Roma. prid. non. jul. M. D. LVIII.

CXCVI.

(*a*) Fundi *inſtrumenta* dicuntur ea omnia, quibus fundus inſtruitur: interque ea molae triticeae, quae aquis aguntur, potiſſimum recenſentur. fundum, quem in agro bononienſi Dandinius habebat, earum aliqua inſtructum fuiſſe nuperrime, poſſumus ſuſpicari. id certe fundi inſtrumentum admodum fructuoſum dominis eſſe ſolet.

(*b*) Si vere de mola ſupra conjecimus, *auctores* hujus fructus atque utilitatis, praeter Deum, eos poſſumus intelligere, qui aquas ad eam verſandam ſive praebuerint, ſive per ſuos fundos duci derivarique permiſerint, ſive denique rem aliqua ratione juverint.

Digitized by Google

CXCVI.

13. jul. 1558. Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

QUod ad te mea manu ſcribam, id tibi non magis commoditatis valetudiniſque meae ſignum ſit, quam invitamentum ſtudii ac diligentiae tuae. haec potiſſimum ſcribendi ad te mihi cauſa eſt. caeterum qui id facere aut liceat, aut vero etiam libeat? Spero, Bettum rure jam rediiſſe, ut tibi in dialecticis alterius opera minus utendum ſit. illum (a) enim, quod (b) iſtic eo in genere excellere dicitur, ſi ſe tamen cuiquam ad docendum dederit, omnino audias velim; ſin aliter, quemcunque alium potius, quam neminem. ſed viderit omnia Regulus noſter; cujus officio ac ſtudio in nos ita confidimus, ut in ejus cura de te conquieſcamus Vale. Roma. III. id. jul. M. D. LVIII.

(a) Bettum videlicet.

(b) Cauſa, cur velit, Bettum potiſſimum ab Anſelmo in dialecticis audiri, eſt, quia Bononiae is in eo genere excellere dicebatur.

CXCVII.

27. jul. 1558. Idem Eidem.

AMO in tuis epiſtolis tum literarum noſtrarum verba atque ſententias, tum vero maxime Ciceronis. ſpero enim fore, ut iſta imitatione, & tanquam mutuatione quadam, tuus aliquando eſſe poſſis(a). neque enim, qui mercaturam faciunt pecunia aliorum, non ſaepe ſunt ſui negotii bene gerentes. tu tamen eris in eo quotidie parcior, & minus uſurpabis aliena, quo magis tuis abundabis; tua autem erunt, quae ſumes a M. Tullio, ſi illius verba atque virtutes ad tua cogitata accommodaris, non etiam, quod pleriſque contingit, proprii paene oblitus inſtituti, in illius non modo verba, ſed etiam ſenſa (b) delabére. ſecundum religionem & valetudinem, tua haec tertia cautio fuerit. Vale. Roma. VI. Kal. aug. M. D. LVIII.

CXCVIII.

(a) Hoc eſt, tuis, non alienis, verbis ac ſententiis uti poſſis.

(b) *ſenſu* exempl. Emendavi.

CXCVIII.

Idem Eidem.

10. aug. 1558.

STudium dialecticae tuum lentum ſane eſt negotium (*a*) : & vereor, ne ea nos ſpes fruſtretur, quam de aeſtate habebamus. vides enim, & quantum (*b*) jam reliqui ſit aeſtivi temporis, & quam in iſta ratione non longe proceſſeris. ſed & tu, ſpero, ſarcies, & Bettus incumbet. qua ſpe freti ſcilicet, ne illud quidem petenti tum matri tum ſorori tuae negare potuimus, ut tibi permittamus ire Caeſenam. quod tamen ea lege tibi permiſſum ſcies, ut neque prius iſtinc proficiſcare, quam calor remiſerit, neque domi ſis amplius octo dies, neque omnino quicquam detrahas de inſtituta ratione tum vitae tum ſtudiorum tuorum. Vale. Roma. IV. id. aug. M. D. LVIII.

(*a*) Cicero lib. I. *ad Attic.* epiſt. 12. *Teucris illa lentum ſane negotium.*

(*b*) Fortaſſe *quantulum*, non *quantum*, Pogianus ſcripſit.

CXCIX.

Idem Eidem.

16. aug. 1558.

NOS in iſto tuo ingenio, otio, magiſtro, in iſtis denique commodis & adjumentis, quibus abundas, tantum ponimus, ut ſumma a te & ſperemus & expectemus. ſit modo conatus is mediocris, quem ſcribis, tuque rem ſuo vocabulo nominaris (*a*), & omnia bene habebunt. Quae tibi ſingula tum facienda tum vitanda eſſent, de iis te ſaepe monuimus. nunc, ne nihil omnino ſcribamus, univerſe hortabimur, ut dignum te nobis (*b*) praebeas, quo Hieronymum etiam, fratrem tuum, quem tuis itineribus ire (*c*) volumus, non minus praeceptis, quam exem-

(*a*) Videtur Anſelmus ante ſcripſiſſe, ſe *mediocrem* per aeſtatem *conatum*, curandae valetudinis cauſa, ſtudiis adhibiturum. ait patruus, ea re ſe eſſe contentum, nihilque praeterea ab eo requirere, modo is *mediocrem* illum, quem ſcripſerat, *conatum* adhiberet, nec *mediocris conatus* vocabulo, ſocordiam aut etiam ceſſationem intelligat.

(*b*) Ughellio in *Italia ſacra* ſi credimus, non admodum dignum patruo Anſelmus poſtea ſe praebuit. ait enim de cardinale Dandinio, imolenſium epiſcopo, agens: *Divitem S. Bartholomaei abbatiam extra muros Ferrariae habuit commendatam, quam in alterum ex fratre nepotem Anſelmum, ſibi valde diſſimilem, deinde transtulit.* At vero eum ſcimus a Gregorio XIII. nuncium pontificium in Galliam anno 1577. miſſum; ibique multa praeclara geſſiſſe, ejuſdem Gregorii *annales*, a Petro Maffejo conſcripti, libro VIII. §. 23. & ſeqq. & lib. IX. §. 15. docent.

(*c*) Eccleſiaſticae vitae rationem inire.

exemplis juvare poſſis. Thomam iſtum, franciſcanum ſacerdotem, mihi ſalutabis. Vale. Roma. XVII. Kal. ſept. M. D. LVIII.

C C.

31. aug. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

QUod veritus eram, factum eſt, ut aeſtas efflueret, neque tu modo dialecticus eſſes, ſed de ejus rationis elementis quicquam ſuſpicari vix poſſes. ego vero ad te ſcripſe-
a ram (*a*), ut Bettum audires, non etiam, ſi illum minus poſſes, ut praeterea neminem. & noſti tum de jure civili, tum
b de iſta facultate (*b*), quam tibi ad legum ſcientiam quaſi gradum quendam cupimus eſſe, voluntatem meam. ſed pergo praeteri-
c ta (*c*). quamobrem effice, ut aeſtivum damnum hiberni ſtudii diligentia reſarciatur. nunc quidem domum reviſes: ubi te ita tractabis, ut omnes intelligant, non majorem tibi aetatis & hono-
d ris (*d*), quam doctrinae & morum acceſſionem factam eſſe. Vale. Roma. prid. Kal. ſept. M. D. LVIII.

(*a*) Vide epiſtolam 196. pag. 286.
(*b*) Dialectica.
(*c*) *Pergere praeterita* in eodem genere eſt, in quo *pergere reliqua*. quid autem de hoc ſentiendum ſit, conſule volumen hujus operis quartum pag. 411.
(*d*) Vide epiſt. 178. pag. 274.

C C I.

14. ſept. 1558.

Idem Eidem.

DUpliciter nos delectavit epiſtola tua, ex qua tum de itineris
a b tui (*a*), tum de utriuſque aedificationis (*b*) noſtrae ratione libenter cognovimus. ne admonitio quidem de janua fuit injucunda: habet enim optabilem in iſta aetate cujuſdam ſoler-
c tiae ſignificationem. Quod ſcribis, nihil iſtic (*c*) a dignitate mea alienum eſſe, guadeo: tuque tum gaudere debes, tum etiam propter eam ipſam cauſam magis incendi ad ſtudia virtutis &
d artium optimarum (*d*). Illud certe demirati ſumus, te eorum verborum, quae tam multa ſumis a Cicerone, vim interdum non
e intelligere. te ſcilicet Q. Ciceronis columnae (*e*) fefellerunt, quae non

(*a*) Caeſenam.
(*b*) Credibile eſt, duplici hac aedificatione & aedes urbanas & villam ſignificari, quas conſtrui, ſive refici atque amplificari ornarique uno eodemque tempore cardinalis Dandinius in ſua patria faciebat.
(*c*) Caeſenae, in qua urbe Anſelmus hoc tempore morabatur.
(*d*) Quarum rerum praeſidio opes ac facultates ad dignitatem tuendam comparantur.
(*e*) Cicero lib. I. epiſt. 1. ad Q. fratrem: *In Manliano* (al. *Maniliano*, al. *Antio-*

non erant e regione collocatae; neque alterum columnarum ordinem attendiſti, quibus illae reſpondebant. *Subgrandem* (*f*) porticum latine dici, ſcimus, *ſatis ſubgrandem*, non arbitramur. ſunt alia, quae poni a te negligentius in epiſtolis, moleſte ferimus. quare diligentius, quae ſcribis, conſideres velim. Vale. Roma. XVIII. Kal. oct. M. D. LVIII. *f*

Antiano. Quinti Ciceronis fundus fuit) *offendi Diphilum* (architectum, ſive laborum praefectum) *Diphilo tardiorem. ſed tamen nihil ei reſtabat, praeter balnearia, & ambulationem, & aviarium. villa mihi valde placuit ... Columnas neque rectas neque e regione Diphilus collocarat. eas ſcilicet demolietur. aliquando perpendiculo & linea diſcet uti.*

(*f*) Cicero in eadem illa epiſtola: *Subgrande cubiculum autem, & hibernum altum valde probavi.*

CCII.

Idem Eidem.

20. ſept. 1558.

SI, quae tibi ſcribendi ratio, ex quo Bononia profectus es, eadem ſtudendi fuit, ea urbe facile carere potuimus. etenim & bene longas & elaboratas ad nos tum Imola, tum Caeſena dediſti literas: quod vix Bononia, aut ne vix quidem, antea faciebas. quare, quoniam tecum neque habuiſti magiſtrum, a quo poſſes in ſcribendo adjuvari, neque is, puto, ſcriptas tibi miſit epiſtolas, quibus ad nos uterere, & tibi & nobis tua iſta latine ſcribendi facultate, ſi quaedam accuratius animadverteris, minime vulgari, gratulamur. Quod vero cum parentibus, tum fratribus ac ſororibus te ſatis oblectaſti, quodque in praediolis noſtris jucunde ruſticatus es, alacrior propterea ad ſtudia redire debes; praeſertim cum habeas Fulvium (*a*) ac Tanarium (*b*), a quibus de noſtris rebus cognoſces aeque ac ſi praeſens eſſes. Vale. Roma. XII. Kal. oct. M. D. LVIII. *a b*

(*a*) Vide epiſtolam 175. pag. 272. (*b*) Vide epiſtolas 159. 160. 161. pag. 258.

CCIII.

Idem Eidem.

1. oct. 1558.

TAmetſi ex meis aliquot menſium literis meminiſſe te arbitror, commutandam ineunte hieme tibi eſſe rationem ſtudiorum tuorum, ac juri civili, cujus rei cauſa eundem te ſuperiore aeſtate dialecticis imbui (*a*) cupieram, praeterea operam *a*

(*a*) Haec eſt exemplaris noſtri lectio, qua 3 Gratianus in *incumbere* converterat. cauſam non video: quum praeſertim *dialecticis* (pro *in*, ſive *ad*, *dialecti-*

dandam, tamen, inſtante jam vel potius urgente tempore, de eo te admonendum putavi. &, quoniam de dialectica, perinde ut volebamus, non ſucceſſit, nolumus autem, te rudem ejus artis verſari in legibus, conferes modo te ad Juſtiniani inſtitutiones, ad Porphyrii etiam referes: utriuſque autem facultatis ſtudium diligenter coles. quod ut commodius facere poſſis, praeter unum Ciceronem, ab omni te reliquorum ſcriptorum lectione liberamus. illo enim, ſine maximo ſcriptionis detrimento, quam & plurimi facimus, & a te retineri volumus, carere non potes. habes ſententiam meam de ſtudiis tuis. nunc, quo tibi in legibus doctore utendum ſit, id eſt optimo, viderit Regulus noſter. nam de dialecticis a Betto, ſi per eum licuerit, cur diſcedas, cauſa nulla eſt. Vale. Roma. Kal. octobris. M. D. LVIII.

lectica) *incumbere* non ſatis latine; minimeque ciceroniane dicatur. quo modo primum dici coeptum eſt Quintiliani aetate, ipſi ſi credimus. ait enim libro IX. *inſtit. orat.* cap.3. *Verborum vero figurae & mutatae ſunt ſemper* (fort. *ſaepe*), *& utcunque valuit* (fort. *voluit*) *conſuetudo, mutantur. Itaque, ſi antiquum ſermonem noſtro comparemus, paene jam quicquid loquimur figura eſt: ut* huic rei invidere, *non*, *ut omnes veteres*, *& Cicero praecipue*, hanc rem; & incumbere illi, *non* in illum; & plenum vino, *non* vini; & huic, *non* hunc, adulari, *jam dicitur*, *& mille alia: utinamque non pejora vincant*. Verum in eo, quod ait, Ciceronem non *huic rei*, ſed *hanc rem invidere* dixiſſe, vehementer errat: quum contra Cicero ſexcentis locis, immo perpetuo, *huic rei*, numquam *hanc rem*, *invidere* dixerit. cujus etiam aetate uſque adeo inſolens praeterque conſuetudinem erat *hanc rem invidere* dicere, ut, qui ita loquuti eſſent, *male latine*, ac tantum *poëtice*, atque adeo *audaciter* loquuti putarentur. cujus rei non jam alium, ſed ipſum Ciceronem teſtem producam, qui libro III. *tuſcul. quaeſt.* cap.20. *Ab invidendo*, inquit, *invidentia recte dici poteſt*, *ut effugiamus ambiguum nomen invidiae. quod verbum ductum eſt a nimis intuendo fortunam alterius*, *ut eſt in Menalippo* „ *Quiſnam florem liberum invidit meum?* „. *Male latine videtur. ſed praeclare Accius. ut enim videre*, *ſic* invidere florem *rectius*, *quam* flori. *nos conſuetudine prohibemur: poëta jus ſuum tenuit*, *& dixit audacius*.

CCIV.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

8. oct. 1558.

a COmmodum (*a*) ad te ſcripſeram Kalendis octobris, cum
b pater tuus (*b*), & Hieronymus frater ſane commode Romam venerunt. & quidem Hieronymo, de quo neſcio quid vereri videbare, nihil tractabilius eſt. quid quaeris? tribus horis factus eſt omnibus familiaris; ut ſperem, nobis fore jucundiſſimum.

(*a*) Vide epiſtolam 107. pag.152. (*b*) Pompejus. Vide epiſt. 180. pag. 276.

mum. Fulvium noſtrum (*c*) id agere, ut bene ac magnifice poſſit habitare, laetor: neque dubito, daturum eſſe operam, ut plus ipſe domui ſuae afferat, quam inde habeat dignitatis (*d*). Te vero non tam hortabor ad ſtudia literarum, quam monebo, ut uberrima promiſſa facias (*e*) epiſtolarum tuarum, praeſertim cum jam ipſo tempore urgeare. Bettus (*f*) ſi minus venerit ad conſtitutam diem, te ad vicinum iſtum doctorem conferes. Vale. Roma. VIII. id. oct. M. D. LVIII.

c d e f

(*c*) Vide epiſt. 175. pag. 272. Is commodas ac magnificas aedes ſibi Bononiae exſtruebat.

(*d*) Cicero libro I. *de offic.* cap. 139. *Ornanda eſt enim dignitas domo; non ex domo tota quaerenda; nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt.*

(*e*) *Uberrima epiſtolarum tuarum promiſſa* ſunt ea, quae de navanda diligenter ſtudiis opera Anſelmus in ſuis litteris patruo prolixe pollicitus fuerat. *promiſſa* autem *facere* eſt promiſſa ſtare, eaque ſervare atque efficere. Cicero libro III. *de offic.* cap. 95. *Agamemnon cum devoviſſet Dianae, quod in ſuo regno pulcerrimum natum eſſet illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulcrius.* promiſſum *potius non* faciendum, *quam tam taetrum facinus admittendum fuit.* *ergo & promiſſa non* facienda *nonnumquam, neque ſemper depoſita reddenda.*

(*f*) Dialecticae magiſter.

C C V.

Idem Eidem.

25. oct. 1558.

CUM ſuperioribus literis (*a*) genus ſtudiorum tuorum tibi praefinirem, non ignorabam, quid aut tu poſſes, aut multi aequales tui in eodem genere ſtudiorum efficerent. detrahebam vero de reliquis exercitationibus tuis multum; tantumque veteris inſtituti tibi relinquebam, ut & aliquid ex Cicerone quotidie legeres, & ſingulis ſeptem diebus latine ad nos ſcriberes. tu nunc ſubvereri videris, ne plus, quam ferre poſſis, tibi oneris imponatur. quod minime mirum eſt, praeſertim antequam in eam rationem ingrediare. ſed, ubi fueris ingreſſus, quo es ingenio diſcendique cupiditate, polliceor tibi, nihil illo ſtudio facilius viſum iri (*b*). quare etiam diſperties tempora ſtudiorum tuorum, ut mane alteri (*c*), alteri (*d*) veſperi operam des; poſt

a b c d

Oo 2 meri-

(*a*) Vide epiſtolam 203.

(*b*) De dialectica quidem A. Gellius lib. 16. cap. 8. *Dialecticae*, inquit, *cognitio in principiis quidem taetra & aſpernabilis inſuaviſque & inutilis eſſe videri ſolet. ſed, ubi aliquantulum proceſſeris, tum denique & emolumentum ejus in animo tuo dilucebit, & ſequetur quaedam diſcendi voluptas inſatiabilis, cui ſane niſi modum feceris, periculum non mediocre erit. ne, ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticae gyris atque maeandris, tamquam apud ſireneios ſcopulos, conſeneſcas.*

(*c*) Juſtiniani inſtitutionum ſtudio.

(*d*) Studio dialecticae.

meridiem vero in Cicerone conquieſces. haec horarum diſtributio magnae tibi non ſolum levationi, ſed etiam voluptati fue-
e rit. Pater (e) & Hieronymus, frater tuus, te ac Fulvium noſtrum ſalutant; cui tu etiam meo nomine ſalutem dices. Vale. Roma. idib. oct. M. D. LVIII.

(e) Vide proxime ſuperiorem epiſtolam.

CCVI.

22. oct. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a SI tibi per Betti occupationes liceret ei operam (a) dare,
b meliorem, quam is ſit, doctorem non quaereremus (b). ſed, quoniam ruſtica aedificatione eſt impeditus, Baldo contenti ſu-
c d mus (c), & vicino & docto homine, &, ut ſcribitis (d), noſtri ſtudioſo. quare eum tu diligenter & audies & obſervabis. Jan-
e diu (e) te ad ſtudium chriſtianae pietatis non cohortamur, quod
f ei te muneri ſatis (f) te ſponte tua facere ſperamus; ſi tamen fieri poteſt a quoquam iſti officio ſatis. itaque tenebis inſtitutum tuum, ut nulla nobis ad te neceſſaria admonitione utendum ſit. reliqua tua cura de valetudine ac literis cum religione conjuncta eſt; ut eandem in omnibus diligentiam adhiberi abs te exiſtimemus. Vale igitur, & ſtude, ut facis. Vale. Roma. XI. Kal. novembr. M.D.LVIII.

(a) In dialecticis.

(b) *quaererewur* exempl. Emendandum putavi.

(c) Fort. *ſimus*.

(d) Nempe de ea re non modo Anſelmus, ſed Regulus & Fulvius fortaſſe ſcripſerant.

(e) *Tandiu* exempl. Hoc quoque mendoſum eſſe exiſtimans emendavi.

(f) *ſatis ſponte facere &c.* exempl. Addidi ex ingenio *te* & *tuo*. utraque enim vox mihi neceſſaria viſa eſt.

CCVII.

29. oct. 1558.

Idem Eidem.

VEreor, ne opportunum iſtud tempus ſtudiorum in deliberatione conteratur. vix enim ſtatuiſtis, ſi tamen ſtatuiſtis, de
a doctore dialectico; ut, qua vos magiſtri (a), ea nos argumen-
b ti (b) inopia affici videamur. ſex enim ſunt menſes, idque am-
c plius (c), cum idem fere noſtrae literae loquuntur. ſit igitur
d aliquando certus doctor Claudius Bettus (d): neque aut is pro-

latio-

(a) Inveniendi ſcilicet.

(b) Litterarum materies ſignificatur.

(c) De *idque amplius* pro *eoque amplius* vide epiſtolam 193. pag. 284.

(d) Vide epiſt. 186. pag. 280.

latione, aut tu cunctatione diutius nos id ipſum ſcribere cogatis. vos vero, ut ſcribis, imperatore conſtituto, inſtructa acie, praeſertim explorata victoria, propoſitaque ſpe ampliſſimorum praemiorum, nullo etiam periculo deſertionis, praeſenti animo manum conſerite. Vale. Roma. IV. Kal. novembr. M. D. LVIII.

CCVIII.

Idem Eidem. 5. nov. 1558.

NEque tu doctorem in jure civili nanciſci potuiſti meliorem, aut noſtri amantiorem Hannibale Craſſo, & ego unum illum ex omnibus delegiſſem, qui tibi operam daret, niſi veritus eſſem, ne hominem, in graviori quodam docendi genere occupatum, leviore iſta, fortaſſe etiam moleſtiore, cura impedirem. nunc, quoniam is ſibi id negotii ſuſcipere grave non duxit, ages tu ei gratias etiam meo nomine, & eo ipſum diligentius coles & audies, quo plus a te officii ejus humanitas requirit. Heri incidi in epiſtolam tuam (diu enim latuerat in turba librorum ac literarum) datam, opinor, III. Kal. ſeptembr. in qua ſcribis, neſcio quid praepoſtere fuiſſe in noſtris literis. quod ſi ita eſt, id tu ſuo loco repones. neque enim adeo difficile eſſe arbitror, ut vos torqueat. itaque refer nobis hanc gratiam, ut, cum ipſi tua tam multa errata ſaepe correxerimus, tu mendum aliquod tollas interdum librariorum noſtrorum. Vale. Roma. non. novembr. M. D. LVIII.

CCIX.

Idem Eidem. 11. nov. 1558.

REcte admonent Craſſi noſtri de profectione veſtra (*a*), quos a
cenſeo audiatis. mora enim multas plerunque continet commoditates, quibus carere nec facile nec honeſte poſſumus. tu interea urgebis Juſtiniani & Ariſtotelis inſtitutiones. quod ſi Porphyrium ſuo id modo libello nomen (*b*) inſcripſiſſe dices, non b
etiam Ariſtotelem, non tamen vere negabis, illa etiam decem ultima Ariſtotelis genera (*c*), quo nihil in terris non refertur, c
inſti-

(*a*) Non maturanda quidem, ſed potius differenda. ſequitur enim *mora enim multas plerunque continet commoditates*. qui autem praeter Anſelmum *profecturi* ſignificentur, neſcio. agi autem de profectione Caeſenam ad ejuſdem Anſelmi ſororis nuptias puto: quae nuptiae in extrema hac epiſtola, & in epiſt. 212. pag. 296. commemorantur.

(*b*) Contendit, *inſtitutionum* nomen non modo Porphyrii libello, qui εἰσαγωγὴ inſcribitur, convenire, ſed etiam ad Ariſtotelis κατηγορίαις recte transferri atque accommodari poſſe.

(*c*) Latine *praedicamenta* vulgo appellantur. Quintilianus libro III. cap. 7.
el-

inſtitutionum nomine aliena eſſe . nam ſubtilem quandam principiorum rationem tradunt, ſine qua recte aut invenire aut judicare (quod ad diſſerendum pertinet) vix quenquam poſſe arbitramur. quare, cum tantum in re ſit, quantum tibi in ea diligentiae ſit adhibendum, profecto intelligis. Ego te in ſororis nuptiis a tuis ſtudiis ita feriatum eſſe nolim, ut non aliquid quo-
d e tidie & domi (*d*) & Bononiae (*e*) legas. Vale. Roma. prid. id. novembr. M. D. LVIII.

elementa vocat, eaque enumerat. *Ariſtoteles*, inquit, *elementa decem conſtituit, circa quae verſari videatur omnis quaeſtio: οὐσία, quam Flavius* eſſentiam *vocat (nec ſane aliud eſt ejus nomen latinum); ſed ea quaeritur, an ſit* : qualitatem, *cujus apertus intellectus eſt* : quantitatem, *quae dupliciter a poſterioribus diviſa eſt, quam magnum & quam multum ſit* : ad aliquid (quam vulgo relationem dicunt); *unde ductae translatio & comparatio: poſt haec* ubi & quando: *deinde* facere, pati, habere; *quod eſt quaſi armatum eſſe, & veſtitum eſſe: noviſſime συγκεῖσθαι; quod eſt compoſitum eſſe quodammodo; ut calefacere, ſtare, iraſci*.

(*d*) Caeſenae: ubi contrahendae per procuratorem, ut opinor, nuptiae illae erant.

(*e*) Ubi eaedem illae nuptiae, eo adducta ſponſa, erant celebrandae. nupſiſſe enim eam bononienſi civi, Bononiaeque poſtea conſtitiſſe, videntur mihi ſatis ſignificare extrema illa epiſtolae 211. ad Anſelmum, in eamdem urbem reverſum: *Joannam ſororem ita viſas, cum poteris, ut illa parentum, fratrum, ac ſororis deſiderium lenire poſſit & aſſiduitate & humanitate tua: quam, & Fulvium noſtrum mihi ſalutabis*.

CCX.

19. nov. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

NUnc denique, mihi viſum ut eſt, purius loquuntur literae tuae, antea quam ſolebant, ex eo, credo, quod illas ad Atticum epiſtolas diligentius etiam legis, quam ſuperioribus temporibus videbare. lege vero, Anſelme, cum potes; neque exiſtima, majorem te ex ullo alio libro latine ſcribendi facultatem conſequi poſſe; &, ſi quid ad rem pertinet, quid ipſe faciam animadverte. ego, hac aetate, his occupationibus, his denique ſtudiis deditus, quae cum chriſtiani hominis ſunt, tum vero maxime propria ejus perſonae, quam mihi Dei benignitas im-
a poſuit(*a*), tantum ex illis literis capio voluptatis, quantum tu li-
b benter aliquando intelliges (*b*). Vale. Roma. XIII. Kal. dec. M. D. LVIII.

CCXI.

(*a*) Epiſcopatum imolenſem, & cardinalatum intellige.

(*b*) Cogitabat fortaſſe Dandinius Ciceronis epiſtolas ad Atticum ſive italice ex latino convertere, ſive enarrationibus ſuis illuſtrare, in vulguſque edere. ſed italica earum interpretatio prodierat jam ante tres annos Venetiis typis aldinis hoc titulo: *Le piſtole di Cicerone ad Attico fatte volgari da M. Matteo Sanárega*: illo nempe ipſo, qui poſtea anno 1595. reipublicae genuenſi ducis honore ac poteſtate praefuit.

CCXI.

Idem Eidem. 10. dec. 1558.

NON, puto, ſi animum tuum novi, minor te alacritas & cupiditas profecnta eſt ad ſtudia redeuntem (*a*), quam a
antea ad ſororis nuptias euntem (*b*) deduxerat. nam, ſi illud of- b
ficium a te praetermittendum non fuit, hoc eo nunc diligentius colere voles, ut & ſarcias (*c*), & intelligant homines, te neque, c
quod deceat, negligere, & omnino curare, quod oportet. De Guidotto factum tuum probo: memoriam vero ea in re etiam laudo tum officii tui tum ſententiae & admonitionis meae (*d*). d
Joannam ſororem (*e*) ita viſas, cum poteris, ut illa parentum, e
fratrum, ac ſororis deſiderium lenire poſſit & aſſiduitate & humanitate tua: quam, & Fulvium noſtrum mihi ſalutabis. Vale. Roma. IV. id. dec. M. D. LVIII.

(*a*) Bononiam.

(*b*) Caeſenam. Vide epiſtolam 209. pag. 294.

(*c*) Aliquid omnino deſideratur, idem fortaſſe, quod eſt in Ciceronis epiſtola prima libri III. ad Appium, *uſuram longi temporis*.

(*d*) Significatur fortaſſe admonitio illa epiſtolae 158. pag. 256. *Non fuit negandum Canio, & amico & jandiu petenti. ſed idem tu meminiſſe debes, te, cum ejus filiolam in baptiſmate ſuſcepiſti, tantum pro illa intercessiſſe, quantum ſpondere periculoſum eſt ... Tantum igitur habeto, quod Canio conceſſiſti, non eſſe in vulgus dandum.*

(*e*) Quae nupta Bononiae erat. Vide epiſt. 209.

CCXII.

Idem Eidem. 21. dec. 1558.

NOS aliquando inquilini Romae eſſe deſiimus (*a*). nam a
ad (*b*) XVI. Kal. jan. migravimus in domum noſtram (*c*) b c
amplam, magnificam, ſalubrem, romana plane vicinitate undique

(*a*) Antehac Dandinius conductis in aedibus Romae habitarat (id eſt enim *eſſe Romae inquilinum*). proxime, praeclara domo, *S. Marcelli templo* (quemadmodum in epiſtola 214. dicitur) *continente & adjuncta*, pretio coëmta, in quam jam immigrarat, inquilinum ſe eſſe Romae deſiiſſe, dicit. O fallacea hominum ſpes, fragilemque fortunam, & inanea cogitationes noſtras! numquam fortaſſe magis inquilinus Romae Dandinius fuerat, quam cum in haſce a ſe coëmtas aedes immigravit: e quibus videlicet, citius quam vulgo e conducticiis, emigrandum illi, numquam poſtea remigraturo, intra vertentis anni ſpatium erat. nam, quum eas incolere die 17. dec. hujus anni 1558. coepiſſet, inſequentis anni 1559. die quarto decembris migravit e vita.

(*b*) In menſium diebus notandis *ad* pro *a. d.* perperam adhiberi, oſtendimus in tertio hujus operis volumine pag. 48.

(*c*) Quia coëmtam.

Digitized by Google

que honeſtatam. in his commodis illud ineſt incommodi; vetus aedium deſcriptio, quae ut ad hanc novam elegantiam redigatur, magna pecunia opus eſt; tollendum altius aliquot locis tectum cubiculorum; proferenda & explicanda vaporaria; patefacienda lumina; nonnulla reficienda; multa commutanda; plura reconcinnanda ſunt. hujus quaſi expolitionis cum in Deo omnem, tum in fructibus etiam praediorum noſtrorum aliquam
d ſpem ponimus. habes res noſtras. Tu & ſorori (*d*) tantum tribues, quantum debes, neque de ſtudiis tuis quicquam detrahes, quibus ut cum maxime operam des, velim. Roma. XII. Kal. jan. M. D. LVIII.

(*d*) Vide ſuperiores epiſtolas.

CCXIII.

31. dec. 1558.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a EXpecto quid in utroque genere (*a*) ſtudiorum tuorum proficere incipias. neutra enim ratio, modo & mediocriter latine ſcias, & eam recte acceperis, abhorret a conſuetudine latini ſermonis. inde vero etiam tibi argumentum epiſtolae naſci debet. neque enim quicquam eſt, quod vel tua *vel noſtra* cauſa abs te ſcire malimus. quanti autem tua interſit *nuſquam* diſcedere a Regulo noſtro, facile intelligis, ſi, qualem ſuperiorem, qualem proximam ad nos epiſtolam ſcripſeris, recordare.
b nam eam, quam a Fulvio (*b*) dediſti, appáret, te vix id egiſ-
c ſe (*c*), cum ſcriberes: haec recentior nullum continet mendum, & aliquam praeterea laudem habet. te vero reliquas officii tui partes praeclare tueri, & ſpero & cupio. Vale. Roma. prid. Kal. jan. M. D. LVIII.

(*a*) In dialecticis, & in jure civili. Vide ſuperiorea epiſtolas.

(*b*) Fulvii, qui morbo fortaſſe impediebatur, nomine. Vide epiſt. 223. pag. 302.

(*c*) *Id agere* eſt ſerio de eo, quod agitur, cogitare, in eoque curam ac diligentiam adhibere. contrarium huic eſt *aliud*, ſive *alias res*, *agere*. Cicero lib. XV. epiſt. 18. *Oppium aliud agens, & nihil hujuſmodi cogitans*. & pro Sex. *Roſcio* cap. 60. *Uſque eo animadverti, judices, eum jocari, atque alias res agere*.

CCXIV.

9. jan. 1559.

Idem Eidem.

AEdes noſtras, ſancti Marcelli templo continentes & adjunctas, probari tibi caeteris de cauſis laetor. earum vero emptionem propterea minus gratam eſſe nolim, quod eas veteri

teri more *noſtras* dicere non poſſis (*a*). fuit enim illud, puero te, jucundum auditu, & habuit, ut ea aetate, nonnullam ingenii commendationem; quod poſtea cum puerilibus veſtibus abjectum oportuit. neque enim id nunc audire abs te poſſit ſine ineptiarum aut etiam cupiditatis ſuſpicione; a qua non modo re, ſed etiam verbis te alienum eſſe volo. acumen modo in dialecticis & in jure civili debes oſtendere; in quibus quantum proficias, cupio aliquando ex te cognoſcere. Tanarium (*b*) noſtrum ex pedibus, quam ex manibus laborare (*c*), propter ejus impedimentum profectionis, fero moleſtius. Vale. Roma. VIII. id. jan. M. D. LIX.

(*a*) Acutum aliquod atque ingenioſum Anſelmi, cum admodum puer eſſet, dictum de eo, quod recte *noſtrum* appellari poſſet, ſignificatur.

(*b*) Vide epiſtolas 159. 160. 161.

(*c*) Fortaſſe & chiragra & podagra Tanarius, cum in iter ſe daturus eſſet, laborarat.

CCXV.

Idem Eidem.

14. jan. 1559.

PLuribus tu quidem mecum agis de ſtudiis tuis. ſed mallem ſubtilius & accuratius mihi rationem eorum exponeres. capita enim modo rerum ſignificas; quae ne quaerimus quidem: eorum vero vim, quam quomodo teneas, ſcire avemus, non attingis. quanquam de Ariſtotele parum progredi mihi videris, cum adhuc in ejus haereas veſtibulo, qui in atrio jam verſari deberes. De Regulo noſtro quo plus eum laboris ac diligentiae in te erudiendo ſuſcipere ſcribis, eo majorem tui expectationem facis; cui prorſus opinioni noſtrae reſpondeas oportet. Vale. Roma, XIX. Kal. febr. M. D. LIX.

CCXVI.

Idem Eidem.

18. jan. 1559.

QUaſi re ſit impeditum, non magis infantia tua, ita ſtatuis, non licere tibi ad nos ſcribere de ſtudiis tuis. quod equidem mallem tibi minus liquére dixiſſes. non enim, ſi tu explicare iſta non potes, tam rerum anguſtiis fieri debes exiſtimare, quam tuis; cum & veteribus & recentibus exemplis teneare (*a*). expediuntur enim latine a multis cum ar-

(*a*) Hoc eſt, refellatur ac convincatur opinio iſta atque oratio tua de difficultate, quae ſuperari non poſſit, latine explicandi ea; quae ad dialecticam & ad jus civile pertinent.

gumentandi genera, tum ſenſa juriſconſultorum: in quibus tu ſi haeres, jam non urgeo te, ſed permitto, ut ſcribas de quibus
b commode potes; utranque rem (*b*) modo teneas. illud quidem
c certe abs te ſcire velim, quid ſit, quod *Marcellianam domum* (*c*) inculcare non deſiſtis. unde enim iſta deducis? num a vicinitate ſacrarum aedium? at non eſt tanti vicinitas, ut nomen inde trahere poſſis. ſed, dum natum iſtud Bononiae, non Romae, tibi nomen arridet, quid aut ſit in literis noſtris, aut uſus & ratio ferat, parum attendis. Vale. Roma. v. Kal. febr. M.D.LIX.

(*b*). Argumentandi nempe genera, & juriſconſultorum ſenſa.

(*c*) De aedibus, quas *S. Marcelli templo continentes & adjunctas* card. Dandinius a ſe coëmtas ſcripſerat, Anſelmus in ſuis epiſtolis loquens, eas *domum Marcellianam* non ſemel vocarat. id patruus improbat.

CCXVII.

24.febr. 1559.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

a Hieronymus frater tuus (*a*) ita docilis eſt ad omnia, quae ei diſcenda proponimus, ut his quinque menſibus plura memoriae mandarit, quam tu anno facere *ſolitus ſis*, ea aetate cum eſſes. nos ingenio non deerimus; puerumque jam nunc iis rebus imbuemus, quae a pleriſque, non ſolum adoleſcentibus, ſed viris etiam turpiter ignorantur. tu, ſpero, minus moleſte feres, vel laetabere potius, eum ſic ad diſcendum ingreſſum eſſe, ut multo minor tibi praecurrere poſſit. quinetiam eo ſtudia magis urgebis, ut alterum te, paene te ipſo ingenioſiorem, praeſens ſpectare, & ejus excellenti inſtitutione de-
b lectari queas. Vale. Roma. prid. Kal. (*b*) febr. M. D. LIX.

(*a*) Vide epiſtolam 204. pag 290.

(*b*) Ut juſtis temporis intervallis diſtet haec epiſtola ab ea, quae praeceſſit, & ab ea, quae ſequitur, reponendum omnino hoc loco eſt *non.* pro *Kal.*

CCXVIII.

11.febr. 1559.

Idem Eidem.

a Facile ignoſco difficultati tuae (*a*), quam tu mihi rationem quandam videri vis. ac videatur ſane, dummodo, quod veritus fueras, ne putidum eſſet, ſi de eo ad nos latine ſcribe-
b c res, id communi vel omnium (*b*), vel iſtorum magiſtrorum (*c*) lingua proferre poſſis. nobis erit jucunda res a te cognita, quo-

quo

(*a*) Vide epiſt. 216. pag. 297.

(*b*) Id eſt, vernacula lingua.

(*c*) Hoc eſt, latina quidem, ſed non ad optimae latinitatis normam exacta.

Digitized by Google

quo modo de ea vel tu ipſe, vel tuae literae loquentur (*d*). *d*
ſplendorem verborum vel in iſtis rebus, cum volemus, petemus ab iis, qui obſcuriora etiam oratione illuſtrarunt. tu vulgum (*e*) latine loquendi magiſtrum non adhibebis; & hujus *e*
anniverſarii luſtri (*f*) memineris. Vale. Roma. III. id. februarii. M. D. LIX. *f*

(*d*) Fort. *loquantur*.
(*e*) Vide epiſt. 149. pag. 249.
(*f*) Luſtrales ſollemnis jejunii dies ſignificantur, quorum initium hoc anno 1559. fuit dies februarii menſis octavus.

CCXIX.

Idem Eidem.

22. febr. 1559.

VIdeor mihi in te aliquam conſuetudinem (*a*) nactus eſſe liberalis & ingenuae cujuſdam inſtitutionis. quo majorem ſpem habeo de Hieronymo fratre tuo, fore eum, qualem volumus; praeſertim inſpectione (*b*), nonnulla etiam praeceptione noſtra. quanquam difficile eſt, his & temporibus & moribus, quicquam de illa aetate affirmare; ut nihil ad incertos eventus providentius eſſe videatur, quam eam in puero laudando cautionem adhibere, *quomodo nunc eſt*. nam ſpei certa laudatio nonnunquam ita cadit, ut, propter alienam inconſtantiam, nos noſtri pudeat teſtimonii. non longe abieris. tuum in promptu eſt exemplum; qui, cum recte facta, ut ille inquit (*c*), *c*
a te jam pro debitis exigerentur, & noſtri & tui ipſius paene oblitus, quaſi graviorem quandam perſonam & Anſelmi Dandini & abbatis (*d*) ſuſtineres, quam tueri poſſes, leviſſimam il- *d*
lam, & plane ridiculam (*e*) ſuſcepiſti, quae non minus ante- *e*
actam tuam vitam, quam os deformaret. ſed nolo. tantum monebo, ut caveas, ne, dum tua iſtinc facta tum expectationi de te, tum noſtris rebus parum reſpondent (*f*), indignus etiam *f*
ſis, qui noſter appellére. Vale. Roma. VIII. Kal. mart. M. D. LIX.

Pp 2 CCXX.

(*a*) Uſum.
(*b*) Suſpectus mihi locus.
(*c*) Brutus in pernobili illa ad Ciceronem epiſtola, nulli ipſius Ciceronis ſecunda, quaeque inter eas, quae ſunt Ciceronis ad Brutum, decimaſexta numeratur, *Fateor*, inquit, *duriorem eſſe conditionem ſpectatae virtutis, quam incognitae. benefacta pro debitis exigimus. quae ſi aliter eveniunt, ut decepti ab his, infeſto animo reprehendimus*.
(*d*) Sacerdotium, quam *abbatiam* dicunt, S. Bartholomaei extra Ferrariae muros Anſelmum patrui beneficio adeptum eſſe, alibi diximus.
(*e*) Anſelmus, mimica perſona indutus, per bononienſem urbem proximis bacchanalibus inceſſerat.
(*f*) *reſpondeant* exempl. Mendoſum putavi.

CCXX.

1. mart. 1559.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

SPero, te magnis animi & ingenii laudibus eo citius florentem videre, quo magis florent ſtudia iſtic veſtra; quibus ſic ornatus huc redire debes, ut exiſtat fructus educationis & inſtitutionis tuae: quae tibi bona vel ſingularia, vel certe cum paucis communia, contigerunt. quo etiam nomine nullum potes diem ſine ſcelere praetermittere gratiarum actionis, ut te gratum & pium praebeas in Deum, cujus, nullo tuo labore, maxima habes beneficia. quae cum ita ſint, minimis erratis tuis dari venia vix poteſt, nedum in te excuſationem habeat ſceni-
a cus iſte veſtitus (a): de quo expecto quid dicas, ut cognoſcam, an etiam turpitudinis cauſam probabilem afferre poſſis. Vale. Roma. Kal. mart. M. D. LIX.

(a) Vide proxime ſuperiorem epiſtolam.

CCXXI.

11. mart. 1559.

Idem Eidem.

MAgnam vero jacturam aut infamiam tuam ! ſi, deſipiente
a populo (a), ſolus, vel cum paucis ſapere voluiſſes, ac, ne ſcurrae cuipiam aut ſannioni os ad male audiendum praeberes, unum diem domi te continuiſſes. voluntaria fuit iſta neceſſitas; quam tute tibi libenter impoſuiſti: neque vero cauſam habere poteſt ullam, niſi etiam tibi forte cum cauſa inſaniendum putas. ſed videris expectare, dum te de ſingulis rebus admoneam, &, quae tibi expetenda ſint, quaeve fugienda, praeſcribam. ſcribis enim, non putaſſe te, tam me id moleſte laturum. quare aut penitus tibi effluximus ex animo, aut omnino non recordare, quam non modo improbitatem, ſed ne levitatem quidem ferre poſſimus; qua ſuſcepta, gravitas excluditur, flagitia deinceps & dedecora paulatim admittuntur. ergo repudiabis omnia, quae a virtute abhorrent, & eam non modo ſententiae, ſed etiam imperii mei rationem eſſe ſtatues. Vale. Roma. V. id. mart. M. D. LIX.

CCXXII.

(a) Excuſaverat Anſelmus factum ſuum, de ſumta perſona mimica, paene univerſi populi bononienſis exemplo; quo quamdam veluti neceſſitatem non aliter, ac caeteri facerent, faciendi. ſibi impoſitam fuiſſe exiſtimabat. quam patruus excuſationem non accipit, ſed refellit.

CCXXII.
Idem Eidem.

f. 19. mart. 1559.

NON potuit ingenii iſta exercitatio, quam revocatam a vobis eſſe ſcribis, graviori aut illuſtriori nomine appellari, quam *Academiae*. ſtatim enim ut ejus meminiſtis, Platonis (*a*) a
& Ciceronis (*b*) vobis in mentem veniat, neceſſe eſt. &, quan- b
quam

(*a*) Cicero libro I. *acad.quaeſt*.c.17. *Platonis autem auctoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit, una & conſentiens duobus vocabulis philoſophiae forma inſtituta eſt, academicorum & peripateticorum; qui, rebus congruentes, nominibus differebant. nam, cum Speuſippum, ſororis filium, Plato philoſophiae quaſi heredem reliquiſſet, duos autem praeſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem chalcedonium, & Ariſtotelem ſtagiritem: qui erant cum Ariſtotele, peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in lycio: illi autem, qui, Platonis inſtituto, in academia, quod eſt alterum gymnaſium, coetus erant & ſermones habere ſoliti, e loci vocabulo nomen habuerunt*. Huic autem *alteri gymnaſio* unde *Academiae* nomen inditum fuerit, docet Laërtius Diogenes in *Vita Platonis* his verbis, ex Thomae Aldobrandinii interpretatione: *Athenas autem reverſus* (Plato) *in academia commoratus eſt. haec vero gymnaſium eſt ſuburbanum, nemoribus conſitum, ab Ecademo quodam heroe ſic nominatum, quemadmodum & Eupolis ait in immunibus a militia „ In univerſis ſpatiis Ecademi Dei „. ſed & Timon, de Platone dicens, inquit:*

„ *Omnibus autem praeibat latiſſimus* (πλατύστατος), *ſed orator*
Suaviloquens, cicadis aequa ſcribens; quae, Ecademi
Arboribus inſidentes, vocem ſonantem emittunt „.

Prius enim ecademia *per* e *vocabatur*.

(*b*) Plinius libro XXXI. *hiſtor.natur*. cap.2.de aquarum ſalubritate: *Oculis vero*, inquit, *ciceronianae* (aquae medentur). *digna memoratu villa eſt, ab Averno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata porticu ac nemore*, *quam & vocabat M. Cicero* Academiam *ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus ejuſdem nominis; in qua & monumentum ſibi inſtauraverat, ceu vero non & in toto terrarum orbe feciſſet. hujus in parte prima, exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi, perquam ſalubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii, qui fuit e libertis ejus; ut protinus noſcatur etiam miniſterium ejus ex illa majeſtate. ponam enim ipſum carmen, dignum ubique, & non ibi tantum, legi*.

„ *Quo tua, romanae vindex clariſſime linguae,*
Silva loco, melius ſurgere juſſa, viret,
Atque Academiae celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus,
Hic etiam apparent lymphae, non ante repertae,
Languida quae infuſo lumina rore levant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
Ut, quoniam totum legitur ſine fine per orbem,
Sint plures, oculis quae medeantur, aquae.

Sed

c quam illa ex ſummis viris nobilitata ſpatia (c) nihil habent
d conjunctum cum veſtra iſta ratione (d), tamen vocabuli ſplendor, quo delectamini, vos etiam ad imitandum rei exemplum, quoad ejus fieri poſſit, debet excitare. quanti enim refert praeſtantiſſimorum hominum actionum voces uſurpare, ſi ab illorum inſtitutis & vita tui mores abhorreant? Non arbitror, te admonendum eſſe de ſtudio religionis. vides enim, neque, puto, praetermittis, quae & hujus temporis (e) ſunt, & officii tui.
e tantum igitur te ad miſericordiae cultum adhortabor: quae virtus maxime eſt ad ſalutem neceſſaria. Vale. Roma.

Sed habuit in tuſculano etiam academiam ſuam Cicero; quam libro II. *tuſcul. quaeſt.* cap. 9. commemorat. ait enim: *Ad quam nos conſuetudinem a familiaribus noſtris adducti, in tuſculano, quod datum eſt temporis nobis, in eo conſumſimus. itaque, cum ante meridiem dictioni operam dediſſemus, ſicut pridie feceramus, poſt meridiem in academiam deſcendimus. in qua diſputationem habitam non quaſi narrantes exponimus, ſed eiſdem fere verbis, ut actum diſputatumque eſt.* & libro III. cap. 7. *Ut enim*, inquit, *in academiam deſcendimus, inclinato jam in poſtmeridianum tempus die, popoſci eorum aliquem, qui aderant, cauſam diſſerendi.* Hanc ipſam tuſculani academiam *inferiorem ambulationem* in libro IV. cap. 7. vocat. *Itaque expoſitis*, inquit, *tridui diſputationibus, quartus dies hoc libro concluditur. ut enim in inferiorem ambulationem deſcendimus, quod feceramus idem ſuperioribus diebus, ſic acta res eſt.* Neque tamen, quamquam *ambulationem* dixit, ab ambulantibus, ſed a ſedentibus res acta eſt. libro enim V. cap. 11. *Quatridui quidem*, inquit, *diſputationem ſuperioribus ad te* (M. Brute) *perſcriptam libris miſimus: quinto autem die cum eodem loco conſediſſemus, ſic eſt propoſitum, de quo diſputaremus.*

(c) Cicero lib. V. *de fin.* cap. 1. *Inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. cum autem veniſſemus in Academiae non ſine cauſa nobilitata* ſpatia, *ſolitudo erat ea, quam volueramus.*

(d) Propterea quod veteres *illi* in ſuia academiis philoſophica ac graviſſima quaeque tractarent; vos autem veſtram iſtam propemodum ad id unum, ut verſiculos in ea veſtros recitaretis, inſtituiſtis.

(e) Dies 18. martii (quo die datam hanc epiſtolam, etſi nulla temporis nota in noſtro exemplari conſignatam, perſpicue, ſi neceſſe ſit, poſſim oſtendere) fuit ſabbathum, ut ajunt, ante dominicam paſſionis anno 1559. quo anno paſcha in diem 26. ejuſdem martii incidit.

CCXXIII.

15. apr. 1559.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

TUA maxime intereſt quamſaepiſſime ſcribere ad nos, ſi nihil aliud, de vita ac ſtudiis tuis. hoc tu, vel ſine noſtris literis, certum argumentum habebis. nam tibi eam ſcriptionis
a legem initio impoſuimus (a), quam, quoad poteris, & per nos licebit, ſervabis. Fulvio noſtro melius eſſe, gaudemus: quem pla-

(a) Vide epiſt. 140. pag. 230.

plane cofirmatum rure rediturum ſperamus. De pace (*b*) recte tu mihi gratularis (*c*): tibi praeterea & omnibus debes; preces etiam Deo facere, ut pia, ut perpetua ſit. nihil enim eſt pace ſalutarius hominum generi; nullum pace majus ſignum habemus propenſae in nos divinae voluntatis. Fulvium & Joannam (*d*) mihi ſaluta. Vale. Romae. XVII. Kal. maj. M. D. LIX.

(*b*) Diligens hiſtoricus Carolus Bromatius in *Vita Paulli IV.* Ravennae an. 1748. edita, lib. XI. n. 23. *Quella pace*, inquit, *che nel diſcorſo a' veſcovi diceva Paolo IV. d'aver grandemente aſpettata, era aſſai più di 30. anni, che da tutti ſoſpiravaſi in vano . . . Circa venti giorni ſolamente dopo il mentovato diſcorſo ai veſcovi, ſi conchiuſe una pace univerſale, che fu di grande allegrezza e felicità al criſtianeſimo. ai due d'Aprile* (1559.) *Il Re di Francia* (Arrigo II.) *e Maria Stuarda, moglie del Delfino* (Franceſco), *conchiuſero la pace con Eliſabetta, e la riconobbero per regina d'Inghilterra. ai tre dello ſteſſo meſe il re di Francia, e Filippo* (II.), *re di Spagna, ancora ſtipularono la pace tra di loro. nello ſteſſo giorno ſtabiliſſi la pace pur fra l'Inghilterra e la Scozia &c.*

(*c*) Propterea *recte gratulari* ſibi de pace dicit Anſelmum, quod ejus ſuaſor atque auctor ipſemet fuerat, ad eamque conciliandam plures ad Carolum V. & ad Franciſcum I. legationes obierat.

(*d*) Anſelmi ſoror erat. Vide epiſt. 209. pag. 294. & epiſt. 211. pag. 295.

CCXXIV.

Idem Eidem.

22. apr. 1559.

JUlium Caſtellanium (*a*), pro ejus & in nos amore atque obſervantia, & in te officio atque humanitate, quanti facere debeas, non debes ignorare. multo minus tibi peccandum in eam partem, ut ſciens quicquam praetermittas, quo parum memor beneficii, parum intelligens virtutis eſſe videare. pertinet hoc ad officium tuum; valet ad laudem. hac vel ignorata vel neglecta gratiae ratione, quid in homine humani ſit, non intelligo. De dialecticae ſtudiis mihi in Ariſtotelis libris parum progredi videris; niſi forte tarditatem diligentia compenſas. quod ſi ita eſt, id longius fieri, non moleſte fero. Vale. Romae. X. Kal. maj. M. D. LIX.

(*a*) De eo vide epiſt. 180. pag. 275.

CCXXV.

Idem Eidem.

29. apr. 1559.

QUia ſpero, te huic noſtrae liberalitati eam gratiam relaturum, ut etiam ruri & tui & noſtri, id eſt, inſtitutorum tum vitae tum ſtudiorum tuorum, memoriam conſerves, propterea tibi permitto, ut in ferrarienſi noſtro (*a*), quo te

(*a*) Vel praedium Dandiniae familiae proprium aliquod, vel ſacerdotii ſive *abbatiae* S. Bartholomaei extra Ferrariae muros latifundium ſignificatur. de quo vide epiſt. 199. pag. 287. & epiſt. 219. pag. 299.

te ſcribis a procuratore invitari, decem aut ſummum duodecim dies eſſe poſſis. quod eo libentius concedo, quod tecum, ut ſcribis, habiturus es Regulum noſtrum, qui te, ne in illo quidem otio, otioſum eſſe patietur. memini enim, ſuperiore ae-
b c ſtate cum apud eum (*b*) vobiſcum literae ruſticabantur (*c*). quare da hoc etiam praediis noſtris, ut aliquod habeant monimentum diligentiae tuae. de quo tamen toto velim exiſtimes, te
d mitti non in negotium, ſed in otium, quod unum eſt (*d*) cum
e dignitate (*e*) conjunctum. Vale. Roma. III. Kal. maj. M. D. LIX.

(*b*) Omittit voculam *eum* exempl. in quo contra hunc locum Geatianus meudi notam adſceipſit. eam, in codice vaticano eepertam, addidi. euſticatum autem fuiſſe Anſelmum apud Regulum, magiſtrum ſuum, anno ſuperioee, hoc eſt 1557. diſcimus ex epiſt. 146. pag. 244.

(*c*) In epiſt. 147. pag. 245. *Ego vero*, inquit, *cognovi ex proximis tuis literis, & te ruri eſſe, & tecum latinam linguam quodammodo ruſticari. ſic enim loquitur tua epiſtola, ut mibi videar unum ex iſtis agreſtibus hominibus loquentem audire*.

(*d*) Sententia poſtulare videtue *quod. tamen ſit eum dignitate &c.* non *quod unum eſt cum dignitate &c.*

(*e*) Ciceeo lib. I. *de orat.* cap. I. *Cogitanti mibi ſaepenumero, & memoria vetera repetenti, perbeati fuiſſe, Quinte frater, illi videri ſolent, qui in optima rep. cum & bonoribus & rerum geſtarum gloria florerent, cum vitae curſum tenere potuerunt, ut vel in negotio ſine periculo, vel* in otio cum dignitate *eſſe poſſent*.

CCXXVI.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

PUto, tibi optatiſſimum eſſe parentes tuos ac totam fere domum Bononiae videre; e quorum conſpectu & conſuetudine ſummam capies voluptatem; parem quoque illis afferes, cum te talem obtuleris, qualem & tuae & aliorum nunciant literae. vides, Anſelme, quam tibi omnia a tuis accidant jucundiſſima. quae vero viciſſim a te eis debeantur, nihil attinet dicere. tam multae enim & noſtrae ad te literae, & praeſentium voces, fa-
a miliae praeterea & ſacerdotii nomen (*a*), libri, veſtes, urbs iſta, omnia denique non loquentia ſolum, ſed paene muta, flagitant a te ſingularem quendam virtutis ac doctrinae fructum. quae cum te putem aeque intelligere, atque alios omnes, vel potius tanto melius, quam caeteros, quanto ad te omnium maxime pertinent, cumque ipſe ſcripſeris, fieri omnia a te diligentius, in caetera diligentia valetudinem etiam tuam cura diligenter. Vale.

CCXXVII.

(*a*) Uteumque ſupra complexus fuerat in epiſtola 219. pag. 299. *Quaſi*, inquit, *graviorem quandam perſonam & Anſelmi* Dandini & Abbatis *ſuſtineres, quam tueri poſſes &c.*

CCXXVII.

Idem Eidem. 2. jun. 1559.

QUod proficiſcentem Bononia matrem tuam Imolam uſque proſecutus es, pie ſane, & quemadmodum te maxime decuit, feciſti. neque enim ignoras, eam non magis ſororis tuae (a), quam tui videndi cauſa laborem iſtum itineris ſuſcepiſſe. quare digreſſam ipſam a te laetioribus etiam nunciis proſequére, ut & meliorem te & doctiorem in dies fieri audiat: cujus laetitiae magna pars ad nos ipſos redundabit, a quibus, ut talis eſſes, major etiam cura adhibita eſt. inſervi igitur utriſque parentibus, & iis, a quibus genitus ac ſuſceptus, & iis, a quibus educatus & ornatus es; qui uberrimos a te virtutis ac doctrinae fructus repetere ſuo jure poſſunt. Vale. Roma. IV. (b) non. jun. M. D. LIX.

(a) Joannae. Vide epiſt. 223. pag. 303. (b) Fort. III.

CCXXVIII.

Idem Eidem. 11. juni 1559.

SI te tantum in utriſque ſtudiis (a) tuis profeciſſe ſcirem, quantum, fretus tempore (b), doctoribus, & ingenio tuo, mihi ſperare poſſe videor, monitus impendentibus, vel jam urgentibus, caloribus, monerem te, ut remitteres aliquid de labore ac diligentia tua. ſed, quoniam, ut dixi, ſperare quidem poſſum, ita eſſe, judicare vero plane non poſſum, praeſertim cum quidvis potius ſcribas ad nos, quam de ratione ſtudiorum, vix audeo tibi frenum adhibere, qui ſubverear interdum, ne calcaribus egeas (c). veruntamen tribuamus tibi eandem indulgentiam, quam ſolemus, ut, propter anni tempus, patiamur, te minus operae in ſtudiis ponere, quam quantum ſuo tempore debuiſti. tu, cum videas, nihil tibi a nobis deeſſe, quo laudem & ſalutem conſequare, debes efficere viciſſim, uti nos quoque videamus, te eadem conſequendi cupidum eſſe. tandiu enim de tua voluntate dubitare cogemur, quandiu facultatem deſiderabimus. Vale. Roma. III. (d) id. jun. M. D. LIX.

 CCXXIX.

(a) Dialecticae & juris civilis.

(b) Quod iiſdem ſtudiis eſt a te impenſum.

(c) Cicero lib. III. *de orat.* cap. 36. *Dicebat Iſocrates, doctor ſingularis, ſe calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti ſolere.* Et *de clar. orat.* cap. 204. *Iſocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & leniſſimo Ephori dixiſſe traditum eſt, alteri ſe* calcaria *adhibere, alteri frenos.*

(d) Fort. IV.

CCXXIX.

17. jun. 1559.

Hier. Card. Dandinius Anſelmo fratris fil.

NON modo iſta, quorum arbitrium noſtrum nominatim eſſe volumus, ſed, ſi quid praeterea acciderit, quod habeat deliberationem, ſemper ad nos referes; neque quicquam ejuſmodi ſtatues, niſi de noſtra ſententia. Blanchiis vero noſtris, & viro & conjugi, tum propter affinitatem & humanitatem, quam commemoras, tum vero etiam propter amorem, quo in totam illam familiam, in primis vero in iſtos, magno ſemper extitimus, nobis non concedentibus ſolum, ſed etiam libentiſſimis, morem geres. De dialecticis vide, ne intermittendo, quantum adhuc adeptus es, amittas. quod ſi Bettus tibi operam dare non poterit, alio utére, idque facies judicio Reguli noſtri. Vale. Roma. xv. Kal. jul. M. D. LIX.

CCXXX.

2. jul. 1559.

Idem Eidem.

EST quod amemus ſtudium ac diligentiam tuam, *qui tibi* maximae curae eſſe ſcribas, ne dediſcas, quod magno adhuc labore didiciſti. qua ex re & melius a te in dialecticis operam poſitam conjicimus, & de reliquo tempore bene ſperamus. neque enim inane aut leve poteſt eſſe, quod ab ingenuo adoleſcente dolenter amittitur, & cupidius ea ſolemus augere, quae tuemur diligentius. itaque, ſi vera nunciant literae tuae, poteris, cum per anni tempus tibi licuerit, aliquid gravioris negotii ſuſtinere. A Betto cur diſcedas, niſi ipſe diſceſſerit, cauſa nulla eſt. Coſtium tibi amanter ac diligenter operam dare, gaudemus. Narnienſem epiſcopum (*a*), virum optimum, noſtrique amantiſſimum hominem, quemque ipſi valde amamus, ſalvere jube. Vale. Roma. VI. non. jul. M. D. LIX.

CCXXXI.

(*a*) *Petrus Donatus Caeſius, romanus, electus* (a Paullo III.) *epiſcopus narnienſis an.* 1546. *die* 21. *menſ. junii* ... *ab eodem provinciam Aemiliam adminiſtrandam accepit. obiit* XXI. *Kal. oct.* 1586. Ex Ughellio in *Ital. ſacra*.

CCXXXI.
Idem Eidem.

Diligentia valetudinis tuae facit etiam nos tua cauſa quodammodo in negligentia diligentiores. ſcribis enim, te operam dare, ut valeas, & aliquid intermittere de ſtudio dialecticae, ut nihil intermittas de ſtudio valetudinis. amamus in iſta incuria curam tuam; & tibi ſtudiorum rationem ſalutis ratione poſteriorem eſſe volumus: praeſertim cum ſumma aeſtas *id* non modo poſtulet, ſed etiam flagitet. haec igitur nobis etiam cauſa fuit non reſcribendi tibi ad ſuperiorem epiſtolam, quo diutius eſſes feriatus ab iſta ſcribendi conſuetudine; in qua, moleſtiſſimis his caloribus, non poteſt non aliquid eſſe moleſtiae. modice igitur & ſtudebis & ſcribes hac aeſtate. caetera, quae ſine corporis periculo ſummopere, vel ſummis caloribus, curari & poſſunt & debent, curabis. ſed vide, ne, qui adeo cautus ſis in ſtudiis literarum, parum tibi caveas in tempeſtivis (*a*) *a*
conviviis; quibus quoties neceſſe erit intereſſe, tibi parces: neque omnes obibis dies iſtiuſmodi caenarum vel prandiorum. Alexandri Pretii, magnae ſpei pueri, epiſtolam, & ſalutem ab eo adſcriptam, legi libenter; cui tu plurimam referes; Paleotto (*b*) item & Bolognetto (*c*). Vale. Roma. *b c*

(*a*) *Tempeſtiva* a veteribus latinis ea convivia dicebantur, quae ante conſuetam ac legitimam cibi capiendi horam, jucunditatis praeſertim cauſa, iniri erant ſolita.

(*b*) Paleotti duo fratres, virtute doctrinaque inſignes, vivebant hoc tempore, Camillus & Gabriel. de utroque vide, ſi lubet, volumen hujus operis quartum pag. 36. & ſeqq.

(*c*) Albertus Bolognettus fortaſſe ſignificatur: ad quem datam a Pogiano epiſtolam 124. cum ſequentibus duabus habes ſuperius pag. 188.

CCXXXII.
Idem Eidem.

SI ullo unquam tempore tibi colenda virtus, & in officio manendum fuit, nunc maxime iſtud inſtitutum tenere debes, & rei & hominum cauſa. non enim te fugit, Deum bonorum modo ac piorum preces audire; cujus precandi pro pontificis maximi creatione (*a*) tuae partes ſunt, ut eum reipubli- *a*

(*a*) Mortuo, pridie fortaſſe, quam haec epiſtola ſcriberetur, Paullo IV. qui die Veneris 18. auguſti anni hujus 1559. horis circiter duabus ante ſolis occaſum obierat.

b cae det ſuae benignitatis vicarium (b), qui illi muneri, omnium in terris & optimo & maximo, ſatisfaciat. pertinet vero tum ad conſtautiam tuam, tum ad exiſtimationem noſtram, ta-
c li tempore, quo multa ſuperbe & intemperanter & fiunt (c) & dicun-

(b) Paullo IV. ſucceſſor datus eſt Pius IV. poſt quattuor menſium & ſeptem dierum interregnum pontifex maximus die denique 26. decembris creatus. cujus interregni acta, ab Antonio Guidio juriſconſulto diligenter atque eleganter perſcripta, & Carolo Borromaeo cardinali dicata, exſtant apud me manuſcripta: ex quibus ad cardinalis noſtri Dandinii morbum mortemque, quae duobus & viginti ante novi pontificis creationem diebus contigit, pertinentia haec habeto: *Kalendis decembribus* (an. 1559.) *Dandinius cardinalis aeger ex conclavi* (vaticano) *domum* (ad S. Marcelli) *eſt perductus. Georgius cardinalis* (Hieronymus de Capiteferreo diac. card. tit. S. Georgii in Velabro) *proxima nocte in conclavi moritur . . . Hunc Dandinius cardinalis* III. (corrige *pridie*, ex ſepulcrali & alio quodam monumento, in aede S. Marcelli etiamnum proſtantibus) *nonas eſt conſecutus*.

(c) Romae quidem in illo Paulli IV. interregno quam *multa ſuperbe & intemperanter facta fuerint*, Bromatius in ejuſdem Paulli *Vita* lib. XII. num. II. tradit his verbis: *Era per l'uſanza dei tempi, cui par data l'autorità di giuſtificar qualunque diſordine, un antico preteſo diritto dei romani, il poter andar, ogni volta che moriva un pontefice, ad aprire le pubbliche carceri, e trarne quanti prigioni vi foſſero. e, come queſto compariva un ſegno di ſomma giuriſdizione, perciò moſtrava il popolo romano di credere quaſi, che in ogni interregno riſuſcitaſſe la ſua antica libertà, morta fino ai tempi di Giulio Ceſare: e liberamente allora ſfogava il ſuo cuore, e ſtimava poter riſolvere ciò, che gli veniva in talento. eſſendovi però e nella plebe e nei grandi molti malcontenti del governo di Paolo IV. e pel rigore del ſuo zelo; e pel danni de' ſuoi nipoti, al primo ſentir, quando i cardinali tornavano di palazzo, ch'egli ſe ne moriva, convocatoſi ſubito conſiglio in Campidoglio, ed ivi cominciatoſi a parlar contro di lui, ſebben' alcuni ancor ſaviamente riſpondeſſero, ſi venne alla ſentenza di ſpalancare le pubbliche prigioni: dalle quali con precipitoſo impeto toſto uſcendo grandiſſima moltitudine, che diceſi foſſe di quattrocento, gente tutta ſtizzita contro il pontefice, e fuoco e ſpirito ſenza paragone maggiore aggiungendo ai loro liberatori, e alzandoſi allora come un ſegno, che convocaſſe tutti i malcontenti ſparſi per la città, e a tutta la più vile canaglia e a ogni ribaldo faceſſe coraggio, ſi vide correre preſto la turba tumultuante anche a ripetta preſſo San Rocco, dov'erano le ſegrete carceri del Sant'Uffizio, e dove ſtavano ſettantadue eretici, dei quali quarantadue erano ereſiarchi, ovvero maeſtri di errore: e fattoſi impeto contro il palazzo dell'Inquiſizione, e col fuoco e colle ſcuri aperte quelle prigioni, e con far giurare a quegli eretici di voler ſempre eſſer cattolici, come ſe tutti in un iſtante foſſero convertiti, data a tutti univerſalmente la libertà, ferito a morte il P. Commiſſario Scotti, ferito in teſta il ſuo ſegretario, fatto prigione il giudice, meſſi a ſacco i danari, le biade, le robe, i libri tutti del palazzo, e abbruciatine molti, ſi rivolſe il furor contro l'abitazione dei padri Domenicani alla Minerva. ivi chi a piè, chi a cavallo, e chi in un cocchio, dove ſi credette foſſero i conſervadori di Roma, feceſi con armata mano tumulto, ivi ſi minacciò di abbruciar quel convento, ſe toſto quei religioſi non iſgombravano di Roma, perchè più non s'impacciaſſero nel Sant'Uffizio:* men-

Digitized by Google

dicuntur; modeſtum eſſe te, domique eſſe plurimum in tuis ſtudiis & cum tuis. hoc te facere, & cupimus & jubemus. De epiſcopo Gualandio (*d*) recte. Vale. Roma. *d*

De

mentre varj Signori intanto e prelati e pie donne s'interponevano con prieghi e caldi officj per que' religioſi, che sbigottiti per la maggior parte ſtavano a porte chiuſe orando in chieſa: e in particolare con autorità maneggiavanſi a loro favore Giambattiſta Salviati, Ernardo Torres, Giambattiſta Bernardi: e ſopra tutti valſe Giuliano Ceſarini, per cui quietoſſi il tumulto. Ma dal tumulto lo ſteſſo giorno eſtinto non fu la ſtatua di Paolo IV. che ſtava nella ſeconda ſala dei Conſervadori, ed a cui fu rotta una mano, ed imbrattata la faccia: e la turba trionfante, ſparſa in varj luoghi, mettendo tutto ſoſſopra andava animoſa a dimoſtrar in ſe l'antico romano coraggio, e la celebre generoſità dei ſuoi antenati... Egli è vero, che all'arrivar fra quella moltitudine sollevata uno, che diceva non eſſer morto il pontefice, nè diſperata la ſua ſalute, ſi videro repentinamente per ogn' intorno intimorire tutti, cadere di mano le armi, illanguidire la baldanza, quietarſi i clamori... Ma, al saperſi poi, che veramente il pontefice era morto, con maggior impeto e rabbia ripigliandoſi tutto, e l'un facendo animo all'altro, e tirandoſi in memoria tutti i paſſati diſguſti, e cieco divenendo il furore, per lo ſpazio di circa dodici giorni ſeguitò l'empia ſollevazione. Nel ſabbato, giorno primo dopo la morte del pontefice, e dopo i narrati inſulti, ſi fece in Campidoglio decreto ſotto pene graviſſime, che ſaccheggiato foſſe ed abbruciato il palazzo, dove il papa ſtava da cardinale, e foſſero gettate a terra tutte quante l'armi e imagini di caſa Carrafa, dichiarata tiranna di Roma, e degna di memorabil vendetta e per l'orgoglio ſuo e pei gran danni recati: e ſalvatoſi dall' incendio il mentovato palazzo per l'autorità di Giulian Ceſarini, ſi videro per tutta Roma cadere precipitate toſto ſotto univerſale perſecuzione le carrafeſche imagini... Nel lunedì o martedì ſpiccataſi a forza di ſcarpello la gran teſta mitrata della ſtatua di Paolo, ſi gettò dai balconi; e ſubito preſa da altri e ruotolata giù pel monte di Campidoglio, e divenuta ludibrio di ogni vil ſorta di gente, inſultandola con grandi ſtrapazzi non ſolo i fanciulli, o gli eretici; ma anche i timidiſſimi ebrei, e da uno di queſti coprendoſi colla berretta gialla, che Paolo lor aveva comandata per diſtintivo, ſtraſcinata fu per tante ſtrade e tante piazze, e caricata di sali e sì varie ingiurie per lo ſpazio di quattro giorni, che oramai raggirataſi per tutta Roma, facendo compaſſione a Giambattiſta Salviati, queſti con pagar due giulj la fece gettare nel Tevere &c.

(d) *Odoardus Gualandus, nobilis piſanus, Pauli IV. familiaris, caeſenatem ſedem obtinuit 1557. (die 7. dec. per ceſſionem Joannis Baptiſtae de Spiritibus). eam eccleſiam conſultiſſime adminiſtravit ſupra unum annum triginta* (ſic), *illamque demum reſignavit. Romae inde defunctus eſt an.1597. 17. martii.* Ughellius in *Italia ſacra* edit. venet. an.1717.

Digitized by Google

De Summo Pontifice deligendo ad Cardinales Oratio. (a)

a b QUod veſtri ordinis princeps (b) ex illo divini ſacrificii loco a Deo optimo maximo precatus eſt, ut vobis eam mentem daret, ut *recta ſapere & perenni laetitia frui* poſſetis, idem ego nunc primum ab eodem Deo opt. max. ſuppliciter precor, ut in pontifice max. deligendo veſtra ſtudia atque ſuffragia cum Spiritus ſancti numine & voluntate conſentiant, deinde, ut mihi dicenti ſic moderetur, ut nihil exeat ex ore meo, quod ejus majeſtate, rei dignitate, veſtra auctoritate ſit alienum. ſed, quoniam maxime verendum eſt, ne divinum numen, aliquo hominum facinore violatum, a noſtris fortaſſe precibus & votis abhorreat, expiemus ante communia ſcelera, &, quae ad Dei gratiam redimendam ratio reliqua eſt, veniam ab eo & miſericordiam imploremus. eſt enim illud & graviſſimis teſtimoniis celebratum, & diuturno comprobatum uſu,

(a) De hac oratione & de tempore, quo eam Pogianus habuit, haec Antonius Guidius in ſuo commentario *de actis interregni Pauli IV.* memoriae prodidit: *Pridie nonas ſeptembris* (anni 1559.) *novendiale parentalium exactum, ſupremaque juſta Paulo IV. pont. max. perſoluta. laudavit Joannes Paulus Flavius. poſtridie, re divina facta, & Spiritus ſancti de more ope & praeſidio implorato, habita oratio eſt a Julio Pogiano de eligendo pontifice maximo luculenta & gravis.* Hanc tamen ipſam orationem, *luculentam* ceete *& gravem*, auctori ſuo minus probatam fuiſſe, ſcripſit ipſemet Antonio Mariae Gratiano, qui ejus legendae ſeſe cupidum oſtenderat, eamque ab eo petierat. vide inſequentis voluminis epiſtolam primam; in qua haec leguntur pag. 5. *Amice tu quidem magis, quam vere, judicas, qui neſcio quid ad te literarum mearum beneficii loco numeres; quibus niſi, ex praejudicata quadam opiopinione de nobis, plus tribueres, quam veritas ipſa concedit, nae tu orationem non requireres ... de pontifice maximo deligendo. quam ego concionem; cum ex moleſtiſſima vigilia non ſine febri laborarem, quoniam & ſcripſi & habui alieno juſſu, non arbitratu meo, ignoſcet mihi, ſi, quam ipſe minus probem, ne a te quidem legi velim.* Legit illam tamen Gratianus, ejus exemplum neſcio qua ratione nactus, quod in meas manus pervenit, quoque ad hanc editionem ſum uſus, mendis aliquot ex plurimis, quibus librarii certe culpa abundabat, ex conjectura ſublatis, ſed exempli ipſius lectione, quam mendoſam putavi, lectoribus indicata.

(b) Joannes Bellajus, cardinalis, epiſcopus oſtienſis & velitrenſis, ſacri collegii decanus, publicum in vaticana S. Petri aede ſacrum, reliquis collegis adſtantibus, ante habitam hanc orationem, fecerat: quo in ſacro, quod Spiritui ſancto de more oblatum fuerat, ſollemnem illam eccleſiae ſanctae precationem ſacerdos clara voce praecinuerat: *Deus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.* ex quorum verborum ſententia Pogianus aptiſſimum dicendi ſumſit exordium.

Digitized by Google

uſu, cum per eos, qui rerum potiuntur, ſuas interdum injurias Deum ulciſci ſolere, tum vero id magis efficere per pontifices maximos; quorum poteſtas cum ita late pateat, ut caelum terramque comprehenderit, tantum inde nonnunquam malorum exiſtit, tantae calamitates exoriuntur, ut, a quibus fontibus ſalus publica petenda ſit, ab eiſdem multorum exitium hauriatur (c). quare, quoniam ea, qua oportuit, janua ſumus ingreſſi, c
ut, Deo pia ac ſupplici ſcelerum recognitione placato, divinae potius clementiae miniſtrum ſperare, quam peccatorum vindicem aliquem timere debeamus, ad vos, quorum judicio divinitus relictus eſt pontificis maximi delectus, mea ſe convertet oratio.

Maximum vero divinae erga vos benignitatis argumentum, ſingularis honor veſtri ordinis, ſummum praepotentis Dei beneficium, delatam vobis eſſe poteſtatem deligendi Chriſti Dei vicarium, & ex veſtro numero deligendi. hoc plane tantum eſt, ut iſtam & amplitudinem homines ſumma admiratione colant & venerentur, & ſuffragiorum vim atque auctoritatem beatae etiam mentes obſtupeſcant (d). quae cum ita ſint, d
ne dubitare quidem poſſumus, quod officii munus maxime attingit gravem iſtam inſignemque perſonam, a Deo vobis impoſitam, cum tanta excellentia regum atque imperatorum, in eo (e) e
nunc maxime curas veſtras cogitationeſque defixas eſſe. nota enim veſtra religio, nota aequitas, nota ſapientia. idcirco iſtud eſt ſummum reipublicae conſilium conſtitutum, idcirco eſt in iſto conſeſſu, tanquam in capite quodam, poſita mens, quae, caeleſti afflatu concepto, vitam nobis pariat & ſalutem. quare, cum dies inſtet ſuffragiorum veſtrorum, a vobiſque pontifex maximus jam una bonorum voce flagitetur, profecto intelligitis, qualem eum eſſe oporteat, quem illi muneri, omnium in terris & optimo & maximo, praeponendum putetis: vicarium divinae bonitatis, non ſuae ſervum cupiditatis, veſtrae libertatis & publicae ſalutis auctorem, non alienae libidinis & paucorum utilitatis adjutorem. hac vos voluntate ſuſcepta, frequentes conveniſſe confidimus eo ſtudio atque conſilio, ut, privatis, ſi quae ſunt, & cupiditatibus & ſimultatibus in reipublicae charitate depoſi-

(c) Publicae proximi pontificatus calamitates ſignificantur, bellum praeſertim.

(d) Verbum *obſtupeſcere* non puto ad eorum verborum, quae *tranſitiva* a grammaticis dicuntur, genus pertinere. Vide, quae diximus pag. 106. ubi ſimiliter in Marcelli laudatione Pogianus illa ſcripſerat: *ut, cum caetera Paulus laudaret, prudentiam & auctoritatem obſtupeſceret*.

(e) *Officii* nempe *munere*, *quod maxime attingit gravem iſtam inſignemque perſonam &c.* Significatur autem ſummi pontificis creatio, quae ad cardinales pertinet.

poſitis, nihil huc praejudicati afferatis, ſed totam regendi veſtri poteſtatem tradatis divino numini, veſtraeque mentes atque ſententiae ad eam partem inclinent, quocunque eas ſancti Spiritus ſalutaris aura provexerit.

Neque vero eſt, quod de ejus voluntate dubitemus, cujus
f certiſſimum pignus habemus pacem (*f*) atque concordiam maximorum regum, & chriſtianae reipublicae principum, qua, in ſumma & animorum disjunctione, & rerum diſſenſione, & belli apparatione, divinitus confecta & conglutinata, pacis patronum ac tutorem ab ejuſdem benignitate ſperare debemus. audiet preces orantis atque obſecrantis orbis terrarum; &, qui inſperanti paene reipublicae jucundiſſimum obtulit quietis & tranquillitatis donum, certe imploranti tanti muneris auctorem cuſtodemque largietur. vobis enim, de officii veſtri ratione tantummodo cogitantibus, & conſentientibus, clariſſima proferet lumina, quibus lumen illud intueri poſſitis, cujus ſplendor, in excelſam ſublatus honoris ſedem, multis mortalibus, in tenebris erroris inſcitiaeque jacentibus, vitalem ac ſalutarem lucem poſſit afferre. habetis enim in iſto ordine, patres ampliſſimi, habetis, quibus hoc pontificatus maximi honore mandando, veſtrae mentes atque ſententiae cum Spiritus ſancti numine & vo-
g luntate conſentiant. ſunt in vobis praeſtantiſſimarum (*g*) exempla virtutum; neque eſt, ut alia lumina requiratis, quae veſtris mentibus praeferantur. iſta ipſa ſunt, quorum eminentem effigiem Dei ſententia expreſſam atque illuſtratam videtis. quare nunc animum ad ipſam Dei ſententiam referamus, quae, cum omnem vim rationemque definiat pontificii muneris, quanquam pervulgata eſt, tamen & mihi eſt neceſſaria ad commemorandum in hoc tempore, & animos veſtros, in ſumma etiam rei cognitione, ejuſdem recordatio vehementius excitabit.

Quid igitur primum Deus ac dominus noſter ab illo pon-
h tificiae dignitatis duce ac principe (*h*) requiſivit, cujus fidei prudentiaeque gerendam commiſit eccleſiae procurationem? ſingu-
i larem amoris vim (*i*), quam divino artificio ter expreſſam, & ab omnibus pontificibus expetitam, in eccleſia collocandam & in

(*f*) De qua pace vide epiſt. 223. p. 302.

(*g*) *praeſtantiſſimorum* exempl.

(*h*) A S. Petro.

(*i*) In euangelio S. Joannis cap. 21. v. 15. *Dicit Simoni Petro Jeſus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu ſcis quia amo te. dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio Amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Dixit ei: Paſce oves meas.*

in chriſtiana familia expromendam imperavit. tanti enim aeſtimavit ipſe genus humanum, ut ejus ſalutem infinitis laboribus, innumerabilibus (*k*) cruciatibus, acerbiſſima morte redimendam *k* putaret. quod ſi eo eſt Deus ac dominus omnium admirabili in nos charitate compulſus, ſi quem ex iſtius ordinis inter vos aequalitate in ſui communionem honoris receperit, erit ei, credo, recuſandum, quin Dei non modo juſſu reipublicae curam antiquiſſimam habeat, ſed etiam exemplo, ſi res poſtulet, pro communi ſalute vitam profundat. nulla eſt enim in pontificatu maximo periculi ratio, quam non vindicet (*l*) Chriſti auctoritas, *l* eccleſiae dignitas, incolumitas populorum. hoc in rei natura poſitum eſt, hoc illuſtratum exemplis, quorum plena eſt vetuſtas, referta hiſtoria pontificum, teſtis haec urbs, domicilium pontificatus maximi, toties conſecrata ſanguine Chriſti vicariorum, qui tyrannorum immanitatem fidei, amoris, officii ſui conſtantia ſuperaverunt.

Et quidem haec ſunt fundamenta firmiſſima pontificiae rationis, Chriſti legibus & ſanguine conſtituta; quibus poſitis, reliqua eſt maximi ac praeſtantiſſimi operis abſolutio, quae ſummi iſtius rectoris moderatoriſque fide ac prudentia continetur. ſingulare verbum (*m*), ſed re uberrimum, officio neceſſarium, *m* nomine glorioſum. is enim eſt, non ut praeſenti modo utilitati provideat, graecorum vocabulo *paſtor populorum* appellatus (*n*), *n* ſed ut univerſae ſaluti proſpiciat tanti vicarius muneris divina voce conſtitutus, qui chriſtianae familiae tempeſtivum ſuppeditet cibum, quo cibo & haec exigua & illa omnium aeterna vita teneatur. cujus cum triplex cauſa ſit & ratio, exempli, verbi, ſacramenti, tertiam hujus officii partem duae reliquae

(*k*) *innumerabilibuſque* exempl.

(*l*) Ciceronis nempe illum locum in *Catilinaria* IV. cap. 9. ſibi Pogianus imitandum propoſuit: *Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas reipublicae vindicat*. Sed M. Antonio Mureto vacare mendo is locus non videtur: *Libri veteres*, inquit, *partim* vendicat, *partim* vindicat. *mihi, libere ut loquar; neutrum probatur; planeque legendum cenſeo* vincat: *ut reſpexerit ad illud dictum Curionis in cauſa transpadanorum* „ *Vincat utilitas*, „ Mureto Lambinus vehementer aſſenſus, *M. Antonii Mureti*, inquit, *conjecturam non potui non probare: quae ita certa eſt, ut haec vera ſcriptura, vulgata autem* utilitas reip. vindicat, *ſive* vendicat, *ferri non poſſe videatur*. Ego ampliandum cenſeo.

(*m*) Librarii certe, quemadmodum ſupra dixi, culpa ac negligentia, qui in deſcribenda hac oratione quaedam ſive praetermiſerit ſive immutarit, factum eſt, ut huic loco multiſque aliis tantae offunderentur tenebrae, ut vix intelligi ſententia poſſit. videtur autem mihi heic Pogianus de *paſtoris univerſalis* nomine, quo romanus pontifex appellatur, agere inſtituiſſe.

(*n*) ποιμὴν λαῶν: quo nomine apud Homerum & Platonem rex appellatur.

facile tuentur. neque enim in caeleſti pane tractando, praeben-
doque aliis, ejus dignitatem vocabimus in dubium, cujus ſan-
ctitatem religionemque conſtare videamus. quamobrem in illa
ſingulari charitate in remp. eluceat oportet optima tum vitae
tum doctrinae ratio, quae cum in omni ſacerdotio requiri ſo-
o let, tum ipſi (o) ſummo ſacerdoti ita eſt neceſſaria, ut, niſi is
utranque & morum & divinae ſcientiae laudem ſit adeptus, ſa-
tisfacere tanto muneri vix poſſe videatur.

Ac primum eſt ea conditio pontificis maximi, ut, quo-
niam maxime omnium in terris edito atque illuſtri loco poſi-
tus eſt, habitet in oculis reipublicae, & actionum ſuarum te-
ſtem atque aeſtimatorem habeat orbem terrarum; qui niſi ad
virtutem cogitata, dicta, facta conformarit, vix ejus oratio
fidem, vix praecepta auctoritatem habebunt. nam pontificis vi-
tam quidam ſic intuentur, ut illam communem legem exiſti-
ment, & neceſſarium ab eo requirant exemplum ſanctitatis: cu-
p jus ſi qua patére vitia intelligunt, incredibile eſt, quantam (p)
q inde ad flagitia, quantam (q) ad facinora cauſam arripiant. non
facio hoc loco, ut oratione refricem reipublicae vulnera. par-
cam auribus veſtris, quorum animos aſſidua tantorum malo-
rum cogitatione vulnerari ſcio. ne ſceleratos quidem parrici-
das nominabo, qui, perniciosis erroribus diſſeminandis, ſacriſ-
que ac religioſis & locis & hominibus violandis, ſanctiſſimum
parentis eccleſiae corpus impune tot annos longe lateque dive-
xant. cujus & impietatis & audaciae quanquam omnis culpa
reſidet in illis ipſis, tamen praetendunt nefariis perditiſque con-
ſiliis turpem vitam & mores depravatos pontificum maximo-
r rum; opponunt infatuatum ſal (r), jactant oppreſſum lucernae
ſ lumen (ſ), & divina auctoritate, in vitioſo etiam homine ve-
renda ac metuenda, ad multorum hominum perniciem abutun-
tur. ſceleſti illi quidem, & ea re miſerrimi, qui, quem in ma-
ximis reipublicae fluctibus conniventem interdum & tanquam in
t u ſuis periculis (t) conſopitum (u) Deum piis ac ſupplicibus vo-
cibus

(o) *ipſo* exempl.

(p) *quantum* id. (q) *quantum* id.

(r) Matth. cap.V. v.13. *Vos eſtis ſal terrae. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet ultra, niſi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

(ſ) Idem ibid. v.14. *Vos eſtis lux mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt.*

(t) Vocem hanc *periculis* ego ex ingenio ſupplevi. aberat autem ab exemplari, ita, ut totidem ferme ſyllabarum, quot ea conſtat, ſpatium gacuum a librario relictum eſſet.

(u) Matth. cap.VIII. v. 24. *Et ecce motus factus eſt magnus, ita ut navicu-
la*

cibus excitare deberent, cum impiis & infeſtis clamoribus e puppi conentur ejicere. ſed neſcio, an ille miſerior, qui ſummis Dei beneficiis & honoribus affectus, ut generi hominum dux ſit in caelum, vitiorum (x) princeps omnes, quantum in ſe eſt, x
perducit (y) ad inferos. o peſtiferum ac funeſtum & ipſis au- y
ctoribus & reliquis omnibus vitae turpis exemplum! o ſacrorum antiſtites, urbi (z) poſitae in montis vertice (aa), quae in z aa
omuium conſpectu ſita eſt, veriſſime comparatos! quorum ea vis
eſt (bb) in utranque partem, ut rempublicam exemplo vel corri- bb
gant, vel corrumpant. ſed de illis ſilere praeſtiterit, ſi qui aliquan-
do fuerunt, quorum vitio male audierit (cc) Deus opt. max. qui, cc
ut a noſtra memoria remoti ſunt, ſic etiam optandum eſt, ut oblivione obruantur. illud quidem certe, quod ad laudem veſtram maxime pertinet, praeterire non debeo. quanta morum commutatio facta ſit in urbe, quanta in provinciis, nemo non videt. repreſſae ſunt audaciae, conſtrictae libidines, immoderata illa
vivendi, loquendique (dd) libertas ac licentia compreſſa eſt. paſ- dd
ſim nunc rei divinae interſunt homines, confitentur delicta, referunt ad ſacerdotes de ſalute animarum: omnes omnium generum atque ordinum ad divinam hoſtiam, incredibili frequentia ac pie-
tate, concurrunt (ee): nunc in honore ſunt dies feſti; nunc ee

Rr 2 ſan-

la operiretur fluctibus. ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus & ſuſcitaverunt eum, dicentes: Domine, ſalva nos, perimus.

(x) Fort. *vitioſus*, aut *vitioſorum*.

(y) *producit* exempl.

(z) *urbis* id.

(aa) Matth. cap. V. v. 14. *Vos eſtis lux mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita.*

(bb) Vocem *eſt* omittit exempl.

(cc) *Male audire* dicitur is, cui, ſive de quo, male dicitur. habuit autem in animo Pogianus illud S. Paulli *ad romanos* cap. 2. v. 24. *Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt.* Scriptum eſt autem in Iſaiae prophetia cap. 52. v. 5. *Dominatores ejus inique agunt, dicit dominus: & jugiter tota die nomen meum blaſphematur.*

(dd) *loquendi* exempl.

(ee) Cujus religionis pietatiſque incrementum S. Ignatio Loyolae, qui non niſi triennio antequam haec a Pogiano in concione dicerentur, anno nimirum 1556. vivere deſierat, tribuendum eſſe, Eccleſia romana in ejus hiſtoria, ſacerdotibus quotannis pridie Kal. ſextiles ad legendum propoſita, tradit his verbis: *Sed in primis inter catholicos inſtaurare pietatem curae* (Ignatio) *fuit. templorum nitor, catechiſmi traditio, concionum ac ſacramentorum frequentia ab ipſo incrementum accepere.* Inſtitutam autem ab Ignatio ſocietatem praeclaros inſtitutoris ſui conatus ſedulo ac feliciter, *domino cooperante*, adjuviſſe, illius aetatis pontifices maximi teſtatum nobis poſteris reliquerunt. ac Paullus quidem III. in litteris ad ipſum Ignatium ejuſque ſocios die 5. jun. anno Chriſti 1546. pontificatus ſui undecimo, conditae ſocietatis ſexto, *Cum*, inquit, *inter cunctas ſolicitudines noſtras, quibus nos premit paſtorale officium, illa ſit praecipua, ut gregi dominico, nobis ſuperna diſpoſitione commiſſo, ani-*

ſancta & auguſta templa, religionis ac ſalutis cauſa, celebrantur; nunc denique urbem Romam, chriſtiani imperii principem ac dominam, chriſtiani item officii magiſtram ac ducem exterae gentes libenter agnoſcunt & confitentur. quidnam igitur cauſae fuit correctae reſtitutaeque diſciplinae? quid cenſetis? niſi continentiam, probitatem, caeteraque animi ingeniique ornamenta, quae ex iſto ordi-

animarum cura non deſit, ac illum antiquus ſerpens, humano generi inimicus, indefenſum & impraeparatum invadat: attendentes igitur ad fructus uberes, quos in domo domini hactenus produxiſtis, & producere non deſinitis, veſtra religione, integritate, ſcientia, doctrina, moribus, & experientia plurimum in domino confidentes, vobis, quos alias ſocietatem veſtram de Jeſu approbando, confirmando & benedicendo, ac perpetuae firmitatis munimine roborando, ſub noſtra & apoſtolicae ſedis protectione ſuſcepimus, & cuilibet veſtrum, qui ad hoc idoneus repertus, & per veſtrae ſocietatis praepoſitum pro tempore exiſtentem deputatus fuerit, in quibuſvis eccleſiis, & locis, ac plateis communibus ſeu publicis, & alias ubique locorum, clero & populo verbum Dei praedicandi, proponendi & interpretandi, ac eos viam veritatis edocendi, & ad bene beateque vivendum, ita ut in vobis verbo pariter & exemplo aedificentur, in domino hortandi, admonendi; necnon illis ex vobis qui presbyteri fuerint, quorumcumque utriuſque ſexus Chriſtifidelium, ad vos undecumque accedentium, confeſſiones audiendi, &, confeſſionibus diligenter auditis, ipſos, & eorum ſingulos ab omnibus & ſingulis eorum peccatis... quantumcumque gravibus, etiam ſedi apoſtolicae reſervatis, & a quibuſvis ex ipſis caſibus reſultantibus ſententiis, cenſuris & poenis eccleſiaſticis, exceptis contentis in bulla, quae in die coenae Domini ſolita eſt legi... nec non vota quaecumque, per eos pro tempore emiſſa, ultramarinis viſitationis liminum beatorum Petri & Pauli apoſtolorum de urbe, ac S. Jacobi in Compoſtella, nec non religionis & caſtitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi: ac miſſas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam poſt meridiem... celebrandi: & poſt ſea ante illarum celebrationem, aut alias, Chriſtifidelibus ipſis eucharistiae & alia eccleſiaſtica ſacramenta ſine alicujus praejudicio miniſtrandi, dioeceſanorum locorum, rectorum parochialium, & aliarum eccleſiarum, aut quorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita... plenam & liberam facultatem... concedimus &c. Idemque in conſtitutione die 18. octobr. an. 1549. promulgata, *Licet*, inquit, *debitum paſtoralis officii omnibus, regularem vitam ducentibus, ut in ſuis diſciplinis & laudabilibus inſtitutis conſerventur & augeantur, nos reddat favorabiles & benignos, ad ſocietatem vero de Jeſu, per nos inſtitutam & approbatam, cujus ſpecimen, veluti ager fertilis, in domino multiplices atque uberes fructus animarum, ad ſummi regis laudem, & fidei incrementum, attulit, & affert quotidie verbo & exemplo in populo chriſtiano, dirigentes praecipue, velut pius pater, oculos mentis noſtrae, dignum cenſemus, ut ipſam ſocietatem, ejuſque in odorem ſuavitatis Altiſſimo deſervientes perſonas ſpecialibus favoribus proſequamur, illaque ſibi favorabiliter concedamus, per quae ſocietas ipſa utiliter regi, & proſpere dirigi, ac ad animarum auxilium fideliter in domino procedere valeat... Praeterea cum intellexerimus, populos civitatum, terrarum, & locorum, apud quae habitationem iidem ſocii habent, vel ubi ceſ-*

ordine , quae ex illa ſede luxerunt . iſta eſt optima lex & regula (ſi modo veritate directa , non ſpecie ſimulata ſit), ad quam omnium ora , judicia , inſtituta diriguntur ; qua niſi leges de moribus emendandis , niſi juſſa ac vetita nitantur , vel inania eſſe , vel ad exiguum tempus ſervari neceſſe eſt . ſit igitur ſpectata virtus , ſit nobilitata pietas ejus viri , cui ſummum honorem deferetis ; cujus vita ,

eoſdem verſari aut tranſire contingit , exemplo allectos & inductos religioſae vitae , quam domino concedente ducunt , libenter ad confitendum eiſdem ; & ſacratiſſimam communionem de manibus eorum accipiendam confluere , ut illis ſic confluentibus ſatisfacere valeant , univerſis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus , ut cuilibet de ſocietate praedicta confiteri poſſint , rectoris ſui licentia minime requiſita ... nec non ... eucharistiae ſacramentum ... accipere libere & licite valeant ... Et inſuper attento meditatione penſantes , quantum utilitatis , ad exaltationem chriſtianae fidei , & evangelicae veritatis , ſocietatis praedictae profeſſores afferant & afferre valeant &c. Julius vero III in *Bulla* novae inſtitutorum ejuſdem ſocietatis confirmationis , die 21. jul. an. 1550. edita , *Expoſcit* , inquit , *debitum paſtoralis officii ... ut fideles quoslibet , praeſertim religioſos , in via mandatorum domini , ad illius honorem & gloriam , & proximorum ſpiritualem profectum deambulantes paternis confoveamus affectibus ... Dudum ſiquidem per fel. record. Paulum papam tertium , praedeceſſorem noſtrum . accepto , quod dilecti filii Ignatius de Loyola , & Petrus Faber , ac Jacobus Laynez , nec non Claudius Jajus , & Paſchaſius Broët , ac Franciſcus Xavier , necnon Alfonſus Salmeron , & Simon Rodericus , ac Joannes Coduri , & Nicolaus de Bobadilla presbyteri ... in artibus magiſtri , in univerſitate pariſienſi graduati , & in theologicis ſtudiis per plures annos exercitati , ſpiritu ſancto afflati , jamdudum e diverſis mundi regionibus decedentes in unum convenerant , & exemplaris ac religioſae vitae ſocii effecti , abdicatis hujus ſaeculi illecebris , eorum vitam perpetuo domini noſtri Jeſu Chriſti , atque ſuo & ſucceſſorum ſuorum romanorum pontificum ſervitio dedicaverant , & jam pluribus annis verbum Dei praedicando , & fideles privatim ad pias meditationes , beneque ac beate vivendum excitando , hoſpitalibus inſerviendo , pueros & alios rudes ſalubria dogmata , ad chriſtiani hominis inſtitutionem neceſſaria , docendo , ac denique omnia charitatis officia , quae ad animarum aedificationem pertinebant , ubique terrarum , ubi peregrinati fuerant , quiſque , juxta traditam ſibi ab ipſo Spiritu ſancto gratiam , multa cum laude obeundo , laudabiliter in via domini ſe exercuerant , eorum inſtitutum , ſub quadam vivendi formula , ab ipſis edita , evangelicae veritati & ſanctorum patrum ſanctionibus conformi ... approbavit , & confirmavit , & benedixit ... Cumque poſtmodum progreſſu temporis , Spiritu ſancto cooperante , ex ſocietate praedicta ſpiritualem animarum fructum creſcere ... intellexiſſet ... Nobis fuit humiliter ſupplicatum , ut formulam , qua praedictae ſocietatis inſtitutum ... comprehenditur , confirmare dignaremur &c.* Denique Pius quartus , is , qui cum huic Pogiani orationi cardinalis interfuiſſet , fuit his ipſis comitiis pontifex maximus renunciatus , Paulli ac Julii decreta ac dicta , die 13. apr. an. 1561. confirmans , *Etſi* , inquit , *ex debito paſtoralis officii ſingulos religioſos , qui , ſpretis hujus tranſitorii ſaeculi pompis , jugum religionis libenter amplexi , propriam voluntatem abnegare & in caelis theſauros ſuos reponere decreverunt , pater-*

ta, orationi par, effigies ac ſimulacrum quoddam Chriſti actionum, exemplo magis quam timore propoſito, a pravitate ad virtutem convertat.

Quid dicam de ſcientia ſacrarum divinarumque literarum? ſine qua manca eſt & imperfecta integritas & innocentia pontificum maximorum. praeclarae enim vitae ratio, quae ad ſui contemplationem omnes quodammodo etiam tacita cohortatur, caeleſtis hujus doctrinae rationem deſiderat, qua & falſi coarguantur interpretes, & ad chriſtianam pietatem imperiti homines erudiantur. nam ſummo illo ſanctiſſimae hujus diſciplinae & doctore, & approbatore, & correctore, & judice omnibus hominibus utendum eſt; neque eſt alia chriſtianae fidei ſuſcipienda veritas, niſi quae pontificis maximi, & ampliſſimi conſilii
ff ſententia & auctoritate comprobetur. atque hujus incorrupta (*ff*) veritatis integritas tantum momenti habet & ponderis, ut in Chriſti vicario tolerabilior ſit offenſio vitae, quam fidei; quod veram religionis diſciplinam, quae vita refelli non poteſt, non inſani homines in morum etiam perverſitate ſuſpiciunt, & pon-
gg tificem audiunt ex ſententia Dei loquentem (*gg*), ex ſua viventem non attendunt. quamobrem vobis ſit explorata religio ejus viri, quem religionis ducem & principem conſtituetis. quod ſi Dei filius illi ipſi, quem primum ſibi vicarium eſſe voluit, per-
hh petuam ſuis precibus fidem (*hh*) impetravit, tum cum veſtitus
ii corpore verſabatur (*ii*) in terris, &, qui deinceps ei muneri recte ſuccederent, ad ejuſdem virtutis imitationem in omnem poſteritatem propagavit: tamen, ne in perpetuitate divini beneficii graviſſima pars officii veſtri deſideretur, date ei virum vos fide & religione praeſtantem, quem, pontificiis praeditum ornamen-

paterna dilectione proſequamur, ad illos tamen, qui, ſicut nomen ſociorum Jeſu aſſumpſerunt, ita opere, doctrina, & exemplis dominum noſtrum Jeſum Chriſtum imitari, & ejus veſtigia ſequi nituntur, majoribus favoribus & gratiis proſequendum invitamur ... Attendentes quantum dicta veſtra ſocietas in eccleſia Dei hactenus fructum attulerit, & quantum in futurum, Deo dante, ſit allatura, & propterea vos, prae caeteris aliis religioſis, majoribus favoribus & gratiis fore merito proſequendos ... motu proprio ... concedimus & indulgemus &c.

(*ff*) Cicero *de claris orat.* cap.132. *Summa non vitae ſolum atque naturae, ſed orationis etiam comitas*, incorrupta *quaedam latini ſermonis* integritas; *quae &c.*

(*gg*) Matth. cap. 24. v.2. *Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribae & phariſaei. omnia ergo, quaecunque dixerint vobis, ſervate & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere.*

(*hh*) Luc. cap. 22. v.31. *Ait autem dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat ſides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos.*

(*ii*) *verſabat* exempl.

mentis, divinis ipſe muneribus tueri atque augere poſſit: date eum, qui nos, in caeleſtem viam ingreſſos, caeleſti viatico proſequatur, qui labantibus (*kk*) atque aegris mentibus &, quibus nitantur, ſuggerat adminicula, &, quibus leventur, remedia adhibeat. nam, ſi ipſi aut ſitiant fontes, aut corrupti ſint, unde erit nobis vitalis liquor hauriendus, qui, in labore atque aeſtu, intimum ardorem, ac ſempiternae vitae ſitim poſſit extinguere? habemus igitur ex Chriſti ſententia moderatorem chriſtianae reipublicae vicarium divini numinis, qui doctrinae ratione, vitae exemplo, ſacramenti communione, tanquam triplici cibo Chriſti familiam alere ac tueri poſſit. *kk*

Sed, cum anima conſtemus & corpore, quoniam ad epulas animae ſatis inſtrumenti praeſidiique paratum nobis eſt in gemina illa pontificis laude, quam diximus, corporis etiam ſubſidiis & alimentis egemus. recreanda enim eſt urbs, reſtituendus ager, relevandae provinciae, omnium vitae, commodis, incolumitati conſulendum eſt. etenim illud maxime proprium eſt ejus prudentiae (*ll*), quam Dei filius a fideli vicario poſtulavit, quem idcirco etiam hominem dedit, ut is in divini officii diligentia meminiſſet, nullam ſibi negligendam eſſe neceſſariam partem muneris humani. quare ſic equidem intelligo, patres, ad pontificii muneris perfectionem requiri conſuetudinem tractationemque reipublicae, neminique unquam ſummam rerum commiſſam eſſe praeclarius, quam ei, qui, ſpectata juſtitia & religione, videndo, audiendo, obeundo, ad uſum rerum eruditus, ſingularum reipublicae partium, & quaſi membrorum ſalutari curatione, totius tuendi corporis ſcientiam ſit conſecutus; vel certe, ſi in caeteris ornamentis hac una caruerit agendi laude, qui probatis ac reipublicae gerendae peritiſſimis viris uſus ſit & conſiliariis & adminiſtris. *ll*

Quod ſi hanc amoris, probitatis, humanarum divinarumque rerum ſcientiae conjunctionem (*mm*) ſacra, profana, publica, privata, domeſtica, externa, Deus hominesque aut ullo unquam tempore poſtularunt, hoc ipſo maxime flagitant, aut iſta in iſto ordine ſuperiora tempora viderunt, haec ipſa aetas in vobis ſpectata proſpicit & illuſtria: ut, etiamſi ultimarum gentium nationumque ſententiis ſummus iſte honos daretur, iſtinc potiſſimum depoſceretur is, in quo pontifice maximo declarando homi- *mm*

(*kk*) *labentibus* id.

(*ll*) Luc. cap. 12. v. 42. *Dixit autem Dominus: Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram?*

(*mm*) *conjunctione* exempl.

hominum ſuffragia cum divina ſorte congruerent. nunc veſtra ſunt ſuffragia, veſter eſt honos: nemo vos melius, quam ipſi inter vos noſſe debetis; ut, in quo ſpes bene gerandae reipublicae conſtituatur, vobis omnium maxime ſit exploratum.

Itaque exiſtat ex iſto conſenſu ſtudiorum veſtrorum, quae
nn Dei arbitrio regenda (ut ſpero) permiſiſtis (*nn*), is gubernator, cujus virtute ac ſcientia ſanctiſſima reipublicae navis, quae toties haeſit ſcopulis, toties tempeſtatibus jactata fluctuavit, recto atque tranquillo curſu in portum invehatur. quanquam procellae defecerunt, venti conquieverunt, ſaxa imo mari reſederunt: aperta, placata, tuta ſunt omnia: nihil inſidioſum, nihil infeſtum, nihil periculoſum ſupereſt. tantum gubernatore opus eſt, quem, veſtris & ſententiis in ſacroſancta puppe collocatum, & munitum conſiliis, reges, populi, ſummi, infimi venerentur; cujus arbitrium ac nutum obſervantes univerſi conſpirent ad curſum navigii provehendum. hae ſunt maximae partes iſtius oneris & muneris; hoc certiſſimum argumentum veſtrae & in Deum pietatis, & charitatis in homines, quo reſpublica beata eſt, vos beatiſſimi & divinis praemiis & humanis, qui libero ac pio ſuffragio tot vitae incommoda redimatis, quae cupidam mercenariamque ſententiam divino numine conſequi ſolent, ut primum ſui eos ſtudii poeniteat, qui *illud ſumma* ſpe & cupiditate detulerunt: & in iſta praerogativa, quam dabitis ſapientiſſimi conſilii judiciique veſtri, praerogativam habeatis & pontificatus maximi & aeternae ſalutis.

Quoniam vero, quid vos ſequi oporteat in pontificatu ma-
oo ximo deferendo, dictum eſt, quid (*oo*) pontifici in tuendo eo honore praeſtandum ſit, dicendum videtur. quanta igitur eſt ei acceſſio facienda ad omnem excellentiam, cui Chriſti corpus, ideſt, eccleſia credita ſit? nimirum tanta, ut ejus non modo ſaluti conſulat & viribus, ſed etiam colorem venuſtatemque tueatur, operamque det, ut immortali ac ſanctiſſimo capiti, quoad ejus fieri poſſit, univerſa membra reſpondeant. quod facile, Deo auctore & adjutore, conſequetur, ſi in altiſſimum illum locum exiſtimabit Dei beneficio aſcendiſſe, non ſua virtute perveniſſe; ſi vicarium divini regni, non dominum, ſe eſſe cogitabit; ſi non eos, a quibus homo, ſed illum reſpiciet, a quo natus ſit pontifex maximus; ſi non ſibi primum ſuam, un-
pp de remotus eſt, ſed Chriſti familiam (*pp*), cui eſt praepoſitus, amplificandam putabit; ſi denique hodiernum, ſi heſternum diligentius ſecum recordabitur, alterum vitae, alterum mortis ſuae

(*nn*) *permiſiſti* id. (*oo*) *quod* id. (*pp*) *familia* id.

ſuae quaſi monitorem, diem. hae cogitationes ſi in ejus animo
dies noctesſque verſabuntur, nihil erit negotii continere in offi-
cio rempublicam, nihil intemperantium hominum linguas ma-
nuſque coërcere, nihil extinguere vocem, primum fortaſſe emiſ-
ſam pie, ſed tamen latius jam pervagatam, quam ferre poſ-
ſint bonorum aures, ineſſe quandam veneni vim pontificiis ve-
ſtibus, quae, ut olim decantata illa tunica, centauri (qq) atque qq
excetrae (rr) ſanguine imbuta, Herculis corpus aſperſa peſte (ſſ) rr ſſ
confecit, ſic eorum animos, qui pretioſiſſimo veſtitu amiciuntur,
neſcio qua ſcelerum contagione corrumpant (tt). ita ne vero? tt
ſingularis ſanctitatis ac pietatis inſignia, ſignis omnium impreſ-
ſa ac depicta virtutum, propter morum importunitatem ad
ludibrium ponunt impudentiae (uu)? minime minime inſultan- uu
dum uſque adeo in Dei patientiam; ſed contra potius omnes
animi, omnes ingenii vires incitandae ſunt: vigilandum, pu-

(qq) Ovidius in epiſtola Deianirae ad Herculem:

Semivir occubuit vi lerniferoque veneno
Neſſus, & infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego haec refero? ſcribenti nuncia venit
Fama, virum tunicae labe perire meae.
Hei mihi quid feci? quo me furor egit amantem?
Impia quid dubitas Deianira mori? ....
Neſſus ut eſt avidum percuſſus arundine pectus,
Hic, dixit, vires ſanguis amoris habet.
Illita neſſeo miſi tibi texta veneno.
Impia quid dubitas Deianira mori?

Vide eumdem Ovidium libro IX. *metamorph.* v. 101. & ſeqq.

(rr) *Excetra & hydra* unum idemque illud lernaeae in Peloponneſo paludis monſtrum, a poëtis confictum, ſignificat; de quo Hercules apud eumdem Ovidium eodem libro IX. *metamorph.* verſ. 67.

Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum,
Dixit; & , ut vincas alios, Acheloë, dracones,
Pars quota lernaeae ſerpens eris unus echidnae?
Vulneribus fecunda ſuis erat illa; nec ullum
De centum numero caput eſt impune receiſum,
Quin gemino cervix herede valentior eſſet.
Hanc ego, ramoſam natis e caede colubris,
Creſcentemque malo, domui, domitamque peremi.

Cicero libro II. *tuſcul. quaeſt.* cap. 22. in verſibus e Sophoclis *Trachiniis* latine a ſe converſis:

O pectora! o terga! o lacertorum tori!
Veſtrane preſſu quondam nemeaeus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Haec dextra Lernam taetram, mactata excetra,
Pacavit.

(ſſ) *juſte* exempl.

(tt) *corrumpat* id.

(uu) Cicero *pro domo ſua* cap. 131. *Tu* (P. Clodi) *cum ferro, cum metu, cum edictis ... ſervitute oppreſſam civitatem teneres, Libertatis ſignum poſuiſti magis* ad ludibrium impudentiae, *quam ad ſimulationem religionis.*

gnandum eſt, ne ſummae poteſtatis illecebris, ne acerrimi hoſtis inſidiis, quae plerunque latent ſub pietatis nomine, ca-
xx piamur (*xx*).

Una vero eſt cautio periculi, una proviſio fallaciae, ut
yy omnes ſui muneris rationes omnibus (*yy*) rationibus & reipublicae charitate finiendas putent. an vero Paulus apoſtolus, quo neque plura neque majora perfunctum aut perpeſſum eſſe pro Chriſto arbitror neminem, an ante eum Moſes, factus ad Dei voluntatem, in illa meritorum uterque praeſtantia, judaeorum ſalutem, a quibus indigniſſime tractati fuerant, ſuo interitu
zz redimere (*zz*) cupiverunt: eos, quorum ſingularibus honoribus par cura mandata eſt, non id agere, ut, quos ſuae fidei a Deo commendatos intelligunt, ſecum & ſalvos velint, & praeſtare conentur? quid reſpondebunt repetenti Deo eorum, quibus praefecti ſunt, vitae rationem? an excuſabuntur inviti tanto muneri praefuiſſe? quis eos onus tollere coëgit, quo ſe opprimendos putarent? quid? ſi qui, ſplendore virtutis abuſi ad venditationem, errore hominum illuc obrepſerunt, num, ut homines de ipſis in ſuffragatione fefellit opinio, ſic infinitam Dei ſapientiam eorum aſſequendi aut gerendi honoris vel occultiſſima ratio fallet? num, ſi qui, ne petentes aut ne cupientes quidem, ad ſummum pontificatum elati ſunt, eorum propterea *ingrati ani-*
aaa *mi* culpam Dei benignitas ſuſtinebit? an vero is (*aaa*), qui & in ſanctiſſimum ordinem, domini delectu, cooptatus, & ejuſ-
bbb dem familiae diſpenſationi praepoſitus fuit (*bbb*), cum poſtea al-
ccc terius muneris (*ccc*) ſplendorem furto, alterius (*ddd*) domini
ddd proditione maculaſſet, propterea eſt impunitatem aſſecutus? minime. quid ita? quia ſingularia Dei beneficia ſingulari mente & voluntate ſuſcipienda & adminiſtranda, & praecipua ejus munera praecipua etiam virtute ac diligentia remuneranda ſunt. hic mos, haec diſciplina fuit veterum pontificum maximorum: his ſenſibus atque itineribus euntes illi in caelum pervenerunt. hu-

(*xx*) *capiantur* exempl.

(*yy*) Fort. *omnibus omnium*.

(*zz*) In libro *Exodi* cap. 32. v. 31. *Reverſuſque* (Moyſes) *ad dominum ait: Obſecro, peccavit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut, ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*. In epiſtola S. Paulli *ad rom.* cap. 9. v. 3. *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis*.

(*aaa*) Judam Iſcariotem ſignificat.

(*bbb*) Joan. *evang.* cap. 13. v. 27. *Et dixit ei Jeſus: Quod facis, fac citius. hoc autem nemo ſcivit diſcumbentium ad quid dixerit ei. quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixiſſet ei Jeſus, Eme ea, quae opus ſunt nobis ad diem feſtum; aut egenis aliquid daret*.

(*ccc*) Diſpenſatoris *munus* intellige.

(*ddd*) Apoſtolatus *munus* ſignificatur.

hujus nos integritatis & fidei praeclara exempla in pontificia ſede conſpeximus; quibus ſi tempora non defuiſſent, & ſuppeditaſſet vita, priſtinam eccleſiae dignitatem reſtitutam haberemus. nunc tantum rebus gravitatis & auctoritatis attulerunt, ut reliquae hilaritatis & ſecuritatis ſpem in veſtra virtute ac ſapientia collocemus.

Erit igitur, erit illud tempus, cum, pulſis e medio vitiis, cum, exterminata impietate, ſuus virtuti, ſuus religioni honos reddatur. nullus inertiae ſit in republica, nullus nequitiae locus: ſed paſſim bonae artes, certatim recta ſtudia, pace & frugum copia ſocia & comite, celebrentur. erit aliquando libera vox, erit plauſus ſalutantis & celebrantis, non minus aut terrore expreſſus, ſed amore ac religione impertitus optimo eccleſiae principi ac parenti; cujus vitam publica vota, mortem communis luctus conſequetur. quo nunc ſtudio elatam videre videor ſanctiſſimam parentem eccleſiam, vobis, quos ex omnibus ampliſſimos, ac ſuis muneribus ornatiſſimos eſſe voluit, ſupplices tendere manus, orare, obſecrare, uti, tantorum memores beneficiorum, eum creetis pontificem maximum, qui ſuorum ſacrorum jus ac diſciplinam, templorum atque altarium cultum ac dignitatem tueatur, qui, claris & illuſtribus vitae patriaeque charitatis & lenitatis exemplis, tot perditos filios, quos ad exitium ruentes voluntarium quotidie pia mater vocat, invitat ad gremium, revocatos a ſcelere ac furore ad ſanitatem ac ſalutem reducat.

Sed, ut aliquando, unde initium duxit, in eo terminetur oratio mea, te nunc, Spiritus ſancte Deus, cujus hanc rem divinam, atque hoc ſolemne ſacrificium hodierno die pro pontificis maximi creatione patres ampliſſimi pure caſteque perficiunt, a cujus religionis altaribus, uti de re omnium maxima & difficillima recte libereque decernant, ſe a caeteris & negotiis & hominibus removentes, mox univerſi in idem conclave convenient, primum imploro atque obſecro, ut haec patrum ſtudia atque ſuffragia ita gubernes, ut in eis divina vis & aliquod caeleſte numen appareat; deinde, ut ejus animum, qui in ſella pontificia collocatus ſummam reipublicae adminiſtrationem ſuſceperit, ita regas ac moderere, ut non ad privatas opes aut ad potentiam comparandam ſibi datam putet eccleſiae procurationem, ſed ad conſtituendam atque augendam rempublicam: tu, inquam, Spiritus ſancte Deus, qui terrarum orbem, completum tuis muneribus, incredibili varietate exornas atque diſtinguis, qui mentes hominum maxime perſpicis, & inflammas

ſtudio ſuperarum rerum atque caeleſtium, qui rationis, qui ingenii, qui conſilii dona tuo arbitratu dilargiris, cujus denique beneficio vivimus, ſapimus, conſervamur, tu pontificem maximum, ſummum tui numinis ſacerdotem, ad tuum nutum voluntatemque converte; ut, praeeunte ac deducente te, ſibi commiſſas animas, in viam ſalutis deductas, tibi & patri & filio, uni atque eidem Deo, in aeterna gloria viventi ac regnanti, puras & viventes hoſtias aliquando poſſit offerre.

CCXXXIII.

a Jul. Pogianus Antonio Mariae Gratiano. (*a*)

MEarum expectatio literarum, non etiam tuarum deliberatio tibi dubitationem afferre debuit. quid enim tu haereas in epiſtola pleniſſima officii, humanitatis, ac praeclarae cujuſdam cupiditatis? praeſertim ad eum, a quo, tum tua, tum
b ejus viri (*b*) cauſa, quem uterque noſtrum obſervat merito ſuo, omnes colere debent, egregii tui conatus in literis ſi minus a
c me (*c*), quod minus poſſum, adjuvandi, laudandi certe & amandi ſunt. ſed epiſtolam ornare voluiſti modeſtia, illo, inquam, vitae tuae & orationis ornamento, & me onerare laudibus alie-
d nis; quas profecto meas (*d*) non eſſe his literis facile intelliges: ut, quantum ab unoquoque expectes, maturius poſthac tibi ſtatuendum eſſe cenſeas. equidem video te latine ſcribendi ſtudio flagrantem; intelligo, ſperare ad id, quod exoptas, tibi adju-
e mento fore literas meas. ſed de me multum te fallit (*e*) opinio; cui facultas juvandi tui, cui otium maxime deeſt. veruntamen hoc incommodum eo commodo compenſabis, quod non lon-

(*a*) Hanc & ſequentes duas Pogiani ad Antonium Mariam Gratianum epiſtolas, non longis intervallis, quemadmodum ex ipſarum lectione appáret, deinceps datas, ad aeſtatem anni 1559. pertinere, perſpicuum fiet ex lis, quae, ubi ad earum ultimam venerimus, dicturi ſumus. De Gratiano antem, Patavii per haec tempora ſtudiorum cauſa commorante, vide epiſtolam ſequentis voluminis primam.

(*b*) Joannes Franciſcus Commendonus, Zacynthlorum tum epiſcopus, deinde S.R.E. cardinalis, ſignificatur: de quo vide epiſtolam 127. pag. 201. Fuit autem Commendonus inſignis & Gratiani fautor, & Pogiani admirator.

(*c*) Hoc *a me* expungendum videtur, quum praeceſſerit *a quo*.

(*d*) Hoc dicit: Laudes, quas mihi latini elegantiſque ſermonis tribuis, alienas a me eſſe, neque ad me pertinere, tum ſenties, cum has ipſas meas litteras, nulla cum elegantia ſcriptas, perlegeris.

(*e*) Ita malui, quam, ut eſt in exemplari, *fallet*.

Digitized by Google

longinqui temporis ſpe ductus haec inania (*f*) relinques, & te ad Ciceronem, omni eloquentiae laude redundantem, totum conferes. is, mihi crede, deſiderium tuum explebit, ſi, & quid & quomodo dicat, diligenter attenderis. videbis enim, interdum quampauca quammultis explicari, interdum contra comprehendi plura breviter & abſolute: videbis, ſaepius eandem variari rem, ut, cum idem dicatur, tamen, commutatis verbis atque ſententiis, aliud dici videatur. mirabere vero partium & quaſi membrorum pulcherrimam compoſitionem; quae cum alia ex aliis ſic nexa & apta cognoris, ut nihil lectu, nihil auditu poſſit eſſe jucundius, inde tibi comparabis & ſilvam quandam elegantium vinculorum, & artificium vinciendae orationis. ab illo denique ſummo doctore petes non modo ſingula verba, ſed etiam conjunctionem eorum, numerum, atque formam. a me certe ſatis habebis, totum me tibi pateſeciſſe, &, cum excuſatione occupationum mearum, quibus ſane diſtineor, tueri poſſem opinionem de me tuam, tamen cupiditati tuae, quam exiſtimationi meae, morem gerere maluiſſe. pro quo viciſſim abs te peto, ut has literas, plenas celeritatis & turbae, vel inflammes, vel conſcindas, vel ita comprimas, ne emanent. Vale.

(*f*) Quale eſt ſperare, ſe multum in latinae linguae facultate atque elegantia comparanda poſſe proficere latinis amicorum accipiendis legendiſque litteris.

CCXXXIV.

Idem Eidem.

SCripſi proxime ad te, vel potius non ipſe ſcripſi (quod ne nunc quidem facio), ſed tum certe illam dictavi epiſtolam celerius, ideſt, negligentius fortaſſe, quam oportuit, ſi tu eamex tua expectatione, aut ex aliorum comparatione ſpectare vis, non ex tempore, & ex ratione mea. quod ut intelligas, mihique ex eo etiam ignoſcas, indicabo tibi tum conſuetudinem, tum ſententiam meam de toto hoc genere epiſtolarum; ſi tamen prius, quomodo res tum acta ſit, expoſuero. cum igitur incidiſſent literae tuae tum in diem ipſum, tum in turbam literarum, quibus omnino multis reſcribendum erat, ne te quidem, qui me tam amanter ad ſcribendum invitaras, in vacuum tempus differendum putavi: qui, etſi non dubitabam, quin, contraquam tua tuliſſet opinio, requiſiturus eſſes in illis literis, raptim ad te datis, ſcribendi facultatem, quam ne per otium quidem me tibi praeſtare poſſe ſperarim, tamen illud mihi de tua humanitate pollicebar, te, ſi tibi

tibi voluntas & ſtudium in te meum conſtitiſſet, tantum in
amore repoſiturum, quantum detraheres de judicio; praeſertim
cum ipſe voluntatem tuam exiſtimationi meae praetuliſſem.
habes rem, ſpem etiam de te meam: nunc rationem cogno-
ſce. ego, Gratiane, nihil hoc quidem tempore ex omni genere
ſcriptionis eſſe puto, quod minus aetatem ferre poſſit, quam
a epiſtolas (a). in quo ſatis mirari non poſſum nonnullorum im-
b potentem cupiditatem dicam, an gloriam (b)? qui ſtudium &
otium, quo abundant, conterunt in ſcribendis ad amicos literis;
quibus deinde relatis in volumen, atque editis, praeſentium gra-
tiam, poſterorum etiam laudem aucupantur. hic illis labor
quid emolumenti faciat in praeſentia, neſcio: poſteritatis ſpes
eos certe fruſtratur; quae non modo quas laudet, ſed quas le-
gat, vix habebit epiſtolas. quorum equidem quod ingeniis fa-
veo, vicem etiam doleo; cum videam, collectam neceſſariis li-
teris non vulgarem eloquentiae famam ambitioſis amiſſam eſſe;
eoque tot labores vigiliaſque recidiſſe, ut, qua mercede im-
mortalitas comparari ſolet, ea interitum ipſi ſuis ſcriptis attu-
c lerint; quae quodammodo efferuntur, vivis ac videntibus (c)
illis, quaſi quaedam ingenii funera: quorum obitus eo ſolet
d acerbior eſſe, quam liberorum, quod (d) hi, parentum incolu-
e mi fama, moriuntur; non tolluntur illa (e), ſine eorum cul-
pa, qui ediderunt. Dices: ecquod tantum eſt horum homi-
f num faſtidium (f) in epiſtolis tantopere elaboratis? Eſt iſtud
quidem, quod plerique illa veterum virorum naturali ac ſimpli-
ci ſcriptione delectantur. ſed tamen non in eo omnia. nam
hujus praeterea incommodi cauſam ſuſtinet novitas iſta ſermonis
& compoſitionis; quam ſi cum antiquitate conferre voles, ni-
hil alienius, & ob eam ipſam cauſam nihil moleſtius judicabis,
quid

(a) Dixi alibi, me longe aliter ſentire, cui nullum ſcriptorum genus magis aetatem ferre diutiuſque peremnare, quam clarorum hominum epiſtolas, videri ſoleat.

(b) Valde ſuſpecta mihi loci hujus lectio eſt. cujus enim rei *impotens* haec *cupiditas* eſſe poterat, niſi *gloriae*? quid igitur dicit, qui negat, ſatis ſe ſcire, utrum *impotentem* hanc nonnullorum *cupiditatem miretur*, an *gloriam*? quid eſt autem *mirari gloriam*, quae mox nulla conſequutura eſſe dicitur?

(c) Cicero *pro P. Quintio* cap. 50. *De quo homine praeconis vox praedicat, & pretium conficit, huic acerbiſſimum* vivo videntique *funus indicitur*.

(d) *quo* exempi.

(e) Contra hunc locum mendi notam in exemplaris margine Gratianus adſcripſit. ego nihil mendoſi video. hoc nempe Pogianus dicit, liberos parentibus *mori*, nulla ipſorum parentum culpa: ejuſmodi autem ſcripta auctoribus ſuis, non ſine eorum culpa, quod inepte ſcripſerint, *tolli* atque interire; hoc eſt, a nemine uno legi.

(f) Malim *ſtudium*, quam *faſtidium*.

quid enim putidius crebra & undique conquiſita verborum ac ſententiarum, quibus, tanquam intempeſtivis floſculis, totus literarum ſermo conſperſus eſt? quid conciſa quadam brevitate minutius aut ineptius, quae non ſolum uſquequaque ſui ſimillima eſt, ſed etiam peraeque diſſoluta? At, inquies, exaequare mihi videris omnes judicio tuo hujus aetatis ſcriptores epiſtolarum. Minime vero. nam excipio eos, qui Ciceronem etiamnum ſcienter imitantur; quorum ut majorem copiam exopto, ſic hos, qui mihi probantur, non nominabo, ne, horum ipſorum laude, caeteri ſe meo teſtimonio notatos querantur. redeo ad me; qui meae infantiae conſcius ne pecco quidem in eam partem, ut amem ea, quae non dubitem mox eſſe peritura. quo minus etiam diligens ſum in literis meis; quas equidem, niſi neceſſario, ſcribere non ſoleo, & ea conditione, qua tu quoque a me ſuperiorem epiſtolam accepiſti (*g*). malo enim, g
eas de mea ſententia ab amicis meis clam interire (*h*), quam, h
invito me, palam concerpi ab alienis. neque vero haec eo a me ſcribi velim exiſtimes, ut te a latine ſcribendi ſtudio deterream, quem ad hanc laudem natum mihi videor intelligere, ſed magis ut incendam, horterque, ut ingenium & induſtriam in Cicerone diligentius obſervando ponas, tibique perſuadeas fore, ut ejus imitatione paucis annis in paucorum illorum pervenias numerum, in quibus imaginem quandam romanae eloquentiae reliquam intuemur (*i*). Vale. i

CCXXXV.

(*g*) Conditio, quae heic ſignificatur, illa in extrema epiſtola fuerat: *Abs te peto, ut has literas, plenas celeritatis & turbae, vel inflammes, vel conſcindas, vel ita comprimas, ut emanent.* Bene autem factum, quod Gratianus Pogiano morem in hac quidem re ſibi gerendum eſſe non duxit; immovero & hanc reliquaſque ad ſe ab eo miſſas diligenter ſervavit, & alias ad alios, quaſcumque potuit, colligendas, ad noſque tranſmittendas curavit. vide ejus epiſtolam ad card. Commendonum, ſecundo hujus operis volumini praefixam, pag. LXIV.

(*h*) Ita dixit *ab amicis interire*, quemadmodum Cicero lib. I. *acad. quaeſt.* cap 29. *Nihil enim valentius eſſe* (putant philoſophi), *a quo intereat.* & *pro Mil.* cap. 56. *Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui ſaepe ſpoliantem jam & exſultantem evertit, & percutit ab abjecto.* & Ovidius de Memnone libro XIII. *Metamorph.* v. 597. *Occidit a forti (ſic vos voluiſtis) Achille.*

(*i*) Gratiani qui ſcripta legunt, Pogianum hoc loco non tam loquutum, quam vaticinatum eſſe, fateantur neceſſe eſt. ea nos in noſtris enarrationibus ad ejus vitam, ab Jano Nicio Erythraeo conſcriptam, primoque *de ſcriptis invita Minerva* volumini praefixam, & Florentiae anno 1745. opera noſtra vulgatam, diligenter recenſuimos, tam edita, quam non edita; quae tamen ipſa edere, idque quamprimum, cogitamus.

CCXXXV.

a ### Jul. Pogianus Antonio Mariae Gratiano. (a)

22. jul. 1559. AMO, Gratiane ornatiſſime, primum literarum tuarum; deinde muneris elegantiam. ac literas quidem deſiderare incipiebam, ex quibus, quia tuae laudis, quam qui maxime, cupi-

(a) Quid ego, in hac epiſtola diei 22. julii anni 1559. aſſignanda, ſequutus ſim, in qua nulla neque menſis neque anni mentio facta deprehenditur, dicam. ſed, ut ſemel intelligatur, quam lubrica ac periculoſa ſit haec tota conjectandi ratio, & quam facile, niſi omnia diligenti cum rerum, temporum atque hominum inveſtigatione, ſingularumque ſententiarum ac prope verborum ſumma animadverſione adhibita, perpendantur, errari hoc in genere poſſit, & ut mihi, ſi quando erravi aut vero erraturus ſum, venia, ut in perdifficili negotio, detur; denique ut in tenui re quidem, at non ita tenui ac mediocri cum labore, quemadmodum fortaſſe nonnulli arbitrantur, verſatum eſſe me in hoc diſtribuendarum in ſuum quamque tempus earum epiſtolarum, quae tribus ſequentibus voluminibus continentur, opere, conſtare poſſit; quid primum de tempore hujus epiſtolae, quaſque ob cauſas, falſas illas quidem, ſed tamen probabiles ac propemodum neceſſarias, ſenſerim, exponam. Quum ad illa hujus epiſtolae fere extrema legendo deveniſſem: *Habes conſilium meum ... cujus partes tibi notiores fortaſſe praeſens facere poſſem ... haberes interdum tu Manutium monitorem lectionis & ſcriptionis tuae. quod etſi viri vix patitur dignitas, tamen ejus fert humanitas ... utinam ſineret hominis incommoda valetudo!* non dubitavi, quin de Paullo Manutio, eoque, tum cum illa ſcriberentur, Romae commorante, ſed valetudine minime bona uſo, eo loco ageretur. nam non videbam, niſi Romae is eſſet, qui Pogiano venire in mentem potuiſſet optare, ut *praeſentem* Romae Gratianum haberet, quo is commodius non modo ſua, ſed Manutii etiam in ſtudiis eloquentiae inſtitutione uteretur. itaque, ut tempus, quo ſcripta eſſet epiſtola, tenerem, ſtatuebam, duo mihi eſſe quaerenda, quo tempore Manutius Venetiis Romam veniſſet, & quando Romae aegrotaſſet, de tempore quidem haec in binis Seripandi, ſalernitanorum pontificis, litteris, quas Aldus Manutius in libro tertio operis inſcripti *Lettere volgari di diverſi nobiliſſimi huomini, & eccellentiſſimi ingegni*, anno 1564. Venetiis edidit, pagina 62. reperiebam:

A M. Paolo Manutio.

Eſſendomi ritrovato in una congregatione di cardinali & altri prelati avanti noſtro Signore, ſi venne a ragionar di condurr'una ſtampa in Roma per conto del concilio. io non volendo perdere così buona occaſione, non laſciai di proponere & la ſtampa, & la perſona voſtra; & fui ben'aſcoltato. però alcuni riſpoſero, che di queſto s'era parlato altre volte, & che non era ſtato concluſo, perchè voi andavate troppo per l'alto, dimandando prezzo fuor di miſura. non oſtante queſto, ſua ſantità mi comandò, che ad ogni modo io ve ne ſcriveſſi, come già fo, & che poi riferiſſi la riſpoſta all'illuſtriſſimo card. Borromei. vi dico adunque, che, quando vi piaccia d'accettar il partito, mi ſcriviate riſolutamente quanto vi ci occorre, & maſſime intorno alle conditioni: perchè io non mancherò di far per voi tutto quello, che debbo per la noſtra anti-

Digitized by Google

cupidus ſum, avebam intelligere, quantum proficeres in iſta latine ſcribendi ratione, in qua cum excellenti ingenio & pari induſtria mihi jam antea verſari videbare. itaque, quoniam ſtudium meum de ſtudiis tuis tibi non ignotum ſciebam, ne-

antica amicitia; la quale però non mi muove più, che il beneficio publico, che può naſcer dalla virtù voſtra. ſtate ſano. Di Roma. A' 10. *di Febraro del* LX.

L'arciveſcovo di Salerno.

Al medeſimo.

...... *Jeri in conciſtoro ſua ſantità fece una deputatione di cardinali ſopra la ſtampa, tra' quali ſui chiamato anch'io, & hebbi campo di dir quel che dovevo della perſona voſtra. mi fecero ottimo tenore l'illuſtriſſimo & reverendiſſimo Morone & Farneſe, ceteris aſſentientibus. ci congregaremo, quando saremo intimati: ove io porterò l'informatione da voi mandatami, & farò quell' ufficio, che devo, non tanto per voi, quanto per la riputatione di queſta ſanta ſede, & perfettione dell'opera, tanto neceſſaria con la perſona voſtra in queſta qualità di tempi. Di Roma. A gli* XI. *di Marzo* 1561.

Al piacer voſtro prontiſſimo

Il card. Seripando.

Verum haec quidem conſilium modo arceſſendi Manutii Romam, negotiique tractationem continebant; nec veniſſe hominem Romam, ſed, ſi res conveniſſet, venturum ſignificabant. jam rem ante diem 27. maji ejuſdem anni conveniſſe, ex illis Latini Latinii ad Andream Maſium epiſtolae, eo ipſo die datae, verbis cognoſcebam: *Manutium ſcito nondum veniſſe* (Romam), *qui tamen brevi profecturus* (Venetiis) *nunciatur: & ſunt jam condiciones hinc inde confectae, perſcriptaeque ſolemni more tabulae.* adveniſſe eum denique jam Romam ante diem Auguſti menſis nonum intelligebam ex ejus litteris, eo ipſo die ad M. Antonium Muretum, ex urbe in Galliam haud ita pridem profectum, Roma datis: quas Cl. V. Petrus Lazerua, ſodalis contubernaliſque noſter, in ſecundo *Miſcellaneorum* tomo pag. 395. primus an. 1757. vulgavit. per aeſtatem igitur anni 1561. Manutium Romam adveniſſe, deprehendebam.

Unum illud quaerendum mihi ſupereſſe exiſtimabam, quo epiſtolae noſtrae datae certum annum definirem, ut de anno, quo Romae Manutius aegrotaſſet, cognoſcerem. de quo cum diligentius inquirerem, & illius epiſtolas, quae editae circumferuntur, accuratius pervolutarem, nullam in iis incommodae valetudinis ſignificationem ante annum 1566. dari reperiebam. in epiſtola vero decima libri VII. quarto nonas jan. ejus anni data, haec legebam: *Hoec ſcripſi in lectulo, cum leviter aegrotarem*: itemq. in proxime ſequenti, data VIII. id. jan. *Negotia nihil ad te ſcilicet: ſtudia vero propemodum jacent, & eo magis, quod valeo parum commode*: denique in epiſt. 13. dat. VIII. id. febr. *Ego ab interitu Pii IV.* (obierat Pius die 9. dec. an. 1565.) *valetudine utor incommoda. ſtomachus, calore deſtitutus, officio concoquendi male fungitur.* nec poſt hanc epiſtolam alia a Manutio data comparet ante diem XIV. Kal. Quint. ut eo toto intervallo aegrotaſſe hominem ſuſpicari poſſimus. & certe diuturno eum morbo laboraſſe, nec niſi ineunte aprili convaleſcere coepiſſe, proditum etiam fuit ab Joanne Francisco Lombardio in ſuis ad card. Varmienſem litteris, die primo aprilis an. 1566. datis, & in *Tabul. Eccl. Rom.* pag. 414 vulgatis. quae omnia quum viderem, & annum incommodae valetudinis Manutii, Romae commorantis, tam manifeſto tenerem, non dubitabam, quin eodem ipſo anno intra tres priores menſes ſcripſiſſet illa Pogianus: *haberes interdum tu Manutium monitorem lectionis & ſcri-*

ſcio quomodo requirebam officium epiſtolae, non etiam novum hoc & elaboratum munus duodecim ſudariolorum. tu vero & epiſtola deſiderium meum expleſti, & ad eam addidiſti cumulum hunc humanitatis & liberalitatis tuae. quod ſane munus
eſt

& ſcriptionis tuae . . . utinam fuiſſet hominis incommoda valetudo.

Sed certe errabam. nam, etſi haec praeclare conſtabant, attamen temporis ratio cum aliis quibuſdam epiſtolae hujus ſententiis minime conſentiebat. expendebam illa ſcilicet: *avebam intelligere, quantum proficeres in iſta latine ſcribendi ratione . . . . Tantum paucis menſibus conſequêre. ut te ex aequalibus tuis commoditate & prudentia orationis paucos pares habiturum putem. quod eo majorem in te admirationem efficiet, quo minus haec judicii laus in iſtam aetatem cadere ſolet.* nonne hanc omnem orationem ad adoleſcentem, ſtudiorum rationem haud ita pridem ingreſſum, in eaque ſedulo ſeſe exercentem, & ſumma ſpectantem ac pollicentem, ſed nondum certe aſſequutum, nec plane maturum, adhiberi manifeſtum eſt? quid illa? *quam rem, quod tu vereris, non modo non impedient graecae litterae, ſed, ſi doctum & intelligentem magiſtrum adhibueris, multum adjuvabunt*: nonne ad hominem, de graecae quidem linguae ſtudio cogitantem, attamen ejus adhuc rudem atque imperitum, ſcripta eſſe intelliguntur? atqui anno illo 1566. non jam amplius adoleſcens Gratianus erat, ſed plane adultus, triginta omnino natus annos, nec in ſtudiorum curriculo verſabatur, ſed, eo jam confecto, Commendono in maximis reip. chriſtianae negotiis, & in graviſſimis ac fere perpetuis ad Ferdinandum ac Maximilianum, romanorum imperatores, & ad Sigiſmundum Auguſtum Jagellonium, Poloniae regem, legationibus occupato, aſſiduam operam atque utilem ſextum jam annum dabat. graecam vero linguam uſque adeo non tum primum addiſcere cogitabat, ut Pogiani ad ipſum litterae extens primo januarii die anni 1560. datae, ex quibus conjunxiſſe jam tum illum graeca ſtudia cum latinis appáret; *Ego vero*, inquit, *mi Gratiane, judicio de te meo valde delector, capioque majorem in dies ex tuis literis voluptatem, quod intelligo, te navaſſe operam, qui diligentiam tuam huic impertiveris latine ſcribendi rationi, neque tamen graeca intermittas: utrunque ſane ex ratione, ex veterum exemplis, ex ingenio tuo. itaque mirabiliter laetor, me quoque tibi, quanquam & tua ſponte, & melioribus auctoribus, quam ego ſim, utranque ingreſſus es literarum viam, tamen iſtorum conjunctionis ſtudiorum hortatorem fuiſſe.*

Non igitur potuit Pogiani epiſtola haec, de qua quaerimus, anno 1566. dari, immo ne poſt Kalendas quidem januarias anni 1560. ſiquidem eo die datas ejuſdem litteras illas habemus, quibus ait, Gratianum graeca ſtudia cum latinis jampridem conjunxiſſe, & *mirabiliter laetatur*, eorum ſtudiorum conjunctionis ſe illi hortatorem fuiſſe. hortatoris autem partes nonne ſuſcipere eum videmus in hac ipſa epiſtola? *quam*, inquit, *rem* (facultatem latine & eleganter ſcribendi), *quod tu vereris, non modo non impedient graecae literae, ſed, ſi doctum & intelligentem magiſtrum adhibueris, multum adjuvabunt. nam illinc rerum doctrinam habebis, illinc verborum ornamenta, illinc omnem lepórem & gravitatem orationis &c.* itaque ſcriptam eſſe hanc epiſtolam ante annum 1560. confitendum eſt.

At, non niſi anno 1561. veniſſe Romam Manutium, nec niſi anno 1566. Romae aegrotaſſe illum, ſupra oſtenſum eſt. quo igitur modo in epiſtola,
ante

Digitized by Google

eſt illud quidem cum re ipſa tum tua etiam cauſa maximum, veruntamen non neceſſarium, quia ad me, etſi, quia a te, mihi gratiſſimum. quare & tibi de eo gratias ago, & epiſtolam, ſi judicium meum exquiris, vehementer probo. eſt enim & latini

ante annum 1560. data, potuerunt illa ſcribi? *habte corſilium meum ... cujus partes tibi notiores fortaſſe praeſens facere poſſem: genus, quod magis praběm, equidem non habeo.* HABERES *interdum tu* MANUTIUM *monitorem lectionis & ſcriptionis tuae. quod etſi viri vix patitur dignitas, tamen ejus fert humanitas, poſtulat tui ingenii vis, & ſuavitas morum. utinam ſineret* HOMINIS INCOMMODA VALETUDO!

Rem equidem ſic expedio. ex Seripandi literarum, quas die 10. febr. anni 1560. datas ſupra retulimus, illo loco, *eſſendomi ritrovato in una congregatione di cardinali & altri prelati avanti noſtro Signore, ſi venne a ragionar di condurr' una ſtampa in Roma per conto del concilio. Io ... non laſciai di proponere & la ſtampa, & la perſona voſtra ... però alcuni riſpoſero, che di queſto* S'ERA PARLATO ALTRE VOLTE, *& che non era ſtato concluſo, perchè voi andavate troppo per l'alto, domandando prezzo fuor di miſura*, facile intelligimus, de arceſſendo Romam Manutio jam ante eum annum 1560. fuiſſe actum. ejus rei tractationem in vulgus emanaſſe, multiſque, & in his Pogiano, innotuiſſe, quid prohibet? is igitur, quum illam conditionem accepturum Manutium exiſtimaret, Romamque quamprimum venturum crederet, potuit, antequam is veniſſet, ad Gratianum, Patavii anno 1559. ſtudiorum cauſa commorantem, illa ſcribere: *habee conſilium meum ... cujus partes tibi notiores fortaſſe praeſens facere poſſem ... haberes interdum tu Manutium* &c. quae ſic licet interpetremur: *Si te Patavio Romam, Gratiane, conferres, & heic ſtudiorum tuorum domicilium conſtitueres, multo facilius atque commodius praeſens viva, ut ajunt, voce, quam abſens per litteras, te de ſtudiorum tuorum ratione poſſem docere. illud etiam tibi ſtudiiſque tuis percommode accideret, quod Manutium, qui Romam, publico nomine ad exercendam typographiam honeſtiſſima condicione invitatus, arceſſitur, poſſes interdum habere lectionis ſcriptioniſque tuae monitorem. optandum modo eſt, ut incommoda valetudine, qua conflictari eum audio, levetur, quo & venire quamprimum ei liceat, & te, tu quoque ſi veneris, erudire.* Nemo negabit, in hanc ſententiam accipi commode poſſe Pogiani illa verba, immo ita eſſe omnino accipienda, ſiquidem ſcriptam eſſe epiſtolam ante annum 1560. cum nondum Romam Manutius veniſſet, negare non poſſumus.

Jam, ut anno 1559. ſcriptam ſtatuamus, facit non illa modo patavina eo anno Gratiani, ſtudiorum cauſa, commoratio, ad quae ſtudia incitanda atque adjuvanda epiſtolae ratio omnis & cohortatio comparata eſt, ſed etiam Manutii morbus, qui in ea ſignificatur, quemque in eum ipſum annum ex Seripandi litterarum extrema hac particula incidiſſe intelligi licet: *Della ſanità voſtra io mi ſono molto rallegrata, & rimoſto obligatiſſimo & affettionatiſſimo all'eccellentiſſimo Foliopla, il quale mi è paruto veramente quel medico, che, medicando una ſola perſona, giova a molti. perciochè la ſanità voſtra è per portare ſodiſſfactione & utilità a tutte le perſone virtuoſe, & per dare ogni giorno maggior lume alle buone lettere. così Dio noſtro Signore vi accreſca ogni giorno ſanità, & ogni dì ſanta & honeſta felicità. Di Salerno a gli* XI. *di Giugno* 1559. Recte igitur videmur Pogiani hanc epiſtolam, quam primo, iis, quas attulimus, rationibus adducti,

ſermonis integritate perpolita, & ornata minime vulgari genere ſententiarum, ordine certe & compoſitione ſic apta, ut mihi videar in ea imaginem agnoſcere maturioris cujuſdam & tanquam exercitatioris facultatis. gratulor igitur tibi vel imitatione,

cti, in annum 1566. contuleramus, certioribus deinde argumentis uſi, contrariaque, ſive eeſellentes ſive explicantes, ad annum 1559. retraxiſſe.

De menſe conſtituendo, reperto jam anno, haud difficile negotium eſt. Saturni quoque die recurrente dari ſolitas publicis tabellariis illa aetate, quemadmodum etiam hac noſtra, Roma Patavium perferendas litteras, ſatis conſtat: undecimus autem Kalendarum dies, in noſtra epiſtola notatus, numquam toto anno 1559. in diem Saturni, praeterquam menſe Julio, incidit; cujus menſis dies viceſimus ſecundus fuit idem & ſaturnius & undecimus ante Kalendas Auguſti.

De Manutii Romam adventu, deque romana, ac diuturna illa quidem, hominis commoratione, & de libris ab eo ibidem editis, quam ob cauſam Venetiis a Pio IV. pontifice max. arceſſitus fuerat, vide, quae laudatus Petrus Lazerus in eumdem illum *Miſcellaneorum* tomum, quem ſupra indicavi, diligentiſſime eruditiſſimeque congeſſit pag. 234. & ſeqq. quibus omnibus confirmandis illuſtrandiſque utiles fore mihi viſae ſunt binae card. Seripandi ad Sirletum litterae, quas, ex codice vatic. 6189. pag. 77. & 78. depromtas, ſubjicio:

I.

Al molto reverendo ſignor monſignor il protbonotario Sirleto, come fratello, a Roma.

IC XC

Molto reverendo monſignore. Io non voglio eſſer muto verſo V. S. come è lei verſa me. Hò nuovamente inteſo, che in Roma ſi è fatta deliberatione, che ſi cominci col nome de Dio la ſtampa della biblia, la qual ſia per trovarſi ben corretta, & in ordine da poterſi ſtampare per natale proſſimo. di quà vedo, che tutto l'honore di queſta ſanta, neceſſaria, & fatigoſa impreſa, ſarà voſtro; del quale havend'io zelo, non ho voluta celarvi un mio penſiero; tanto più, che tutti queſti dotti & reverendi prelati, i quali ſi travano convenuti quì, ſperano & tengono di certo: che la purità de i libri, che uſciranno da quì avante da queſta nuova ſtampa di Roma, habbi à confundere gl' heretici più che non han fatto tanti volumi, quanti ſin'hoggi ſono ſtati ſcritti & mandati in luce contra di loro. a me parrebbe, che coteſta biblia, avante che ſi metteſſe mano à ſtamparſi, ſi confrontaſſe con una, qual' io viddi nella libraria di Urbino, ſcritta à mano, de tutte le lingue, la qual certo mi piacque in modo, ch' io non mi ricordo haver mai viſto in vita mia libro di tanta riverenza & tanta maeſtà. ſono ſicuro, che vedendola ne ſentirete conſolatione, & non vi parrà ſtranio queſto mio penſiero, il qual ho ſcritto à fine che, havendoſi a cominciare queſta buon'opra ragionevolmente dalla parola di Dio, rieſchi la biblia di tanta perfettione, quanta non ſi poſſo deſiderar maggiore. Credo, che vi ricordiate quel che altre volte v'ho detto d' un libro, ch'io havevo del cardinal Egidio, ſcritto a mano, che mi fù tolto da non sò chi, & poi fu comprato in campo di Fiora per la ſanta mem. di papa Marcello, il qual per ſua benignità m' haveva promeſſo di farmene gratia, & voi ancor dopo mi prometteſte di farmelo ricuperare. hora che n' haurei molto biſogno, vengo a pregarvi ſtrettamente, che vi piaccia far'opra, per via. o del fratello, o del nipote di quell'anima benedetta, ch'io lo rihabbi, non mancando d'uſarci ogni induſtria & diligenza, come ſono certo che farete. &, quando vi

Digitized by Google

ne, vel dono praeſtantis ingenii, vel utroque: quo duce, comite diligentia, tantum paucis menſibus conſequére, ut te ex aequalibus tuis commoditate & prudentia orationis paucos pares habiturum putem. quod eo majorem in te admirationem efficiet, quo minus haec judicii laus in iſtam aetatem (b) cadere ſolet. b quam rem, quod tu vereris, non modo non impedient graecae literae, ſed, ſi doctum & intelligentem magiſtrum adhibueris, multum adjuvabunt. nam illinc rerum doctrinam habebis, illinc verborum ornamenta, illinc omnem & lepórem & gra-

vi ſia dato, ſtate contento conſignarlo al padre maeſtro Agoſtino Fivizona in ſanto Agoſtino. Del reverendo decano di Vienna, hora veſcovo di Aliſe, deſidero haver nuova, & ſaper la cagione perchè non è comparſo qui, ove è ſommamente deſiderato. Del reſto, purchè V.S. reverenda ſtia ſana, non mi curarò, che perſeveri nella ſolito mutità: ma ben la priego, che nelle ſue orationi ſi ricordi di me.

Trento li 6. di Novembre LXI.

De V.S. reverenda

Fratello card. Seripando.

I I.

Al molto reverendo monſignor come fratello, monſignor il protbonotario Sirleto. a Roma.

IC XC

Molta reverendo monſignor. Molte volte ho conoſciuto & me ſono perſuaſo fermamente d'eſſer amato da voi. ma nel leggere la lettera, che ultimamente m'havete ſcritta nella materia delle ſtampe, par che me ne ſia aſſicurato, vedendo che non havete perdonato nè alle voſtre indiſpoſitioni, nè all'affetto, qual'havete alli ſtudj, per conſolarme con una lunga & dolciſſima lettera. Dio ve ne remuneri, perchè in queſto luogo, ove mi truovo, ogni intertenimento, che mi ſvia da i penſieri melanconici, per le coſe che vediamo in queſti tempi, è per giovarmi mirabilmente.

Quanto alle ſtampe i voſtri penſieri ſono di tutta perfettione, & tengo fermo, che dalle mani voſtre non poſſa uſcir coſa, che non ſia per eſſer approbata da tutt'i buoni giuditij. & certo, poichè s'è poſta mano a queſta honorata & utile impreſa, biſogna che v'affatichiate tutti a far che rieſchi con laude & ſalute d'ogn'uno. Mi farete ſegnalata piacere, uſando diligentia, acciò che io poſſa ſapere, ſe quel libro d'Egidio è ricuperabile; & con queſta accaſione farete contento ſalutare in mio nome il ſignor Herennio, & ancora, accadendovi, il ſignor ſuo padre. in me non morirà mai la memoria del debito, qual'ho con tutti loro, per la cauſa, che voi ſapete: per la quale ho viſto con gran piacere fin qui monſignor il patriarcha hieroſolimitano, & con molto maggior piacere li vedrò per l'avvenire, giovandoli quanto le forze mie ſi ſtenderanno, per havermene voi dato nella voſtra lettera ricordo. State ſano, & pregate la bontà di Dio, che non ci tratte ſecondo che noi meritiamo; ſalutando in mio nome monſignore Phaerno. Di Trento. li 24. di novembre del LXI.

Di V.S. molto reverenda

Fratello card. Seripando.

De Aegidiano volumine, de quo agit in his litteris Seripandus, agitur etiam ab eodem in quattuor illis epiſtolis, quas in adnotationibus ad Pogiani orationem in funere Marcelli II. protulimus pag. 220. & ſeqq.

(b) Agebat tum Gratianus aetatis annum tertium ſive quartum ſupra viceſimum.

& gravitatem orationis : quicquid eminet in Cicerone , id totum a graecis eſſe, intelliges; e quorum fontibus cum ille profluxerit, inde geminam hanc laudem, Cicerone auctore & adjutore, facile hauries. habes conſilium meum , ideſt inſtitutum tuum, cujus partes tibi notiores fortaſſe praeſens facere poſſem ; genus, quod magis probem, equidem non habeo. haberes interdum tu Manutium monitorem lectionis & ſcriptionis tuae. quod etſi viri vix patitur dignitas, tamen ejus fert humanitas, poſtulat tui ingenii vis, & ſuavitas morum. utinam ſineret hominis incommoda valetudo! ſed ſi ille te erudiendum ſuſciperet, nae tu cujuſquam praeterea conſilium aut operam non deſiderares. Vale. Roma. XI. Kal.

JULII

Digitized by Google

JULII POGIANI
EPISTOLAE

CARDINALIUM CONCILII TRIDENTINI INTERPRETUM NOMINE

SCRIPTAE AB OCTOBRI ANNI M.D.LXIV. AD SEPTEMBREM ANNI M.D.LXVIII. (*a*)

I.

Epiſcopo Salamantino. 8. oct. 1564.

PERILLUSTRIS ac reverendiſs. domine. Renunciatum eſt ſanctiſſimo domino noſtro, amplitudinem tuam reverendiſſimam pro ſuo epiſcopali officio viſitare voluiſſe prioratum quendam equitis hieroſolymitani; cum illi equites propterea viſitandi non ſint ab ordinariis, quod & praeceptores ſunt, non autem commendatarii, & habent capita ac principes ſui ordinis, qui illo fungi debeant

(*a*) De cardinalium concilii tridentini congregatione, quam dicunt, a Pio IV. pont. max. inſtituta, deque Pogiano ejuſdem congregationis litteris ſcribendis adhibito, vide Gratiani nuncupatoriam epiſtolam, ſecundo hujua operis volumini praefixam, pag. LIII. & volumen IV. pagg. 17. 55. 60.

Eas ego litteras ex eo codice ſumma fide deſcripſi, quem in ejuſdem congregationis tabulario adſervari, cujuſque deſcribendi copiam ab ampliſſimo tum praeſule, nunc S. R. E. cardinale Joſepho Alexandro Furiettio mihi humaniſſime factam, alibi dixi.

Quo tamen in codice nullae uſquam litterae, Pogianl ipſiua manu ſcriptae, compárent. univerſaa imperitus neſcio quis, certe non ſatia accuratua ac diligena, librarius ſcripſit; cujua inſigniores mendas ita in edendo ſuſtuli, ut, quid ante in manuſcripto fuerit, non occultarim.

In quo eodem codice quum uniua ejuſdemque epiſtolae ſaepe duo, aliquando tria, nonnumquam etiam quattuor exempla, non uſquequaque ſibi invicem reſpondentia, repererim, quidquid in iis variae lectionis fuit, de eo quoque monitos lectorea volui. quod idem

Digitized by Google

beant munere viſitandi: quemadmodum ſancitum eſt tridentini concilii cap. xx. ſeſſ. xxv. Quare mihi mandavit ejus ſanctitas, ut de re amplitudinem tuam reverendiſſimam admonerem, quae, pro ſua prudentia ac pietate, cognito equitum jure, deſi-
b ſtere volet a ſententia viſitandi eum prioratum, niſi is forte (*b*) conjunctam habeat curam exercendi, praebendique ſacramenta. Quod ſi, ſalvis concilii decretis, aliquid eſt, quod praeterea exiſtimet amplitudo tua reverendiſſima in iſto viſitandi officio ad ſuum epiſcopale jus pertinere, ejus ſanctitatem tota de cauſa & ratione faciet certiorem: cui ego ſtudium & operam meam deferens incolumitatem & ſalutem precor. VII. octobr. M.D.LXIV.

idem feci in aliorum quorumdam earumdem epiſtolarum exemplorum varietatibus, quae exempla partim in Gratiani mss. collectaneis, partim in tribus codicibus, primo vaticani ſecretioris tabularii, altero bibliothecae vaticanae, tertio barberinianae, reperta a me atque conſulta ſunt. quas varietates ſine ulla certa cujuſque codicis deſignatione ſatis habui ſic indicare *al.* hoc eſt, *alibi*, ſive *alio* in codice.

Non omnes autem hujus ipſius codicis epiſtolae omnium cardinalium, concilii tridentini tum interpretum, nomine datae ſunt: nonnullae enim occurrunt privato alicujus ex iis nomine ſcriptae, cardinalium nimirum (niſi forte conjectura me mea fallit) Caroli Borromaei ſub Pio IV. & Michaëlis Bonelli ſub Pio V. quorum utrique Pogianus privatam quoque operam in ſcribendis litteris locarat.

Ipſae vero illae litterae, univerſi cardinalium interpretum coetus ſententiam continentes, non omnium tamen verbis loquuntur, ſed unius, ejus nimirum, qui reliquis in eo coetu praeſidebat: quem quidem ego Joannem Moronum, epiſcopum tuſculanum, fuiſſe puto, eum, qui concilio ipſi tridentino proxime praefuerat, quique in *Motu proprio* Pii IV. *per quem deputantur octo reverendiſſimi cardinales, qui faciant obſervari reformationes, ab ipſo editas, nec non decreta ſacri oecumenici & generalis concilii tridentini*, primo loco nominatur.

Hiſce ego litteris, tantorum tanti concilii interpretum nomine datis, ac publice ſcriptis, nullas mihi, privato ſcilicet, minimaeque facultatis, nulliusque vero auctoritatis homini, neque interpretationes neque adnotationes, religionis reverentiaeque erga eas cauſa, eſſe adſcribendas duxi.

(*b*) *fortaſſe* exempl.

I I.

6. oct. 1564.

Epiſcopo Boſſanenſi, & Epiſcopo Uſellenſi.

Reverendiſſime domine. Cum apud ſanctiſſimum dominum noſtrum multi de amplitudine tua quererentur, quod tertiam partem fructuum praebendarum ac dignitatum in iis etiam eccleſiis, quarum eſſent tolerabiles quotidianae diſtributiones, ipſis attribueret diſtributionibus, juſſit ejus ſanctitas, moneri eam, ut videret, ne diſcederet a praeſcripto ac formula concilii tridentini, quae conſignata eſt cap. III. ſeſſ. XXI. Ea enim eſt

eſt ſumma illius capitis, *ut ejuſmodi fructus tantum aſſignentur diſtributionibus in iis locis, ubi illae aut nullae ſunt, aut ita tenues, ut facultatem praebeant negligendi*. itaque, ſi verae ſunt, quae a multis ad ſanctiſſimum dominum noſtrum delatae ſunt querimoniae, volet amplitudo tua ab inſtituto diſcedere. ſin vero res aliter ſe habet, debebit de re ipſa & cauſa ad ejus ſanctitatem diligenter perſcribere. quo facto & ei gratum faciet, & ipſa ſuo fungetur officio: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. VII. octobr. M. D. LXIV.

III.

Archiepiſcopo Salernitano. 14. oct. 1564.

REverendiſſime domine. Prompta & ardens pietas reverendiſſimae amplitudinis tuae, & antea cognita, & poſtea teruis ad me ejus literis mihi maxime perſpecta, reſponſi celeritatem poſtulabat. verum res ipſae, de quibus ad me retulit, huic literarum officio moram attulerunt. cum enim, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, agendum eſſet de capitibus harum quaeſtionum in congregatione cardinalium, qui executioni concilii praepoſiti ſunt, neceſſariam habuit rerum explicatio tarditatem. quare, ut primum facultas data eſt, ex ejus ſanctitatis auctoritate ad reverendiſſimae amplitudinis tuae poſtulata reſpondeo. Primum igitur ſacras virgines, piratarum excurſionibus, & maleficorum hominum injuriis propoſitas, ut ſcribit, in tuto illo ejuſdem ordinis urbano monaſterio collocare poteſt; praeſertim cum id conveniat cum ſacroſanctis tridentini concilii decretis. virgines autem ipſas diſtribuere pluribus urbanis monaſteriis, dum proprius earum domicilii locus aedificetur, quia id decretum non eſt a concilio, propterea minime committendum videtur. Quod ad puellas attinet, quae in monaſteriis educantur, neque dum ſacro veſtitu indutae ſunt, quo minus ibidem retineri poſſint, cenſent patres, id concilii interdicto comprehenſum non eſſe. quod ſi aut inſtituta ſacrorum, quibus initiandae ſunt, aut moris aliqua formula forte non permitteret id, quod concilium fieri minime vetat, amplitudo tua reverendiſſima pro ſua prudentia ſequi poterit, quod vel illius religionis vel inſtitutorum ratio praeſcripſerit. Quod ſcribit de ſacro loco, qui ad aedificium, ſeminario aſſignandum, videtur aptiſſimus, probatur iſtud conſilium ſanctiſſimo domino noſtro, modo de ſententia civitatis, & eorum, quorum privatim intereſt, res agatur. Beneficium, quod in ejus dioeceſi vacavit

 proxi-

Digitized by Google

proximo menſe februario, niſi ad hanc diem in quempiam collatum ſit, placet ejus ſanctitati, ut ſeminario attribuatur. Quod quaerebat, num pie legi poſſet ille ſcriptus liber archiepiſcopi bracarenſis, ſciat, iuſtitutum eſſe conſilium theologorum, qui eos inſpiciant libros, qui nominatim in indice non ſunt comprehenſi. quare curabo, ut in primis hunc librum legant, quo ejus optimae voluntati primo quoque tempore ſatiſfiat. Reliquum eſt, ut ſciat amplitudo tua reverendiſſima, pium iſtud ſtudium, curam ac diligentiam ſingularem, cum in quaerenda ac tuenda ſalute eorum, quos ſuae fidei prudentiaeque commiſſos habet & commendatos, tum in iis ſervandis & colendis, quae a ſacroſancto concilio ſancita ſunt, in ore & in amore eſſe ſanctiſſimi domini noſtri. Ego vero ejus vere epiſcopalem animum ſanctumque officium proſequens iis, quibus debeo, laudibus, eidemque ſtudium & operam meam ex animo deferens, Deum precor, ut ipſam ſalvam & incolumem ſervet. XIV. octobr. M.D.LXIV.

IV.

25. oct. 1564.

Archiepiſcopo Brunduſino.

Reverendiſſime domine. Abbatiſſa monaſterii ſanctae Mariae ad Brunduſium, quod amplitudo tua reverendiſſima, freta octavo capite XXV. Seſſ. ſacri concilii tridentini, praeſefert habere ſe jus adminiſtrationis bonorum ac fortunarum ejus monaſterii, a ſanctiſſimo domino noſtro auxilium imploravit. quamobrem ejus ſanctitas mihi mandavit, ut ad te ſcriberem, hanc eſſe illius capitis ſententiam: Quae monaſteria ſunt immunia apoſtolico indultu aut privilegio, quod attinet ad ſpiritualium rerum rationem, eſſe in poteſtate ordinarii; reliquam autem bonorum curam ad ejus gubernationem non pertinere. quod ſi quid incommodi in ſacras res invectum ſit, aut aliquid hujus generis mala conſuetudine depravatum, praecipuas eſſe partes ordinarii veteribus illorum locorum inſtitutis conſulere, & religionis incolumitati providere. Quare, quemadmodum amplitudo tua, pro ſua pietate atque prudentia, nullam proprii officii partem a ſe deſiderari patietur, ſic, omiſſa iſta alieni muneris cura, ſacris illis virginibus iſtud negotium ac moleſtiam deſinet exhibere: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. VIII. Kal. novembr. M.D.LXIV.

V.

V.

Cardinali Lotharingiae. (*a*)

ILluſtriſſime & reverendiſſime domine mi colendiſſime. Canonici verdunenſes, expoſitis per ſupplicem libellum difficultatibus ac periculis, in quibus aſſidue verſantur ob imminentem in bona fortunaſque ſuas effraenatam haereticorum cupiditatem, ſi decreto concilii tridentini de parochialibus ſibi parendum ſit, praeſertim imminutis, propter bella ſuperiorum temporum, praebandarum fructibus, ſe neceſſariis ſumptibus ſufficere non poſſe, affirmant. quare a ſanctiſſimo domino noſtro auxilium tali ſuo tempore petierunt. petitio autem haec eſt, ne canonici verdunenſes, qui parochialem in iſta dioeceſi, vel ejus finibus, habeant, in canonicatu reſidentes, ac praepoſito ſuae parochiali idoneo & illi populo accepto ſacerdote, modo ipſi tertio quoque menſe viſitent, quam obtinent, parochiam, in parochia cogantur reſidere; neve ea propterea privari poſſint, aut ejus fructibus. itaque, iis cognitis, ejus ſanctitas juſſit, me ad amplitudinem veſtram illuſtriſſimam literas dare, quibus, pro ampliſſimo iſto, cui praeeſt, officii munere, tota de re ſententiam & voluntatem ejus exquirerem. de quo etiam ſcripſi (*b*) ad epiſcopum verdunenſem, ſimulque ab eo petii, me ut doceret de his omnibus, an illa ſic ſe habeant, ut canonici expoſuerunt; & an ita longe abſint a cathedralibus parochiales, ut utriuſque officii munere fungi non poſſint; & an ita multi ſint, qui parochialibus praeſunt, ut, ſi in illis potius reſideant, quod ratio videtur poſtulare, in cathedrali divinus cultus magnum detrimentum accipiat; & quanti omnino ſint annui praebendarum & parochialium fructus. Quamobrem rogo amplitudinem veſtram illuſtriſſimam, me ut tota de hac ratione velit admonere: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. v. Kal. novembr. M. D. LXIV.

a 28. oct. 1564.

b

(*a*) *Lotharingiae* exempl.

(*b*) Extant, quae heic ſignificantur, ad verdunenſium epiſcopum literae in cod. Congreg. Concil. pag. 5. b. iiſdem, quibus hae ad card. Lotharingum, plane verbis perſcriptae.

V I.

Miniſtro Provinciae Boſniae.

1. novi 1564.

REverende in Chriſto pater. Laudo diligentiam ac pietatem tuam, quod vigiles in obeundo tui officii munere, nec patiaris, deſertores veſtri ordinis occultos & ignotos ad nos

pervenire. verum ſic habeto, nemini cujuſquam ordinis Romae mandari epiſcopatum aut ejus generis honorem aliquem, niſi venerit ornatus aliqua certa teſtimonii fide & auctoritate eorum, a quibus commendari debet. quare, ſi venerint frater Antonius Paulus de Soteſca, & ejus ſocius, quando eos ex vobis nefarie exiiſſe ſcribis, intelligent, ſe ad id praemium properaſſe, quod eorum merita poſtulabunt. Kalendis novembr. M. D. LXIV.

VII.

24. nov. 1564.

Archiepiſcopo Calaritano.

Reverendiſſime domine, uti frater. Queſtus eſt per ſupplicem libellum Petrus Carta, canonicus galtellinenſis de amplitudine tua reverendiſſima, quod eum cogere velles, ut unico illo, cui praeeſt, canonicatu cederet, quoniam ejus pater presbyter, quem jam triennium e vita migraſſe affirmat, in eadem eccleſia canonicatum obtinuerit. quare, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, reverendiſſimam amplitudinem tuam moneo & hortor, ut, quando Petrus iſte, patre etiam ante concilium mortuo, non tenetur eo tridentini concilii decreto, quo pater & filius in eadem eccleſia beneficium obtinere prohibentur, pro tua prudentia ac pietate deſinas illi hanc moleſtiam exhibere: quam Deus incolumem & felicem ſervet. VIII. Kal. decembr. M. D. LXIV.

VIII.

a
8. dec. 1564.

Epiſcopo Algarenſi. (a)

b Reverendiſſime domine. Supplicavit ſanctiſſimo domino noſtro auxilii cauſa Franciſcus (b) Gavinus, decanus algarenſis & canonicus biſerchienſis, quod urgeatur ab amplitudine tua, ut altero (c) cedat canonicatu ex decreto ſacri tridentini concilii, quoniam, cum ſint ſingulis canonicatibus ſingulae adjunctae parochiae, in eadem cauſa ſit, in qua ſunt ipſae parochiae, quae tantummodo ſingulae a ſingulis teneri poſſunt. verum, quia declaratum eſt a ſanctiſſimo domino noſtro, tantum id valere & ſervandum eſſe in iis dignitatibus, quibus a principio conjuncta fuit cura animarum, decanus autem iſte affirmet, ab initio curam annexam non fuiſſe, ſed deinceps, &, ut

(a) al. *Uſellenſi*.

(b) al. *Michaël Deſſi, decanus & canonicus uſellenſis & terralbenſis, quod &c.* al. *Jacobus Spiga, decanus & canonicus terralbenſis, quod &c.*

(c) al. *terralbenſi*. al. omitt.

ut ajunt, ex poſt facto adjunctam eſſe, ſi res ita eſt, debebit amplitudo tua, pro ſua prudentia de ſententia decedens, decano moleſtiam non exhibere. Vale (d) in domino. IV. non. decembr. M. D. LXIV. d

(d) al. *cui me ex animo commendo*. XVI. dec. M. D. LXIV.

IX.

Nuncio Venetiarum. 2. dec. 1564.

Reverendiſſime domine. Cum hic actum eſſet de controverſia, quae eſt veneto patriarchae cum fratribus Salvatoris iſtius urbis, utrum videlicet ab ipſo patriarcha viſitandi ſint, nec ne, juſſit ſanctiſſimus dominus noſter, amplitudinem tuam tum patriarchae tum conventus cauſam diligenter cognoſcere, in primiſque an conventus iſte ſit caput ordinis; interea vero curare, ut nihil in hac cauſa novetur. quare amplitudo tua, re cognita atque perſpecta, me de omnibus accurate certiorem faciet. Deum precor, ut te in priſtinam valetudinem reſtituat, ſalvumque conſervet. IV. non. decembr. M. D. LXIV.

X.

Epiſcopo Vercellenſi, Nuncio Venetiarum. 2. dec. 1564.

Reverendiſſime domine. Qua in cauſa diſſenſio ſit veneti patriarchae, & epiſcopi Clugienſis, cognoſcet amplitudo tua ex ipſius epiſcopi literis, quarum exemplum ad te mittimus. itaque, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, dabis operam, ut intelligas, quod ejus rei jus habeat patriarcha, ſtudebiſque, quantum poteris, eos in concordiam reducere. re autem confecta, vel, ſi id minus poterit, diligentiſſime cognita, ad me omnia perſcribes: quam Deus valentem reddat, & incolumem tueatur. IV. non. decembr. M. D. LXIV.

XI.

Epiſcopo Dertuſenſi. 9. dec. 1564.

Reverendiſſime domine. Quod tuis ad ſanctiſſimum dominum noſtrum literis ejus vicariam Jeſu Chriſti & ſummam in terris poteſtatem agnoſcis ac venereris, laudat ſua ſanctitas, & patria charitate complectitur piam iſtam epiſcopalis officii religionem; qui, tali teſtimonio cum ſacroſancto illi capiti pri-

primarium tribuis honorem, praeſtantis iſtius membri comprobas dignitatem. Quod autem conqueſtus es, parochias eſſe capitulis unitas, te ſcire vult ejus ſanctitas, poſt ſacri concilii confirmationem, ipſius auctoritate nihil ejuſmodi permiſſum fuiſſe. Quod petis, ut omnino reſcidantur, quae adhuc factae ſunt ejus generis uniones, putat ſua ſanctitas, te, conſiderata re diligentius, pro tua prudentia tibi perſuaſurum, non eſſe aequum lege tolli eas, quae ante latam legem conſtitutae ſunt, niſi forte intra quadrageſimum annum factae uniones id habeant vitii, quod a ſancta ſynodo ſeſſ. VII. cap. VI. notatum eſt. nam in illis ex decreto concilii agere poterit amplitudo tua. De cautione in poſterum adhibenda, confidit ſanctiſſimus dominus noſter, ſibi in optima voluntate non defuturum ſalutare conſilium ab ejus benignitate, cujus providentia in univerſae eccleſiae apoſtolica ſede collocatus eſt. Communibus autem diſtributionibus cum optime cautum ſit a tridentino concilio, nihil praeterea requirendum videtur, niſi ut decreta ſerventur. Reliqua eſt calumnia eorum, quos ſcribit amplitudo tua, pecunia ſua confiſos, mihi etiam labem aſpergere conari. qui, ſi actiones meas inſpexerint, nihil a me commiſſum intelligent, quamobrem pecuniae ſpe ſibi quicquam de mea voluntate polliceri poſſint. quare, etſi conſcientia fretus aequo animo fero, propter juſtitiam in me falſo iſta conferri, tamen doleo eorum cauſa, qui in illud peccant Dei interdictum: *Non eris criminator, neque ſuſurro in populis.* maxime igitur pertinet ad officium etiam & ad exiſtimationem amplitudinis tuae, eos, ut facis, non ſolum exemplo, ſed verbo a perdita pecuniae fiducia & obtrectandi conſuetudine deterrere. Vale in domino. VIIII. decembr. M. D. LXIV.

X I I.

16. dec. 1564.

Archiepiſcopo Salernitano.

Reverendiſſime domine. De beneficio S. Mariae Petraſani proximis meis literis (*a*) ſcripſi ad reverendiſſimam amplitudinem tuam ſententiam ſanctiſſimi domini noſtri in haec verba: *Beneficium, quod in ejus dioeceſi vacavit proximo menſe februario, niſi ad hanc diem in quempiam collatum ſit, placet ejus ſanctitati, ut ſeminario attribuatur.* nunc, cum illud beneficium ante id tempus alteri datum eſſe conſtet, videtur aequum eſſe, eum jure ſuo frui, in quem antea collatum fuit. itaque amplitudo

(*a*) Datis die 14. oct. quas habes ſupra pag. 337.

tudo tua reverendiſſima, pro ſua prudentia ac pietate, re diligenter conſiderata, illud efficiet, quod jus ac juſtitia poſtulat: cui Deus grata omnia & ſalutaria concedat. XVI. decembr. M. D. LXIV.

X I I I.

Eidem.

17. jan. 1565.

REverendiſſime domine. Juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, expoſita eſt poſtulatio literarum amplitudinis tuae reverendiſſimae de praebendae vacatione in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, quos ad explicandas, quae oriri poſſint in decretis ſacri tridentini concilii, dubitationes in conſilium adhibuit ſua ſanctitas, & ſimul cognita ſunt remedia, quae afferuntur a capitulo ſalernitano. quare, viſis utriſque rationibus, & diligenter conſideratis, ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri juſſu, mitto amplitudini tuae reverendiſſimae in his literis incluſas quatuor has conditiones, quas afferunt canonici, ut, aliqua ex eis accepta, res, ut debet, pie placideque tranſigatur. ſed, quoniam amplitudini tuae reverendiſſimae, pro ſua pietate ac prudentia, in hac optione, quae ei ad eligendum datur, pergratum erit intelligere quid ipſi ſanctiſſimo domino noſtro potiſſimum eligendum eſſe videatur, ſciat, ejus ſanctitatem, de illuſtriſſimorum patrum ſententia, duas poſteriores conditiones, ut aequiores & commodiores, probare. itaque amplitudo tua reverendiſſima, re cognita, cum utram voluerit, vel ultimam vel penultimam, conditionem, vel ſi quid praeterea, quod ei commodius eligendum videatur, elegerit, faciet me de ſua ſententia certiorem, ut eam ad ſanctiſſimum dominum noſtrum referre poſſim: cui Deum benignum & propitium precor. XVI. Kal. febr. (a) M. D. LXV.

(a) *martii* exempl. Emendationem petivi ex epiſt. *Quas literas* d. 15. mart. data, haud ita multo poſt recenſenda: in qua hae ipſae litterae datae dicuntur XVI. *Kal.* non *mart.* ſed *febr.*

X I V.

Cardinali Lotharingiae. (a)

a 29. jan. 1565.

ILluſtriſſime & reverendiſſ. domine mi colendiſſ. Quem tullenſe ac metenſe capitulum ſanctiſſimo domino noſtro deferendum curaverunt ſupplicem libellum, ejus exemplum ad amplitu-

(a) *Lotharingiae* exempl.

Digitized by Google

plitudinem tuam illuſtriſſimam mitti juſſit ſua ſanctitas, ſimul & eádem de re exempla literarum utriuſque civitatis epiſcoporum; ut, quemadmodum antea fecit in petitione (*b*) verdunenſium, quorum fere fuit eadem ratio poſtulationis, ſic nunc de horum poſtulatis & poſtulatorum cauſis ab ea, quae univerſam rem & cauſam optime novit, ſententiam & rationem exquireret. quae igitur de metenſibus & tullenſibus ſcire cupit ejus ſanctitas, ſunt eadem illa, quae de verdunenſium canonicorum poſtulatione ſcripta ſunt ad amplitudinem tuam illuſtriſſimam v. Kal. novembris: an videlicet verae ſint illae cauſae, quas afferunt; an ita longe abſint a cathedralibus parochiales, ut utriuſque officii munere fungi non poſſint; an ita multi ſint qui parochialibus praeſunt, ut, ſi in illis potius reſideant, quod ratio videtur poſtulare, in cathedrali divinus cultus magnum detrimentum accipiat; & quanti omnino ſint annui praebendarum & parochiarum fructus. quare gratiſſimum fecerit ſanctiſſimo domino noſtro, ſi tota de re quamcelerrime ad me perſcripſerit. nam & ejus literas, & epiſcopi verdunenſium, a quo idem quaeſitum eſt de ejus canonicis, vehementer expectamus. Deus amplitudini tuae illuſtriſſimae grata ſemper & ſalutaria largiatur. IV. Kal. febr. M. D. LXV.

(*b*) Vide epiſt. *Canonici verdunenſes* d. 28. oct. 1564. pag. 339.

X V.

29 Jan. 1565.

Archiepiſcopo Caeſarauguſtano.

Perilluſtris ac reverendiſſime domine. Ex literis amplitudinis tuae reverendiſſimae, x. novembris datis, ſanctiſſimus dominus noſter, pietatem & obſervantiam tuam erga ſanctam ſedem libentiſſime recognoſcens, praeclarum iſtud animi ſtudium ac diligentiam in exequendo ſacro concilio tridentino paterna charitate & commendatione proſequitur. eſt vero ſuae ſanctitatis in eo defixa mens, ut ipſius concilii ſalutaria decreta omnino ſerventur, & in mores inducantur. De mora autem iſta peragendi provinciale concilium benigne excepit excuſationem amplitudinis tuae, & eam vehementer hortatur, ut, ſublatis jam, ſi non omnibus, certe ex magna parte cauſis iſtius tarditatis, curet primo quoque tempore celebrandum provinciale concilium. Quod vero cognitum eſt ex aliis literis amplitudinis tuae de varietate librorum concilii, qui iſtuc afferuntur, mittit tibi ſua ſanctitas concilii tridentini romanum exemplar,

plar, emendate & fideliter impreſſum; cui ſolemne plumbum adhiberi juſſit, ut intelligas, probatum & authenticum eſſe: ac quemadmodum in hoc libro impreſſa ſunt omnia, ſic ea ſervari jubet ſua ſanctitas. caeterorum autem concilii tridentini librorum, qui aliis quibuſcunque formis excuſi ſint, ſi in verbis ſententiaque differant a romano exemplari, totidem exempla ad ſe mitti cupit ſua ſanctitas, quot illa ſunt genera, quae varie leguntur; ut, cognito erroris ac depravationis fonte, ex ſalutari ſemente, Deo adjuvante, peſtilentes zizaniae radices evellantur. Deus amplitudinem tuam reverendiſſimam perpetuo ſuae gratiae munere complectatur. IV. Kal. febr. M. D. LXV.

X V I.

Vicario Pharenſi. 29. jan. 1565.

Reverende pater. Praesbyter Paulus de Pace per ſupplicem libellum a ſanctiſſimo domino noſtro auxilium imploravit, quod a pharenſi capitulo exturbetur ex pharenſi eccleſia, in qua ipſe octo jam annos in ſupernumerarium canonicum, conſentientibus etiam capitulo & ordinario, admiſſus ſit, & ex eo tempore inſervierit, & pater ejus, qui in eadem eccleſia canonicatui praefuerit, decem & octo ab hinc annis ſit mortuus. quare, cum ſua ſanctitas declaret, ipſum presbyterum Paulum minime comprehenſum eſſe ſacro concilii canone, quo filii illegitimi a beneficiis arcentur, quae in eccleſia ſunt, in qua fuit eorum pater, quod ille canon ad eos pertineat, qui, mortuo patre, beneficium in eadem eccleſia volunt impetrare, hic vero jam diu impetraverit, neque id agat, ut novum beneficium obtineat, ſed ut, quod obtinuerit, ejus fructibus & praebenda, quae omnino ſaecularis eſt, uti poſſit: debebit aequitas & prudentia tua curare, ut hic presbyter Paulus, ſi inde ejectus eſt, reſtituatur, &, in poſterum liber a moleſtia capituli, jure acquiſito ſui canonicatus quiete ac tranquille fruatur. Vale in domino. IV. Kal. febr. M. D. LXV.

X V I I.

Epiſcopo Ampurienſi. 29. jan. 1565.

Reverendiſſime domine. Renunciatum eſt ſanctiſſimo domino noſtro, velle amplitudinem tuam, mutata epiſcopali ſede, transferre eam in exiguum quoddam caſtellum, quod *Aragonès* appellatur. quare, omiſſis nunc, quae afferuntur de

incommodo, & parum digno epiſcopali eccleſia, iſtius caſtelli domicilio, tantum ab amplitudine tua peti juſſit ſua ſanctitas, qua ratione & auctoritate freta ab antiquo eccleſiae loco in iſtud caſtrum cathedralem ſedem traducendam exiſtimarit. quamobrem erit officii ac prudentiae tuae, quomodo ſe res habeat, vere perſcribere, & interea, quod ad hanc translationem faciendam attinet, nihil novi, ut par eſt, inconſulta ſede apoſtolica attentare: cui ſalutem & incolumitatem precor. IV. Kal. febr. M. D. LXV.

XVIII

29. jan. 1565.

Epiſcopo de Cava.

Reverendiſſime domine. Sanctiſſimus dominus noſter, cognitis ſupplicibus poſtulatis hominum caſalis de Molina, pium & honeſtum eorum deſiderium dignum judicat, quod ſtudio & gratia debeat adjuvari. itaque juſſit, hortari amplitudinem tuam per litteras, ne in illo ſacello S. Mariae de Ponte miſſam celebrari prohibeas, ſalvo tamen jure parochiae, quod ſe iſti homines ſemper tueri, & debita ei commoda nulla ex parte imminuere velle, confirmant. IV. Kal. febr. M. D. LXV.

XIX.

30. jan. 1565.

Epiſcopo Aurienſi.

Reverendiſſime domine. Significatum eſt ſanctiſſimo domino noſtro & publicis iſtius civitatis notarii literis & teſtimoniis, Bartholomaeum Gonzalez, presbyterum dioeceſis aurienſis, cum in ejus favórem Petrus Albarez de Belmonte in manibus ſuae ſanctitatis renunciare vellet parochialem eccleſiam ſanctae Mariae de Toēn, petiiſſe ab amplitudine tua, ut ſe examinari, & examinatorum de ſe judicium obſignatum cum publica auctoritate ſibi dari juberet, quo ſanctitati ſuae conſtaret, eum eſſe idoneum, qui illi beneficio praeeſſet: verum amplitudinem tuam reſtitiſſe, & illud ex decreto concilii tridentini protuliſſe, *cum parochialis eccleſiae vacatio etiam per reſignationem contigerit, tunc quoque, examine in concurſu facto, illum a te deligendum, quem ei curae adminiſtrandae aptiorem judicaveris*. quare juſſit ſua ſanctitas, ſcribi ad te, in quam ſententiam decretum illud concilii accipiendum eſſe videatur, ſe jamdudum declaraſſe: nempe, cum in manibus ſanctitatis ſuae fiat reſignatio in favorem certae perſonae, quoniam eo caſu verba concilii non videntur convenire, cum neque proprie beneficium vacare dicatur, ante-

Digitized by Google

tequam alteri acquiratur, neque in eo ſtatim poſſit deputari vicarius, idcirco tunc neceſſarium non eſſe examen per concurſum, ſed ſatis eſſe reſignatarium ab examinatoribus, in ſynodo deputatis, ſimul cum ordinario probari idoneum. quae cum ita ſint, debebit amplitudo tua honeſtae eorum petitioni ſatiſfacere, quibus concilii mens ita a ſanctiſſimo domino noſtro declarata ſuffragatur: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. III. Kal. febr. M. D. LXV.

X X.

Epiſcopo Albae.

9. febr. 1565.

Reverendiſſime domine. Cum mihi nunciatum eſſet de dubitatione amplitudinis tuae, quae ſuſpicaretur, a ſacro concilio tridentino prohibitum eſſe, ne puellae educationis cauſa in monaſteria recipi poſſent, pro hujus officii loco meas partes eſſe duxi pietatem & prudentiam tuam, quomodo ſe res habeat, admonere. ſcito igitur, illuſtriſſimos patres, quos ad explicandas, quae oriri poſſint, dubitationes in concilii decretis ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium adhibuit, cenſere, comprehenſum non eſſe interdicto concilii, quominus hujuſmodi puellae in monaſteriis haberi aut retineri poſſint, niſi forte ratio aliqua aut inſtitutum religionis illius monaſterii prohiberet id, quod ſacrum concilium fieri minime vetat. quod ſi non adverſatur vetus conſuetudo aut ratio ordinis illarum monialium, non dubito, quin ſapientia ac pietas amplitudinis tuae libenter ſic accipiat hanc ſacri concilii mentem, quemadmodum eam ſanctiſſimus dominus noſter de illuſtriſſimorum patrum ſententia declaravit: cui Deus jucunda omnia & ſalutaria concedat. VII. idus febr. M. D. LXV.

X X I.

Epiſcopo Politiano.

10. febr. 1565.

Reverendiſſime domine. Recitatis in congregatione ſacri concilii literis (*a*), quibus quaeris, an bona, quae a quondam Franciſco de Rubeis, politiano cive, relicta pauperibus, deinde converſa ad educationem & chriſtianam inſtitutionem miſerabilium puerorum (*b*) cujuſdam collegii, quo poſtea ſublato, tandem ad hoſpitale S. Chriſtophori ea lege pervenerunt, ut ei darentur, qui ad priſtinum pietatis uſum & officium ea confer-

X x 2 ret,

(*a*) *Al. litteris a quodam Franciſco &c.* (*b*) Al. omitt.

ret, ſeminario, iſtic inſtituto, attribui liceat, praeſertim cum id decreto ſacri tridentini concilii conſentaneum eſſe videatur: illuſtriſſimi cardinales ſacrae congregationis reſponderunt, per
c idem illud concilii (c) decretum bona ea iſti ſeminario attribui licere, & jam applicata cenſeri. itaque, ex ſanctiſſimi etiam do-
d mini noſtri auctoritate (d), qui mihi hoc ſuo nomine ſcribendi negotium dedit, amplitudinem tuam & cives veſtrae civitatis communiter his literis moneo & hortor, ut ad ſeminarium iſtic, dignum veſtra civitate & pietate, conſtituendum, bona etiam
e f iſta ei (e) addicatis (f): quos Deus ſalvos & incolumes ſervet.
g Romae. IV. (g) id. febr. M. D. LXV.

(c) Al. *ſacri concilii*.
(d) Al. *voluntate*.
(e) Al. voces *ei addicatis* vacant.
(f) Al. *abdicatis*.
(g) Al. omitt. cum reliquis.

XXII.

13.febr. 1565.

Epiſcopo Algarenſi.

REverendiſſime domine. Expoſita cauſa presbyteri Angeli Virdae illuſtriſſimis cardinalibus, quos ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium adhibuit ad explicandas, quaecunque oriri poſſint in decretis ſacri tridentini concilii, dubitationes, de eo, quod ejus ſanctitas de ipſorum cardinalium ſententia in re hac univerſa declaraverit, amplitudinem tuam juſſu ſuae ſanctitatis admonebo. haec igitur declaratio eſt, ut, qui, canonicatum obtinentes, habent parochialem extra civitatem, in parochiali reſidere debeant, ex canonicatu autem tantum diſtributiones quotidianas amittant; canonicatu vero non priventur, dum reſideant in parochiali. quare, cum iſte presbyter Angelus in parochiali reſidens contentus ſit amiſſione quotidianae diſtributionis ſui canonicatus, debebit prudentia ac pietas amplitudinis tuae, quod ad utrunque beneficium obtinendum attinet, & ad caeteros fructus canonicatus percipiendos, nullam ei moleſtiam exhibere: quam Deus ſervet incolumem. Idibus februa-
a rii. M. D. LXV. (a)

XXIII.

(a) Haec eadem epiſtola, *Archiepiſcopo Calaritano* iiſdem februarii idibus data, in cauſa Hieronymi Comprati, reperitur in eodem codice pag. 18. b. Eadem, *Epiſcopo Majoricenſi* iiſdem idibus data, in cauſa Raphaëlis Villaelongae, ibid. Eadem, *Epiſcopo Coſenſi* XIII. Kal. mart. data, in cauſa Nicolai Coldirari de Damaſo pag. 19. b. Eadem *Archiepiſcopo Turritano* XVI. Kal. mart. in cauſa Hieronymi Carigae, archipresbyteri cathedralis ecclaſiae civitatis Saſſeris, pag. 20. Eadem *Epiſcopo Ampurienſi* x. Kal. apr. In cauſa Franciſci de Figo, archipresbyteri atque canonici ampurienſis, pag. 20. b.

XXIII.

Archiepiſcopo Salernitano. [illegible]

REverendiſſime domine. Supplicaverunt ſanctiſſimo domino noſtro moniales quatuor monaſteriorum iſtius civitatis; cujus ſupplicis libelli exemplum amplitudo tua incluſum habebit in his literis. itaque, ejus ſanctitatis juſſu, amplitudinem tuam hortor, ut omnibus, quae ad ipſarum monialium clauſtra pertinent, pia & prudenti aequitate ſervatis, earundem ſpirituali & miſſae & confeſſionis & caeterarum rerum neceſſitati aequiſſima & optima ratione provideat. XIII. Kal. mart. M. D. LXV.

XXIV.

Epiſcopo Salamantino. 15.mar. 1565.

PErilluſtris ac reverendiſſime domine. Quo magis ſanctiſſimi domini noſtri judicio, & noſtra omnium opinione repudiatur ea fama, quae iſtinc manavit de catholici regis edicto, quod amplitudinis tuae reverendiſſimae cauſa pervulgatum dicitur, ut in carcerem detrudantur omnes, quicunque in controverſia, quam habet cum abbate de Medina, contra ipſam pro abbate aliquid egerint, eo vehementius cupit ſua ſanctitas, rumores iſtos temere diſſipatos eſſe, reque ipſa falſos inveniri. itaque, cum in Hiſpaniam redeat D. Luiſius de Heras, qui hic jura tantummodo protulit ipſius abbatis, neque quicquam alioqui tentavit, quod contra concilium (a), aut amplitudinem tuam reverendiſſimam eſſet, ab ea, ſanctiſſimi domini noſtri juſſu, magnopere peto, ut eo majorem etiam operam det, ne iſte Luiſius ob hanc cauſam ullum iſtic detrimentum accipiat; quo nihil alienius aut indignius eſſet ejus pietate ac prudentia, quam videri velle niti vi & gratia, ubi jure & legibus progredi oportet. quare amplitudo tua reverendiſſima faciet, quod & ejus ſanctitas, & nos omnes nobis de ejus juſtitia ac religione pollicemur: quam Deus &c. XVIII. Kal. apr. (b) M. D. LXV.

(a) Fort. *Conſilium*, idque *regium*. (b) Fort. *maji*.

XXV.

Archiepiſcopo Salernitano. 15.mar. 1565.

REverendiſſime domine. Quas literas ad amplitudinem tuam reverendiſſimam, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, cano-

canonicatus & praebendae iſtic vacantis cauſa, xvi.Kal. februarii
a dedi (a) una cum illis quatuor conditionibus, quae ei, ut, quam vellet, eligeret, a capitulo ferebantur, ad eas nondum reſponſum eſſe, non nihil miramur. quare vehementer eam hortor, ut, quid ſibi tota de re placeat, perſcribat, quo ejus ſententiam ad ſanctiſſimum dominum noſtrum referre poſſim. quod ſi etiam
b ex illis conditionibus nullam forte (b) probat, omnino, quid in hoc negotio velit aut nolit, ut par eſt, per literas ſignificabit: quam Deus ſervet incolumem. xviii.Kal. apr.M.D.LXV.

(a) Vide epiſt. *Juſſu ſanctiſſimi* d.17.jan.1565. (b) *fortaſſe* exempl.

XXVI.

Archiepiſcopo Calaritano.

19.mar. 1565.

REverendiſſime domine. Exhibitus eſt illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, nomine Joannis Ferrerii, clerici calaritani, ſupplex libellus, velle amplitudinem tuam reverendiſſimam ei canonicatum cum praebenda, quem iſtic obtinet, adimere, ob eam cauſam, quod intra annum non ſit promotus ad ſacros ordines ex decreto concilii tridentini: qui, cum tantummodo decem & octo annos, quemadmodum de eo relatum eſt, natus ſit, neque per decretum concilii ſeſſ.XXIII. cap.XII. ante XXII. annum ſacris initiari poſſit, non videtur eſſe cogendus, ut, niſi ſacros ordines ſuſceperit, canonicatu privetur, de quo pontificias literas expedivit. itaque, ſi res ita eſt, mandat tibi ſua ſanctitas, ut, conſervata iſti Joanni poſſeſſione ſui canonicatus, eum prius non cogas ad ſacros ordines promoveri, quam ad annos pervenerit, huic rei a ſacro concilio praefinitos: cui incolumitatem & ſalutem precor. xiv. Kal. apr. M.D.LXV.

XXVII.

a Archiepiſcopo Turritano. (a)

23.mar. 1565.

REverendiſſime domine. Ex aliis literis in ſimili cauſa cognovit amplitudo tua, ſanctiſsimum domiuum noſtrum declaraſſe, ut, qui, canonicatum vel aliam dignitatem obtinentes, habent parochialem extra civitatem, in parochiali reſidere debeant; ex canonicatu autem vel alia dignitate tantum diſtributiones quotidianas amittant; ipſo vero canonicatu vel alia dignitate non priventur, dum reſideant in parochiali. quae cum ita ſint,

(a) Al. *Epiſcopo Algarenſi*.

ſint, & presbyter Franciſcus de Figo, obtinens parochialem villae de Java ſorrenſis dioeceſis, contentus ſit amiſsione quotidianae diſtributionis canonicatus, quem habet in eccleſia turritana (*b*), ejuſdem ſanctiſsimi domini noſtri juſſu, hortor pru- *b*
dentiam & pietatem tuam, ut, quod attinet ad poſſeſsionem canonicatus & caeterorum fructuum perceptionem, iſti presbytero Franciſco poſthac deſinat moleſtiam exhibere: cui (*c*) Deus grata *c*
omnia & ſalutaria largiatur. x. Kal. apr. M. D. LXV.

(*b*) Al. *algarenſi*. (*c*) Al. *quam Deus ſervet incolumem. x. &c.*

XXVIII.

Archiepiſcopo Valentino. 31. mar. 1565.

REverendiſsime domine. Explicatis jam a ſanctiſsimo domino noſtro de illuſtriſsimorum patrum ſententia, quos in conſilium adhibuit in decretis ſacri tridentini concilii, aliquot difficultatibus, quae aliis dubitationem, aliis incommodum afferre videbantur, illud etiam in iis ab ejus ſanctitate declaratum eſt, ut, qui in eadem civitate parochiam & canonicatum in cathedrali vel collegiata obtinent, utrunque retinere poſsint, modo reſideant in parochiali, nullique neceſſario ejus officio deſint: ſi praeterea poſſunt canonicatui debitis horis inſervire, percipiant inde omnes fructus & commoda, quae illi muneri attributa ſunt; ſi non poſſunt, diſtributiones tantum amittant illorum dierum aut temporum, quibus eorum praeſentia & opera deſideratur; nullum praeterea detrimentum accipiant. quare, cum Hieronymus Roda, praeter parochiam, quam Valentiae habet, ſit etiam cathedralis iſtius civitatis canonicus, ſanctiſsimi domini noſtri declaratione utrunque beneficium retinere poteſt eo modo, quo ab ejus ſanctitate definitum eſſe, diximus. itaque, ejus ſanctitatis juſſu, amplitudo tua reverendiſsima, pro ſua prudentia ac pietate, nullam hac in re ipſi Hieronymo moleſtiam exhibebit: cui Deus grata ſemper & ſalutaria largiatur. Pridie Kal. apr. M. D. LXV.

XXIX.

Archiepiſcopo Antibarenſi. 31. mar. 1565.

REverendiſsime domine. In congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, quos ſanctiſsimus dominus noſter in conſilium adhibuit ad explicandas, quaecunque oriri poſsint in decretis ſacri

cri tridentini concilii, dubitationes, relatum eſt de controverſia, quam habes cum nobili viro Laurentio Piſano de reſidentia S. Mariae de Rotezzo antibarenſis dioeceſis. qua de re dictae ſunt ſententiae & prudenter & amanter; quarum ea ſumma fuit, ut, iſtius cauſae melius cognoſcendae & explicandae gratia, rem ſuſtineas, & ſuperſedeas omni actione, quam contra ipſum Laurentium inſtitueras, neque ulterius progrediare, niſi de ea re illuſtriſsimorum cardinalium ſacrae congregationis literas acceperis: ad quos, ſi quid praeterea opus eſſe videbitur, ſcribas. quare amplitudinem tuam hortor, ut, tota re dilata, illuſtriſſimorum patrum conſilio & ſententiae obſequi velis: cui incolumitatem & ſalutem precor. prid. Kal. apr. M. D. LXV.

XXX.

Epiſcopo de Cava.

7. apr. 1565.

a REverendiſsime domine. Scripſi (a) ad amplitudinem tuam juſſu ſanctiſsimi domini noſtri, ne prohiberet celebrari miſſam in ſacello S. Mariae de Ponte hominum caſalis de Molina, cum id illi piae neceſsitatis cauſa cuperent, nec ulla in re jura aut debita commoda parochiae vellent imminuere. eas literas tuus vicarius ſic interpretatus eſt, ut eam facultatem illis hominibus concederet tantum feriatis diebus, dominicis autem & aliis feſtis negaret. quare ſcito, ſanctiſsimi domini noſtri ſententiam hac in re eam eſſe, ut ipſis jus celebrandi ſit in eo ſacello feſtis etiam ac dominicis diebus, modo, quod ad ſacramentorum perceptionem attinet, & alia jura parochiae, ſuum adeant parochum, eique praeſtent, quod debeatur. itaque amplitudini tuae mandat ejus ſanctitas, ut efficiat, ne juſto iſtorum hominum deſiderio ullum impedimentum afferatur; cui Deus grata ſemper & ſalutaria largiatur. VII. idus apr. M. D. LXV.

(a) Vide epiſt. *Sanctiſſimus* d. 29. jan. 1565.

XXXI.

Epiſcopo Boſſanenſi.

8. apr. 1565.

REverendiſsime domine. Presbyter Nicolaus Boy, familiaris illuſtriſsimi & reverendiſsimi cardinalis Piſani, a ſanctiſsimo domino noſtro opem petiit, quod, cum in canonicatu ſancti Marci, quem Romae obtinet, reſideat, & ab amplitudine tua citatus eſſet, ut ad reſidendum in iſto canonicatu, quem habet in

in eccleſia boſſanenſi, veniret, cum in hoc urbano canonicatu perſiſteret, te, nulla praeterea re eidem presbytero Nicolao ſignificata, privaſſe eum canonicatu boſſanenſi (*a*), eumque alteri dediſſe. poſtea illum rogaſſe per literas, ne rem moleſtius ferret. quare, cum ille in digniore canonicatu reſidere videatur, & ex declaratione, a ſanctiſsimo domino noſtro facta, ſatis ſit, ſi alterius canonicatus, cui non inſervit, diſtributiones quotidianas amittat, cauſa ſubeſſe non videtur, quamobrem, Nicolao ſpoliato, ejus canonicatum in alterum conferre debueris. quod ſi etiam ad privationem deſcendendum fuiſſet, non videris progreſſus eſſe eo ordine, qui hujuſmodi rei ac negotio a tridentino concilio praeſcriptus eſt. itaque, ſi res ita ſe habet, mandat tibi ſua ſanctitas, ut, quod aequitas & pietas poſtulat, presbyterum hunc Nicolaum in boſſanenſis (*b*) canonicatus poſſeſsionem, unde dejectus eſt, velis reſtituere, & quotidianae ejus diſtributionis amiſsione, per id tempus, quo ibi non reſederit, contentus eſſe: cui incolumitatem & ſalutem precor. VI. idus apr. M. D. LXV.

(*a*) *boſſanenſi* exempl. Quod ſi rectum eſt, bis ſupra pro *boſſanenſi* corrigendum eſt *baſſanenſi*. (*b*) *boſſanenſis* exempl.

XXXII.

Epiſcopo Conchenſi.

8. apr. 1565.

ILluſtris & reverendiſsime domine. Conqueſtus eſt apud ſanctiſsimum dominum noſtrum Alphonſus junior de Montemajore, quod amplitudo tua reverendiſsima die XVI. octobris MDLXIV. eum ejecerit de portione dimidia, quam in eccleſia conchenſi, in qua ejus pater alteram habet, ipſe olim diſpenſatus obtinebat, eamque in alterum contulerit, cum tamen nondum october abiiſſet, cujus menſis finem ſanctiſsimus dominus noſter, ex decreto concilii tridentini, illis, qui in hujuſmodi cauſa ſunt, ad ſua beneficia relinquenda praefinitum eſſe, voluerat. quare, cum iſte Alphonſus, ut ipſe affirmat, ante tempus ejectus eſſe videatur, & pater ejus, qui in eadem eccleſia portionem habet, jam decem annos non deſerviat, ſuae ſanctitatis juſſu amplitudinem tuam reverendiſsimam hortor, ut Alphonſum iſtum, pro ſua pietate & aequitate, in ejus dimidiae portionis locum, unde ejectus eſt, velis reſtituere, eique ad reſignandam, vel permutandam portionem ſpatium dare trium menſium ex eo die, quo fuerit reſtitutus. quod ſi aliter res ſe habet, ſcribas

a bas (a) omnino huc cauſam, quamobrem Alphonſo portionem ademeris: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. VI. id. apr. M. D. LXV.

(a) *ſcribat* exempl.

27. apr. 1565. a

XXXIII.

Archiepiſcopo Calaritano. (a)

Reverendiſsime domine. Recitato ſupplici libello presbyteri Bartholomaei Montello illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, cognitaque ejus cauſa, quid ſanctiſsimus dominus noſter de ipſorum cardinalium ſententia in re hac univerſa declaraverit, amplitudinem tuam reverendiſsimam, juſſu ſuae ſanctitatis, admonebo. haec igitur declaratio eſt, ut, qui, canonicatum ſeu canonicatus obtinentes, parochialem habent, quocunque in loco ſit, cui cura animarum immineat, in parochiali reſidere debeant: ex canonicatu autem ſeu canonicatibus tantum diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, amittant, quae tantummodo lucrari illi debent, qui in canonicatu etiam debitis horis reſidentes inſerviant. quare, cum iſte Bartholomaeus, reſidens in parochiali villae de Buſaqui arborenſis dioeceſis, quod attinet ad b c ſuum (b) canonicatum & praebendam calaritanenſem (c), contentus ſit amiſsione eorum, quae dicta ſunt, debebit prudentia & pietas amplitudinis tuae reverendiſsimae in poſſeſsione canonicatus & praebendae, & in perceptione caeterorum fructuum nullam ei moleſtiam exhibere: cui Deus grata ſemper & ſalutaria largiatur. V. Kal. maj. M. D. LXV.

(a) al. *Arborenſi*. al. *Epiſcopo Uſellenſi*.
(b) al. *ad ſuos canonicatus & praebendas uſellenſem & terralalbenſem contentus &c.*
(c) al. *arborenſem*.

28. apr. 1565.

XXXIV.

Epiſcopo Piſtorienſi.

Reverendiſſime domine. Facit multitudo negotiorum, cauſarumque difficultas, ut tempore opus ſit ad explicandas multorum quaeſtiones. quae cauſa fuit, ut amplitudinis tuae poſtulatis ſerius reſponderetur. quibus jam pridem expoſitis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii tridentini, diligenterque conſideratis, de omnium illorum ſententia ſic reſpon-

reſponſum eſt. Quod attinet ad primum poſtulatum de cap. II. ſeſſ. VI. ſub Paulo III. an videlicet diſpenſari poſſit cum ſenibus, infirmis, ac doctoribus, ita ut eorum eccleſiis, quae perſonalem reſidentiam requirunt, ab idoneis perpetuisque vicariis inſerviatur; item, an diſpenſandum cum iis, qui, propter monialium vel hoſpitalium curam, in eccleſiis, quas in montibus obtinent, non facile poſſint reſidere: amplitudo tua id efficiet, quod definitum eſt cap. primo decreti de reformatione, XXIII. ſeſſ. quo decreto non amplius id permittitur, quod in illo decreto ſub Paulo III. relictum erat arbitrio ordinariorum, ſed omnino imponitur neceſſitas reſidendi. Quod ſpectat ad conferenda ruralia beneficia preſbyteris, quorum eſt mediocris & doctrina & uſus ſacrarum rerum, nec improbi mores, ſi tanta iſtic eſt penuria eorum, qui & literarum & vitae laude valeant, tali in re id aget, quod commodius & melius agi poterit. Quod pertinet ad eos, qui, finitima urbi beneficia obtinentes, domum non habent, ubi habitent, illud opportunius remedium viſum eſt, ut conducant habitationis locum. De populo vero, qui in ſingulos annos ſemeſtrem victum parocho ſuppeditare non poteſt, providendum ab amplitudine tua ex decreto concilii tridentini XXIV. ſeſſ. cap. XIII. Quare amplitudo tua, ubi res poſtulabit, quemadmodum dictum eſt, remedia petet a ſacro concilio. reliqua, pro ſua prudentia ac pietate, quam optime poterit, moderabitur: quam Deus ſuae benignitatis perpetua gratia proſequatur. IV. Kal. maj. M. D. LXV.

X X X V.

Epiſcopo de Aquea. (a)

29. apr. 1565. a

Reverendiſſime domine. Cum ad illuſtriſſimos congregationis ſacri concilii cardinales, nomine illuſtris viri comitis Alberichi Lodroni, relatum eſſet, prohiberi ab amplitudine tua, quominus in ſacello S. Bernardini oppidi Muraſchi ſemel in hebdomada, ut jam diu conſuevit, oppidanorum & cuſtodis oppidi cauſa, miſſa celebretur, de eorundem cardinalium ſententia viſum eſt ſanctiſſimo domino noſtro, te pio illuſtris comitis deſiderio, ac religioſae incolarum commoditati ita obſequi debere, ut in illo ſacello, praeſertim ab ejus majoribus extructo, ſemel in hebdomada miſſam celebrari patiare, modo, quod ad ſacramentorum perceptionem attinet, & alia jura parochiae, populares ejus oppidi ſuum adeant parochum, eique praeſtent,

 quod

(a) Haec plane eſt exemplaris lectio.

Digitized by Google

quod debeatur. itaque amplitudo tua, pro ſua prudentia ac pietate, faciet, ut illis hominibus, quod ad hanc conceſſionem attinet, nullum impedimentum afferatur: cui Deus perpetuam incolumitatem ac ſalutem largiatur. III. Kal. maj. M. D. LXV.

XXXVI.

9. jun. 1565.

Epiſcopo Cathanenſi.

Reverendiſſime domine. Quod amplitudinis tuae nomine ſuppliciter poſtulatum eſt a ſanctiſſimo domino noſtro de monialibus iſtius civitatis, re expoſita illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, de eorum ſententia ſua ſanctitas ita reſponderi juſſit. ſi moniales victui & vitae ſuae aliter conſulere non poſſunt, niſi ſuſtententur artificio iſtorum operum, quae manibus elaborantur, minime prohiberi earum rerum emptionem aut venditionem; modo propterea nemo illarum ſepta ingrediatur, & in collocutionibus cum ipſis monialibus ea cautio & pietas adhibeatur, quam & ſacra illarum inſtituta, & tridentini concilii decreta poſtulant: quibus decretis, etſi nominatim ſancitum non eſt de clathris & rotis ſanctimonialium, tamen illud omnino ſtatutum eſt, ut honeſta & ſancta earum clauſura ſervetur. quod ut diligentiſſime & optime fiat, amplitudo tua pro ſuo arbitrio ac pietate providebit: cui Deus grata ſemper & ſalutaria largiatur. V. id. jun. M. D. LXV.

XXXVII.

16. jun. 1565.

Epiſcopis Aretino & Pientino.

Reverendiſſime domine. Relatum eſt ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii, ampliudinem tuam velle viſitare monaſterium Montis Oliveti, & proxima quaedam ejus monaſterii membra. cum autem ipſum Montis Oliveti monaſterium ſit caput ordinis, & capita ordinum excepta ſint decreto tridentini concilii, ut quae non ab ordinariis, ſed a ſuis ſuperioribus viſitari debeant, eadem ratio valere videtur in proximis capiti membris, quam in ſuo capite ſacrum concilium ſervandam propoſuit. itaque, ſanctiſſimi domini noſtri juſſu, moneo amplitudinem tuam, ne ſe in illam viſitationem velit interponere. quod ſi aliud forte (a) jus habet, quo ſibi id licere exiſtimet, poterit nos de eo certiores facere: cui divinam majeſtatem propitiam precor. XVI. Kal. jul. M. D. LXV.

XXXVIII.

(a) *fortaſſe* exempl.

XXXVIII.

Archiepiſcopo Salernitano.

16. jun. 1565.

REverendiſſime domine. Sanctiſſimus dominus noſter approbat conditionem, quae placet amplitudini tuae reverendiſſimae, ut, habita ratione conſuetudinis iſtius eccleſiae, detur a capitulo perpetuum ſtipendium theologo, qui docendi (*a*) iſtic officio fungatur. quod ſi illud etiam poterit theologum reddere diligentiorem in ſui muneris functione, triennium ejus conductioni praefiniatur; quemadmodum monet amplitudo tua reverendiſſima. praeterea ejus ſanctitati videtur iſti quoque dubitationi de praebenda poenitentiarii ita ſatisfieri poſſe, ſi amplitudo tua ea etiam in re capitulo obſecuta fuerit, & ipſum capitulum perſolvat perpetuum ſtipendium poenitentiario iiſdem conditionibus, quas de theologo diximus. cujus officii viciſſitudine fiet, ut amplitudinis tuae paterna charitas in capitulum, & capituli in ipſam, ut debet, pietas & obſervantia cumuletur. Quod ſe illa cura ſolutam putat agendi contra epiſcopos provinciales ſuos, qui nolunt reſidere, propterea quod iſtud negotium a ſanctiſſimo domino noſtro datum ſit nuncio, non eſt ita (*b*): immovero confidit ejus ſanctitas, amplitudinem tuam, pro ſua pietate ac prudentia, ex decreto ſacri concilii ſuo officio nulla ex parte defuturam eſſe. non enim, ut iſta cura metropolitanos liberaret, juſſit id munus (*c*) exequi nuncium ſua ſanctitas, ſed, quod aliqui officium negligerent, vel alia de cauſa praetermitterent, nuncium ſupplere voluit. qua in re illud ejus ſanctitati gratiſſimum fuerit, ſi nihil negotii ipſi nuncio a metropolitano relinquatur. Deus amplitudinem tuam perpetuo ſalvam & incolumem ſervet. XVI. Kal. jul. M. D. LXV.

(*a*) *dicendi* exempl. in quo alia quaedam manus *diſcendi* emendavit. ego *docendi* rectum putavi.

(*b*) Vide epiſt. *Cum audiſſet* d. 30. jun. 1565. pag. 560.

(*c*) *minus* exempl.

XXXIX.

Epiſcopo Lucenſi.

29. jun 1565.

REverendiſsime domine. Quod expoſitum eſt ſanctiſsimo domino noſtro iſtius reipublicae nomine, publicas denunciationes, a ſacro tridentino concilio decretas ad malorum vitationem, quae a clandeſtinis (*a*) connubiis oriebantur, iſtic ab impro-

(*a*) *calandeſtinis* exempl.

probis & malevolis arripi tanquam occaſionem diſſeminandi falſos rumores, & impediendi matrimonia, propterea ejus ſanctitas ex decreto etiam tridentini concilii iſti incommodo ita medendum judicavit. quoties (*b*) amplitudo tua, pro ſua pietate ac prudentia, probabilem ſuſpicionem eſſe intelliget, publicis iis denunciationibus matrimonium malitioſe impediri poſſe, illis omiſſis, coram parocho, vel alio ſacerdote, de ipſius parochi vel amplitudinis tuae licentia, duobus vel tribus teſtibus adhibitis, per verba de praeſenti matrimonium celebrandum curabit. quo facto, ante matrimonii conſummationem, niſi neceſſaria cauſa obſtiterit, quemadmodum etiam a concilio ſtatutum eſt, ſemel, aut iterum etiam, denunciationem fieri jubebit, ſacrumque iſtud negotium pro Dei gloria & animarum ſalute gubernabit: quam Deus ſervet incolumem. XIII. Kal. jul. M. D. LXV.

(*b*) *quotiens* exempl.

X L.

Archiepiſcopo Calaritano

20. jun. 1565.

Reverendiſsime domine. Pervénit ad aures ſanctiſsimi domini noſtri, populum iſtum ab amplitudine tua reverendiſsima, anathematis poena propoſita, cogi dominicis & majoribus diebus feſtis frequentare ſuas parochias: quod ejus ſanctitati durius videtur, quam praeſcriptum ſit a concilio, quod praecipit, de eo populum *moneri* tantum debere. nec fugit amplitudinem tuam reverendiſsimam, quam ſobrie, quantaque cum circumſpectione ex ejuſdem concilii tridentini praecepto excommunicationis gladium exerceri oporteat. itaque, ſuae ſanctitatis juſſu, amplitudinem tuam hortor, ut anathematis poenam tali in re amovendam ac tollendam curet: quae cum iſtis hominibus omne cohortationis & admonitionis genus, ut parochias frequentent, vehementius adhibuerit, ejuſdem etiam prudentiae ac pietatis erit, iſtud anathematis remedium, quod intempeſtive adhibitum magis affert perniciem, quam ſalutem, quemadmodum etiam a ſacro concilio ſapientiſsime praeſcriptum eſt, non niſi ex gravi cauſa adhibere: cui ſalutem & incolumitatem precor. XII. Kal. jul. M. D. LXV.

XLI.

X L I. 27. jun. 1565.

Epiſcopo Uſellenſi. (a) a

Reverendiſsime domine. Presbyter Bartolomaeus Montello, reſidens in canonicatu calaritano, quem aſſerunt eſſe digniorem caeteris canonicatibus, quos obtinet, ſi careat diſtributionibus quotidianis ſuorum (b) canonicatuum uſellenſis & terralbenſis (c), in quibus non reſidet, & praeterea amittat ſi quid abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, nec ſacro tridentino concilio adverſatur, & obtemperat declarationi, quae tali in re a ſanctiſsimo domino noſtro facta eſt. quare, ſi ita eſt, ut in digniore canonicatu reſideat, cum amplitudo tua eum privaverit diſtributionibus quotidianis, & reliquis, ſi quae forte ſint, eo modo, quo diximus, juſſu ſanctiſsimi domini noſtri moneo te, ut, quod attinet ad poſſeſsionem iſtorum (d) canonicatuum & praebendarum, & ad perceptionem caeterorum fructuum, nullam ei moleſtiam exhibeas: cui Deum benignum & propitium precor. v. Kal. jul. (e) M. D. LXV.

(a) al. *Arborenſi*.

(b) al. *ſui canonicatus arborenſis, in quo non &c.*

(c) al. *torralbenſis* exempl.

(d) al. *iſtius canonicatus & praebendae & ad &c.*

(e) In eodem codice, in quo haec epiſtola pag. 36. perſcripta eſt, alterum ejuſdem epiſtolae exemplum pag. 52. b. reperitur, ſed alio tempore, hoc eſt *Kalendis ſeptembr.* hujus ipſius anni datae.

X L I I.

Al Nonzio di Napoli. 30. jun. 1565.

Molto reverendo ſignor, come fratello. Per l'ordine, che noſtro ſignore diede a V.S.R. di procedere contra li veſcovi del regno, che non riſedevano nei loro veſcovadi, non eſcluſe i metropolitani, ai quali ſi aſpetta principalmente far tale eſecuzione. ma, perchè ſi vedeva, che parte di eſsi andavano lenti in eſeguire l'officio ſuo, volle, che V.S. ſuppliſſe al difetto loro: confidandoſi anco, che queſto ſpediente gli doveſſe rendere a tal cura più ſolleciti. ora è piaciuto a ſua ſantità di dar notizia ai detti metropolitani della cauſa, che la moſſe ad uſar ſimil rimedio, & m'hà commeſſo, che io ne ſcriva a ciaſcun di loro, inviando le lettere a V.S.R. acciò per mezzo ſuo pervenghino ad eſsi metropolitani, &, in abſenza loro, ai ſuoi vicarii. le lettere ſono tutte conformi di ſenſo & di parole,

a le, & ſe ne manda copia (a) a V. S. acciò ſappia quanto & perchè ſi ſcrive. la farà dunque preſentarle quanto prima, non mancando di diligenza nella commiſsione datale da noſtro ſignore, dove i metropolitani ſaranno negligenti; & di cuore me l'offero & raccomando. Alli 30. di giugno. M. D. LXV.

(a) Ejuſmodi litterarum ad metropolitanos datarum exemplum illud idem eſt, quod proxime ſequitur.

XLIII.

N. N.

30. jun. 1565.

REverendiſſime domine. Cum audiſſet ſanctiſſimus dominus noſter, aliquot in regno neapolitano epiſcopos, nulla decreti tridentini concilii habita ratione, in ſuis eccleſiis non reſidere, neque eorum metropolitanos, quemadmodum debent, operam dare, ut illi reſidentiae officio fungerentur, quod iſti incommodo opportuniſſimum viſum eſt, ſua ſanctitas remedium adhibuit. nam reverendiſſimo nuncio mandavit, ut, quam metropolitani curam non exequebantur revocandi epiſcopos ad ſuum reſidentiae officium, eam ipſe ſuſciperet, & omnino contra eos ageret, qui in epiſcopalis muneris ratione eſſent contumaces aut negligentes. quo in praecepto ſua ſanctitas non propterea voluit liberos eſſe metropolitanos cura, quae illis a tridentino concilio mandata eſt, cogendi epiſcopos, ut in ſuis eccleſiis reſideant; immo, quod nuncio illud negotium dederit, ut suppleret partes metropolitanorum, ſignificavit, ſibi gratiſſimum futurum eſſe, ſi ita metropolitani ſuum officium impleverint, ut nihil in eo negotii nuncio relinquant. itaque, quibus cauſis adducta ſit ſua ſanctitas, ut eam curam nuncio mandaret, & quatenus ipſum illam exercere voluerit, ipſius ſanctiſſimi domini noſtri juſſu amplitudinem tuam reverendiſſimam admonui. quibus ex literis cognita ſententia ſuae ſanctitatis, & amplitudo tua reverendiſſima, & caeteri metropolitani ſuas pii iſtius ac neceſſarii muneris partes majori etiam animo ac ſtudio agere debebunt: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. prid. Kal. jul. M. D. LXV.

XLIV.

Epiſcopo Anconitano.

30. jun. 1565.

REverendiſſime domine. Cum mihi nunciatum eſſet de dubitatione amplitudinis tuae, quae ſuſpicaretur, a ſacro concilio tridentino prohibitum eſſe, ne puellae educationis cauſa

in

in monaſteria recipi poſſent, meas partes eſſe duxi te, quomodo ſe res habeat, admonere. ſcito igitur, illuſtriſſimos patres, quos ad explicandas, quae oriri poſſint, dubitationes in concilii decretis ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium adhibuit, cenſere, comprehenſum non eſſe interdicto conclii, quominus hujuſmodi puellae in monaſteriis haberi aut retineri poſſint, niſi forte (a) ratio aliqua aut inſtitutum illius religionis prohiberet id, quod ſacrum concilium fieri minime vetat. quod ſi non adverſatur vetus conſuetudo aut ratio ordinis illarum monialium, pietas ac prudentia tua ſic accipiet hanc ſacri concilii mentem, quemadmodum eam ſanctiſſimus dominus noſter de illuſtriſſimorum patrum ſententia declaravit. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Prid. Kal. jul. M. D. LXV. a

(a) *fortaſſe* exempl.

X L V.

Epiſcopo Lucenſi. 30. jun. 1565.

Reverendiſſime domine. Etſi literae, quas ſanctiſſimi domini noſtri nomine de petitione iſtius reipublicae ad amplitudinem tuam dedi (a), eandem fere ſententiam habent, quam a illae habuerunt, quae ad genuenſes (b) eadem de cauſa ſcriptae b ſunt, tamen, quia te in nonnullis earum literarum verbis haerere ac dubitare dicunt, illis ſublatis verbis, ſimpliciter, quid agendum in iſto negotio ſit, juſſu ſuae ſanctitatis exponam. permittit ejus ſanctitas propter cauſas, quae afferuntur, ut iſtae publicae denunciationes ante matrimonium omitti poſſint. verum jubet omnino, ut, juxta formam ſacri concilii, non aliter, quam praeſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu amplitudinis tuae licentia, & duobus vel tribus teſtibus, matrimonium per verba de praeſenti celebretur, & ut octo dies ante matrimonii conſummationem die dominico una ſaltem fiat publica denunciatio: quo facto, ſi quid matrimonio impedimento t, apparere poſſit. Deus amplitudinem tuam ſervet & tueatur. Prid. Kal. jul. M. D. LXV.

(a) Vide epiſt. *Quod expoſitum eſt* d.19.jun.1565. pag.357.

(b) Has ad genuenſes datas litteras nuſquam reperi.

Digitized by Google

XLVI.

7. jul. 1565.

Archiepiſcopo Genuenſi.

Reverendiſſime domine. Paulus Grimaldus, & Paris Pinellus, nobiles viri, curatores cujuſdam aedificationis in monaſterio ſanctorum Jacobi & Philippi iſtius urbis (quod ſcire debet amplitudo tua reverendiſſima), vetereſque earum monialium procuratores, qui magna ex parte ſumptus (*a*) de ſuo in id monaſterii aedificium facere dicuntur, ſuppliciter petierunt a ſanctiſſimo domino noſtro, ut, exercendi atque urgendi (*b*) ſtructores aedificationis ad celerem & optatam inſtituti operis perfectionem, ſibi liceat illud ingredi monaſterium. itaque, audita non ſolum pia ipſorum officii ac deſiderii cauſa, ſed etiam aetatis & morum gravitate, viſum eſt ejus ſanctitati, amplitudinem tuam reverendiſſimam permittere debere ipſi Paulo & Paridi, ut in id monaſterium propter eam cauſam introire poſſint: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Nonis jul. M. D. LXV.

(*a*) *ſumptus* exempl. (*b*) Videtur deſiderari vox *cauſa*, aut *gratia*.

XLVII.

14. jul. 1565.

Epiſcopo Urbevetano.

Reverendiſſime domine. Relatum eſt ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii, nolle amplitudinem tuam examinare ſacras virgines, quibus profeſſio facienda ſit, niſi intra ſepta monaſterii. itaque ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri cenſuerunt, ſi monialium clauſura (*a*) facta ſit, ut amplitudo tua fungatur iſto officio examinandi ſacras virgines extra monaſterium ad cancellos vel clathros ipſarum monialium. quod ſi aliquam haberet juſtam ac certam ſuſpicionem, ſe in eo loco impeditum iri, quominus libere earum voluntatis veritatem poſſet elicere, in eccleſia ejus monaſterii, vel in alio monaſterio illud examinationis munus implebit. clauſura autem facta, monaſteriorum ingreſſione ſuperſedebit: quam Deus largo ſuae gratiae dono proſequatur. Prid. id. jul. M. D. LXV.

XLVIII.

(*a*) *clauſtra* exempl.

XLVIII.
Epiſcopo Callienſi.

14. jul. 1565.

REverendiſſime domine. De presbytero Camillo Bonclerico, callienſi, canonico iſtius cathedralis, qui ſe pro præbenda parochialem perpetuo unitam habere narravit, & alteram parochialem, quae iſtinc abeſt mille & quingentis paſsibus, illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri ita cenſuerunt (a): Si illa parochialis non eſt unita canonicatui ab initio, ſed, ut ajunt, ex poſt facto, cum decreto concilii de parochialibus minime comprehendatur, ut amplitudo tua nullam iſti canonico moleſtiam afferat (b). ſin vero canonicatui cura a principio injuncta ſit, ut ſcribat ad eoſdem illuſtriſſimos patres ſacrae congregationis de tota re, ſimul & de ſumma fructuum ipſius canonicatus. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Prid. id. jul. M.D.LXV.

(a) *conſueverant* exempl. (b) *afferat* exempl.

XLIX.
Epiſcopo Suellenſi.

18. jul. 1565.

REverendiſſime domine. Relatum eſt in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, quos ad ſacri tridentini concilii interpretationem ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium aſſumpſit, presbyterum Marcum Guiſum, eo nomine, quia presbyteri filius ſit illegitimus (a), ab amplitudine tua prohiberi celebrare miſſam in eccleſia, in qua nec ipſe nec pater ejus beneficium obtinent, ſed tantum pater miſſam celebrat ob devotionem, ipſe autem presbyter Marcus ob quoddam legatum, quod relictum eſt miſſam celebrantibus. quod ſi tantum ob eam cauſam iſta cautio a te adhibetur, ut ſervetur decretum tridentini concilii de filiis presbyterorum, ſcito, hunc caſum illo concilii decreto minime prohiberi. itaque exemplum ſupplicis libelli hujus presbyteri ad te mitto; &, ſi res ita ſe habet, quemadmodum ille expoſuit, mandat tibi ſua ſanctitas, ut ab iſto presbytero Marco miſſam & reliqua officia divina in eadem eccleſia celebrari patiare. ſi quid autem aliud eſt, quod ei legitime putes obſiſtere, facies nos de eo certiores. Amplitudini tuae Deum benignum & propitium precor. xv. Kal. aug. M.D.LXV.

(a) *illuſtriſſimus* exempl.

Digitized by Google

L.

21. jul. 1565.

Epiſcopo Cohimbrienſi.

REverendiſsime domine. Quas ſui ordinis conſtitutiones ad illuſtriſsimos cardinales, quorum conſilio utitur ſanctiſsimus dominus noſter ad explicationem dubitationum, quae in decretis tridentini concilii poſsint accidere, cauonici regulares congregationis ſauctae crucis cohimbrienſis (*a*) detulerunt, earum exemplum mittendum cenſuerunt ad amplitudinem tuam reverendiſsimam; quam etiam monent ex ejuſdem ſanctiſsimi domini noſtri auctoritate, ut, ſi iſtae conſtitutiones ita ſe habent, pro ſua prudentia ac pietate eos fratres canonicos minime cogat proceſsiones obire, ſed ipſos pium illum & a ſancta ſede apoſtolica approbatum clauſurae morem inſtitutumque ſervare patiatur: ſin aliter forte (*b*) eſſet, quam hic expoſitum eſt, quemadmodum ſe res habeat, huc diligenter perſcribere velit. Deum precor, ut amplitudini tuae reverendiſsimae & terrenam & caeleſtem ſalutem largiatur. XII. Kal. aug. M. D. LXV.

(*a*) *colimbrienſis* exempl. (*b*) *fortaſſe* exempl.

L I.

21. jul. 1565.

Archiepiſcopo Meſſanenſi.

REverendiſsime domine. Epiſcopus Maſſae ulubrenſis petiit ab illuſtriſsimis cardinalibus ſacrae congregationis tridentini concilii, an reſidens, quemadmodum officii ratio poſtulat, in ſua epiſcopali ſede propter eam cauſam liber ſit a reſidentia ejus dignitatis, quam ſine ulla animarum cura obtinet in eccleſia meſſanenſi. itaque illuſtriſsimi patres ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri cenſuerunt, ipſum epiſcopum, modo in epiſcopatu reſideat, ſolutum ab iſtius dignitatis reſidentia, eam retinere & ejus fructus percipere poſſe, exceptis quotidianis diſtributionibus, & aliis, ſi quae forte ſint, quas abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, ſuae ſanctitatis juſſu, amplitudinem tuam moneo, ut, ſi ita res eſt, iſti epiſcopo dignitatis nomine, quam iſtic habet, nullam moleſtiam afferre velit: quam Deus ſervet incolumem. XII. Kal. aug. M. D. LXV.

LII.

L I I.

Cardinali Infanti.

22. jul. 1565.

ILluſtriſsime & reverendiſſ. domine, domine colendiſſ. Delatus eſt ſupplex libellus ad ſanctiſsimum dominum noſtrum, nomine canonicorum regularium congregationis ſanctae crucis cohimbrienſis (*a*), cum indice conſtitutionum ejus ordinis; quarum exemplum mitto ad celſitudinem tuam. eo libello ſupplicaverunt ejus ſanctitati, ut ſibi liceat, vi & jure ſervato earum conſtitutionum, quas ſancta ſedes apoſtolica comprobavit, retinere morem & inſtitutum clauſurae, ſuae congregationi conceſſum. itaque ſanctiſsimus dominus noſter mihi mandavit, ut celſitudinem tuam, in cujus ditione & privatim & publice (*b*) aliquot eſſe dicunt (*c*) iſtius ordinis monaſteria, certiorem facerem, videri ejus ſanctitati ex cap. XIII. ſeſſ. XXV. ſacri concilii tridentini, fratres canonicos iſtius ordinis, cum in ſtrictiori clauſura perpetuo vivant, minime cogi debere, ut proceſſiones obeant, aut ad aliud officii munus evocentur, praeterquam ad ea, quae ipſis conſtitutionibus recenſentur. Deum precor, ut celſitudinis tuae optatis & actionibus reſpondens omnia tibi & jucunda & ſalutaria concedat. XI. Kal. aug. M. D. LXV.

(*a*) *colimbrienſis* exempl. (*b*) *publicae* id. (*c*) fort. *dicuntur*.

L I I I.

Archiepiſcopo Cretae.

23. jul. 1565.

REverendiſſime domine. Epiſcopus Caſtellanetae petiit ab illuſtriſſimis cardinalibus, quos ad interpretandas difficultates ſacri tridentini concilii ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium aſſumpſit, an reſidens in ſua epiſcopali ſede liber ſit a reſidentia decanatus, canonicatuum & aliorum beneficiorum (*a*) ſimplicium, quae in Creta obtinet. itaque illuſtriſſimi patres ex auctoritate ſuae ſanctitatis reſponderunt, ipſum epiſcopum, modo in epiſcopatu reſideat, ſolutum a reſidentia decanatus & canonicatuum ac caeterorum beneficiorum, illa retinere & eorum fructus percipere poſſe, exceptis in decanatu & canonicatibus quotidianis diſtributionibus, & aliis, ſi quae forte ſint, quas (*b*) abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, juſſu ſuae ſan-

(*a*) *beneficium* exempl. (*b*) *quot* id.

ſanctitatis, amplitudinem tuam reverendiſſimam moneo, ut, ſi ita res eſt, epiſcopo Caſtellanetae decanatus, canonicatuum & caeterorum beneficiorum nomine, quae iſtic habet, nullam praeterea moleſtiam afferre velit. v. Kal. aug. M. D. LXV.

L I V.

28. jul. 1565.

Cardinali Neapolitano.

ILluſtriſſime & reverendiſſ. domine obſervandiſſ. Expoſitum eſt per ſupplicem libellum illuſtriſſimis patribus, quorum opera utitur ſanctiſſimus dominus noſter ad explicandas, ſi quae oriri videantur, ſacri tridentini concilii difficultates, nobilem faeminam Deliam Sanſeverinam, viduam, Briatici comitiſſam, his de cauſis, quae in ſupplici ejus libello continentur (cujus exemplum ad amplitudinem tuam illuſtriſſimam mitto) cupere in monaſterium reverti ſanctae Mariae Donaromatae iſtius urbis, ubi ſe, ex quo vir ejus e vita migravit, fuiſſe teſtatur. itaque, ſanctiſsimi domini noſtri juſſu, hortor amplitudinem tuam illuſtriſsimam, ut nobilem iſtam faeminam in illud monaſterium ingredi patiare, ea tamen conditione, ut nullas ſecum ducat ancillas, neque inde redire conſtituerit. interea vero, dum apud moniales erit, iiſdem clauſurae finibus & legibus teneatur, quae ab ipſis monialibus ſervantur. Deum precor, ut amplitudini tuae illuſtriſsimae & terrenam & caeleſtem ſalutem largiatur. v. Kal. aug. M. D. LXV.

L V.

28. jul. 1565.

Epiſcopo Nolano.

REverendiſsime domine. Moniales collegii nolani ſupplicaverunt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii tridentini, ut liceat univerſis ex illo monaſterio, in quo ſunt, migrare in aliud monaſterium ejuſdem ordinis. migrationis autem cauſam hanc afferunt, quod effluxerit ex monte quaedam aquae vis, quae, quotieſcunque erumpit, peſtilentiam infert iſtis locis & hominibus, ut propterea plurimorum mors conſequi ſoleat. quod ſi ita eſt, illuſtriſsimi patres ſacrae congregationis ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri amplitudini tuae permittunt, ut ipſas moniales in aliud ejuſdem ordinis monaſterium ſub eadem clauſura, quemadmodum pietati & prudentiae tuae videbitur, transferas: cui Deus perpetuam ſalutem & incolumitatem largiatur. v. Kal. aug. M. D. LXV.

LVI.

L V I.

Archiepiſcopo Panormitano. 28. jul. 1565.

Reverendiſsime domine. Mitto amplitudini tuae reverendiſſimae exemplum ſupplicis libelli, quod recitatum eſt in congregatione illuſtriſsimorum patrum, quibus ſanctiſsimus dominus noſter utitur conſiliariis in interpretatione ſacri tridentini concilii, teque ex ipſius ſanctiſsimi domini noſtri auctoritate *hortor*, ut, ſi iſtam Virginiam, uxorem Franciſci Bovonii panormitani, conſtiterit verſari in vitae diſcrimine, ſi exeat e monaſterio, in ipſo monaſterio permanere ſinas, ita tamen, ut ibi ſit ſine ancillis, & ullo externo famulatu, omniaque, quod attinet ad clauſuram, ſervet, quae ab ipſis monialibus ſervantur: cui Deus &c. v. Kal. aug. M. D. LXV.

L V I I.

Archiepiſcopo Alborenſi. 28. jul. 1565.

Reverendiſsime domine. Declaravit ſanctiſsimus dominus noſter, ut, qui parochialem & canonicatum obtinentes, quemadmodum concilium poſtulat, reſident in parochiali, ex canonicatu tantum diſtributiones quotidianas amittant eorum temporum, quibus canonicatui non inſerviunt, & ſi quid praeterea, quod abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, cum presbyter Michaël Murgia reſideat, ut ipſe affirmat, in ſua parochiali eccleſia de Neunenti dioeceſis Juſtae, ſi ex canonicatu amittit quotidianas diſtributiones, & ſi quid praeterea, ut diximus, quod ad reſidentiam attinet, aut ad reliquorum fructuum perceptionem, nullam amplitudo tua, juſſu ſanctiſsimi domini noſtri, ipſi moleſtiam exhibebit: quam Deus ſervet incolumem. v. Kal. aug. M. D. LXV.

L V I I I.

Epiſcopo Siviliae. (*a*) 28. jul. 1565.

Reverendiſsime domine. Cum delatus eſſet ſanctiſsimo domino noſtro ſupplex libellus Ludovici de Roias, nihil prius ae eo decernendum cenſuit ſua ſanctitas, quam, cum amplitudine tua reverendiſsima re communicata, ejus ſententiam exquireret. itaque, ſuae ſanctitatis juſſu, mitto amplitudini tuae reveren-

(*a*) Haud aliter eſt in exemplari.

Digitized by Google

rendiſsimae ſupplicis ejus libelli exemplum, ut de re inquiras, ac de homine cognoſcas, &, quomodo is ſe gerat in actionibus, in ſermonibus & congreſsibus, intelligas, ac denique, an rectis ſenſibus eat in catholica via domini, dignuſque gratia, quam petit, tibi eſſe videatur; deque totius rei veritate, pro tua pietate ac prudentia, huc diligenter perſcribas: quam Deus ſuae benignitatis perpetua gratia proſequatur. V. Kal. aug. M. D. LXV.

L I X.

28. jul. 1565.

Epiſcopo Faventino.

REverendiſsime domine. Jampridem a ſanctiſsimo domino noſtro de illuſtriſsimorum cardinalium ſententia, quos ſibi ad explicandas difficultates, quae ex decretis tridentini concilii poſsint exiſtere, aſsumpſit in conſilium, ita declaratum eſt, ut, qui obtinentes parochialem & canonicatum, ſi, ut concilium poſtulat, in parochiali reſidentes non inſervient canonicatui, tantummodo ejus canonicatus diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, canonicatu vero nec caeteris fructibus priventur. quare, cum presbyter Camillus Paphius, reſidens, quemadmodum expoſuit, in eccleſia parochiali Saxolli rhegienſis dioeceſis, amittat diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea, ut dictum eſt, abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, pietas & prudentia amplitudinis tuae ex hujus declarationis, quae a ſanctiſſimo domino noſtro facta eſt, auctoritate, iſtum Camillum Paphium, quod ad canonicatum attinet, nulla praeterea moleſtia afficere debebit: cui Deum benignum & propitium precor. V. Kal. aug. M. D. LXV.

L X.

28. jul. 1565.

Cardinali Infanti.

ILluſtriſſime & reverendiſs. domine, domine colendiſs. Significatum eſt illuſtriſſimis patribus congregationis ſacri tridentini concilii, nomine reverendi D. Gaſparis de Faria, vocari eum ab epiſcopo ad reſidentiam monaſterii, non curati, ſancti Petri de Aquilis ciſtercienſis ordinis, lamacenſis dioeceſis, quod obtinet in commendam, cum ipſe reſideat in canonicatu, quem habet in eccleſia ulixbonenſi. itaque, ſi illud monaſterium, quemadmodum expoſitum eſt, liberum ſit a cura, & commendatarius ad nullam gubernationis aut capitularis actionis partem adhi-

adhibeatur, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri viſum eſt iiſdem illuſtriſſimis patribus, reſidenti ei in canonicatu ulixbonenſi, quod ad reſidentiam attinet monaſterii, nihil moleſtiae a lamacenſi epiſcopo exhiberi debere. quare, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, celſitudinem tuam hortor, ut iſtum canonicum ab ea epiſcopi moleſtia ſecurum praeſtare velit. Deum precor, ut celſitudinem tuam cumulatis ſuae gratiae donis complectatur. v. Kal. aug. M. D. LXV.

L X I.

Vicario Cajetano. 4. aug. 1565.

Reverende pater. Cognitis poſtulatis monialium S. Catharinae congregationis ciſtercienſis iſtius civitatis, quae, ſpectata & probata annua adminiſtratione ſororis Mariae Caſtaneae, eandem ſibi in abbatiſſam confirmari ſupplicant, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii, ex ſanctiſſimi domini noſtri auctoritate, ita cenſuerunt, ut tu pro officii munere, quo iſtic fungeris, adhibita iſtius eccleſiae ſecunda dignitate, de ipſa ſorore Maria Caſtanea diligenter inquiras, & cognoſcas, an trigeſimum aetatis annum excedat. quod ſi ita eſt, etiamſi quintum profeſſionis annum non omnino expleverit, cum ſe adeo utiliter & laudate geſſerit anno ſuperiore, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri te moneo, ut de ſententia ſecundae iſtius dignitatis, quam diximus, deque conſenſu ſuperioris regularis, eandem abbatiſſam ad biennium confirmare velis. Vale in domino. Prid. non. aug. M. D. LXV.

LXII.

Eidem. 18. aug. 1565.

Reverende pater. Iterum ſupplicatum eſt ſanctiſſimo domino noſtro, nomine monialium S. Catharinae, ut, cum, abſentibus abbate & procuratore generalibus ſui ordinis, tantum ſubjectae ſint viſitationi & ſpirituali curae epiſcopi cajetani, negotium confirmationis in abbatiſſam ſororis Mariae Caſtaneae a vicario tantum, & a ſecunda poſt epiſcopalem iſtius eccleſiae dignitate peragatur. quare, ſi res ita ſe habet, ut abbatis & procuratoris generalium abſentium munus iſtic obtineat epiſcopus, mandat tibi ſua ſanctitas, ut, ſi nunc illi abſentes ſunt, omiſſo conſenſu ſuperioris regularis, ſervatis reliquis, quae proximis ad te literis ſervanda proponuntur, iſtam ſororem Ma-

Digitized by Google

riam Caſtaneam, adhibita, quemadmodum diximus, ſecunda dignitate, in abbatiſſam ad biennium confirmes. XV. Kal. ſept. M. D. LXV.

LXIII.

20. aug. 1565.

Archiepiſcopo Tranenſi.

Reverendiſsime domine. Marchioniſſa Corati per ſupplicem libellum expoſuit illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri tridentini concilii, ſe, propter aetatis & valetudinis incommoda, eccleſiam, quae longius abeſt, audiendae miſſae cauſa non poſſe adire, propterea que, ne chriſtianum illud & pium officium intermitteret, curaſſe, ut in aula ſui palatii honeſto & opportuno loco oratorium ad ſacrum miſſae uſum extrueret, quod occluſum & obſeptum tenet, quemadmodum ſacri myſterii, quod ibi paragendum eſt, dignitas poſtulat. cum autem petiiſſet ab amplitudine tua reverendiſſima, ſibi ut concederes, ut in eo oratorio miſſa celebraretur, noluiſſe. itaque, hac cognita petitione, illuſtriſſimi patres ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri reſponderunt, te, ſi ita ſe res habet, quemadmodum expoſita eſt, pio ipſius marchioniſſae ſtudio obſequi debere, vel cauſam perſcribere, quamobrem id minime concedendum exiſtimes. quod ut facias, ſuae ſanctitati juſſu moneo amplitudinem tuam reverendiſsimam: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. XIII. Kal. ſept. M. D. LXV.

LXIV.

Epiſcopo Calvi. (a)

25. aug. 1565. Reverendiſsime domine. Quod ſcribis, archiepiſcopum capuanum teſtari per ſuas literas, a ſanctiſsimo domino noſtro permiſſum eſſe iis, qui parochialem & canonicatum obtinent, ut reſidentes in canonicatu parochiae per vicarium inſerviant, falſum id eſt, & commentitium. nam contra ſua ſanctitas declaravit ex decreto etiam tridentini concilii, ut, obtinentes parochialem & canonicatum, in parochiali reſideant, ex canonicatu autem tantum diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare eos, qui iſtic adduci non poſſunt ad officium reſidendi in parochialibus, ad hujus declarationis praeſcriptum, ex ſanctiſsimi domini noſtri auctoritate, in parochialibus reſidere coget amplitudo tua: cui Deum benignum & propitium precor. VIII. Kal. ſept. M. D. LXV.

LXV.

(a) Fort. *Calvenſi*.

L X V.

Archiepiſcopo Hiſpalenſi.

29. aug. 1565.

REverendiſſime domine. Qui ſanctiſſimo domino noſtro oblatus eſt libellus nomine Joannis & Pauli de Conchilla, cognita ipſius ſupplicis libelli ſententia, eum ad amplitudinem tuam reverendiſsimam mitti juſsit ſua ſanctitas. cupit autem, amplitudinem tuam reverendiſsimam, tota hac re diligenter conſiderata, huc reſcribere, quid ſibi de ea videatur. quare ex ipſius ſanctiſsimi domini noſtri auctoritate, ubi iſtorum oratorum poſtulata cognoverit amplitudo tua reverendiſsima, faciet ejus ſanctitatem primo quoque tempore per literas de ſua ſententia certiorem: quam Deus ſuae benignitatis perpetua gratia proſequatur. IV. Kal. ſept. M. D. LXV.

L X V I.

Archiepiſcopo Bracharenſi.

29. aug. 1565.

REverendiſsime domine. Epiſcopus egitanenſis per ſupplicem libellum petiit ab illuſtriſsimis cardinalibus, quos ad interpretationem difficultatum, quae in decretis ſacri tridentini concilii oriri poſsint, ſanctiſsimus dominus noſter in conſilium adhibuit, an reſidens in ſua epiſcopali ſede liber ſit a reſidentia monaſterii S. Salvatoris de Palma monachorum regularium, quod una cum epiſcopatu obtinet ex diſpoſitione ſedis apoſtolicae; cui etſi ſunt annexae aliquae curatae poſt monaſterii creationem, quae a ſuis vicariis gubernari ſoleant, tamen affirmat, in eo monaſterio nec fontem baptiſmi, nec ullam eſſe animarum curam. itaque illuſtriſsimi patres ex auctoritate ſuae ſanctitatis reſponderunt, ipſum epiſcopum, modo in epiſcopatu reſideat, ſolutum a reſidentia monaſterii, illud retinere, & ejus fructus percipere poſſe. quare, juſſu ſuae ſanctitatis, hortor amplitudinem tuam reverendiſsimam, ut, ſi ita res eſt, epiſcopo egitanenſi (a) iſtius monaſterii nomine nullam moleſtiam afferre velit: cui Deus grata omnia & ſalutaria largiatur. IV. Kal. ſept. M.D.LXV.

(a) *egitanienſi* exempl.

L X V I I.

Epiſcopo Majoricenſi.

31. aug. 1565.

REverendiſſime domine. Declaravit ſanctiſſimus dominus noſter, ut, qui parochialem & canonicatum obtinentes, quemadmodum concilium poſtulat, reſident in parochiali, ex canoni-

A a a 2 catu

catu tantum diſtributiones quotidianas amittant eorum temporum, quibus canonicatui non inſerviunt, & ſi quid praeterea, quod abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, cum presbyter Raphaël de Villa longa reſideat, ut ipſe affirmat, in ſua parochiali eccleſia oppidi de Boniola dioeceſis majoricenſis, ſi ex canonicatu amittit quotidianas diſtributiones, & ſi quid praeterea, ut diximus, quod ad reſidentiam attinet, aut ad reliquorum fructuum, portionum, & emolumentorum perceptionem, nullam amplitudo tua, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, ipſi moleſtiam exhibebit: quam Deus ſervet incolumem. Pridie Kal. ſept. M. D. LXV. (a)

(a) Pogianus noſter, ineunte ſeptembri hujus anni, Roma cum card. Borromaeo, mediolanenſium archiepiſcopo, primam ſynhodum provincialem acturo, Mediolanum profectus, in urbem non niſi mortuo jam Pio IV. reverſus eſt. quo toto tempore nullas cardinalium concilii tridentini interpretum nomine litteras propterea ſcripſit. creato autem pontifice Pio V. die 7. jan. an. 1566. ad ſuum munus, ejuſdem pontificis voluntate, rediit; coepitque rurſus proximo menſe februario ineunte ſcribendis ejuſmodi litteris operam dare, his ſcilicet, quae ſequuntur. Vide adnotationes ad nuncupatoriam Gratiani epiſtolam, volumini II. praefixam, pag. LIV.

LXVIII.

2. febr. 1566.

Epiſcopo Cluſino, Gubernatori Peruſiae.

REverendiſſime domine. Acta eſt apud illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii controverſia, quam illuſtriſſimus cardinalis peruſinus, epiſcopus iſtius civitatis, habet cum hominibus artis mercaturae & cambii, & quarundam aliarum artium, cauſa viſitationis nonnullorum hoſpitalium. cum igitur iidem illuſtriſſimi cardinales ex publicis ſcriptis proxime cognoverint, in illis hoſpitalibus eſſe eccleſias, in quibus aſsidue divina officia celebrantur, bonaque eorum hoſpitalium implicata eſſe cum bonis aliorum hoſpitalium & eccleſiarum iſtius civitatis, mirati ſunt, quod homines artium reſtiterint, quominus ea hoſpitalia viſitarentur, quemadmodum rei ratio, & utilitas ac neceſsitas poſtulabat. itaque, re ad ſanctiſsimum dominum noſtrum delata, mihi mandavit, ut amplitudini tuae his literis ſignificarem, monendos eſſe a te homines iſtarum artium, ut decem dierum ſpatio, ſublata omni ſpe ulterioris dilationis, apud te proferant ac probent quicquid pro ſuo jure habent in iſta controverſia; quorum rationibus cognitis, eas ad me mitteres, ut, his ad congregationem relatis, id decerni ac declarari poſsit, quod

quod decretis ſacri concilii convenire videbitur. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui Deum benignum & propitium precor. IV. non. febr. M. D. LXVI.

LXIX.

Epiſcopo Caſalenſi. (a) a

2. febr. 1566.

REverendiſsime domine. Relata ad illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii cauſa Margaritae Bobbae, mulieris caſalenſis, quae, quoniam viro ſuo venit in ſuſpicionem adulterii, verita, ne ab eo aliqua vis afferatur, petiit, ut ſibi liceat ingredi monaſterium monialium (b) iſtius civitatis, cenſuerunt, rem committendam eſſe prudentiae amplitudinis tuae; ut, ſi tibi videbitur, ea poſsit introire in aliquod (c) cujuſvis ordinis monaſterium, modo & ejus (d) monaſterii conſtitutiones expreſſe non repugnent, & accedat conſenſus ipſarum monialium & abbatiſſae, nec non miniſtri provincialis, aut alterius earum ſuperioris, & ipſa ſola ſine ancilla in monaſterium ingrediatur, & ſervet clauſuram, & reliquam vivendi rationem, quam ipſae moniales obſervant, & ibi ſit quam diu tibi viſum fuerit durare cauſam, quamobrem ingreſſa ſit: &, ſi inde ſemel exierit, nunquam poſtea in idem monaſterium redire liceat. quare ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, qui mihi hanc ſuo nomine ſcribendi facultatem dedit, prudentiam tuam de re admonendam putavi: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. IV. (e) non. febr. M. D. LXVI.

(a) al. *Alexandrino*.
(b) al. *monialium Annunciatae ordinis S. Auguſtini*.
(c) al. *iſtud monaſterium &c.*
(d) al. *ipſius*.
(e) al. XVII. *Kal. jul.*

L X X.

Archiepiſcopo Rhegino.

2. febr. 1566.

REverendiſsime domine. Quod monachi S. Baſilii de eo conqueſti ſunt apud illuſtriſsimos cardinales ſacri concilii, quod amplitudo tua viſitare velit eorum monaſterium, cum ipſi ſibi perſuadeant, quia regulares ſunt, non niſi a patribus ſui ordinis, qui ei muneri praepoſiti ſunt, viſitari poſſe, iidem illuſtriſsimi patres ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri reſponderunt, debere amplitudinem tuam ſuperſedere iſta viſitatione, intereaque de eo jure, quod te habere credas viſitandi eos monachos, me, cui ſanctiſsimus dominus noſter hanc ſuo nomine

ne ſcribendi facultatem dedit, quamprimum admonere: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. IV. non.
a febr. M. D. LXVI. (a)

(a) De eadem monachorum S. Baſilii cauſa ſcriptum fuit eodem exemplo archiepiſcopo boſſanenſi, & epiſcopis ſquillacenſi, bovenſi, hieracenſi, deinque abbati S. Angeli de Bubola.

LXXI.

22. febr. 1566.

Archiepiſcopo Arborenſi.

REverendiſsime domine. Jampridem ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri declaratum eſt, eos, qui, parochialem & canonicatum obtinentes, reſident in parochiali, canonicatus diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia
a de cauſa non perciperent, amittere tantum debere (a). quare,
b cum presbyter Petrus Corrigia (b), canonicus eccleſiae arborenſis, retulerit ad illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri tridentini concilii, ſe reſidere in prioratu S. Caeni de Bonarcado iſtius dioeceſis, qui habet curam animarum, & diſtributiones quotidianas ſui canonicatus, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa amitterent, non percipere, cenſent iidem illuſtriſſimi patres ſacrae congregationis, eum, ſi ita eſt, quemadmodum expoſuit, nec canonicatu nec reliquis ejus fructibus privari debere. Deus amplitudinem tuam ſervet incolumem. VIII. Kal. mart. M. D. LXVI.

(a) al. *debere; reliquos autem canonicatus fructus ſuos facere poſſe*.

(b) al. *Corriga*.

LXXII.

a

Epiſcopo (a) Boſſanenſi.

22. febr. 1566.

REverendiſsime domine. Ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri jam diu declaratum eſt, eos, qui, parochialem & canonicatum obtinentes, reſident in parochiali, canonicatus diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, amittere tantum debere, reliquis autem canonicatus fructibus privandos non eſſe. quare, cum presbyter
b Alphonſus Ruiz (b) retulerit, ſe reſidere in parochiali oppidi de
c Culleri (c) dioeceſis boſſanenſis, neque recuſare, quominus amittat diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, canonicatus, quem obtinet in eccleſia

(a) al. *Archiepiſcopo N.* (b) al. *Royz*. (c) al. *Cullen*.

ſia boſſauenſi, quod attinet ad reliquos ejuſdem canonicatus fructus, ex declaratione ſanctiſsimi domini noſtri amplitudo tua nullam ei moleſtiam exhibere debet: cui Deum propitium precor. VIII. Kal. mart. M. D. LXVI.

LXXIII.

Archiepiſcopo Arborenſi.

2. mart. 1566.

REverendiſsime domine. Petiit ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii presbyter Petrus Corrigia (*a*), *a*
an reſidens in prioratu, qui habet curam animarum, una cum canonicatu, cujus diſtributiones quotidianas amittat, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, poſsit etiam retinere ſimplex quoddam beneficium, quod appellant (*b*) de *b*
Organis, dioeceſis arborenſis: qui reſponderunt, poſſe, modo ſimplici beneficio per alium inſerviat. id (*c*) ſi ita eſt, nul- *c*
lum ei ſimplicis iſtius beneficii cauſa impedimentum afferat (*d*) *d*
amplitudo tua: quam omnipotens Deus tueatur. VI. non. mart. M. D. LXVI.

(*a*) al. *Lorrige*.
(*b*) al. *appellat*.
(*c*) al. *ſed*.
(*d*) al. *afferret*.

LXXIV.

Eidem.

2. mart. 1566.

REverendiſsime domine. Jam antea ſcriptum eſt amplitudini tuae & aliis iſtius inſulae epiſcopis, eos, qui parochialem & canonicatum obtinent, ſi in parochiali reſideant, ex canonicatu diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, amittere tantum debere, reliquos canonicatus fructus ſuos facere poſſe. quare, cum preſbyter Michaël Murgia retulerit in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, qui explicandis dubitationibus, quae ex decretis ſacri tridentini concilii oriri poſſunt, a ſanctiſsimo domino noſtro praefecti ſunt, ſe reſidere in parochiali villae de Neoneli dioeceſis S. Juſtae, cujus tu es epiſcopus, & non recuſare, quominus ex canonicatu, quem habet in eccleſia S. Juſtae, amittar illud, quod ſanctiſsimus dominus noſter, quemadmodum dictum eſt, declaravit amittendum eſſe, ſi ita res ſe habet, ut iſte presbyter Michaël expoſuit, quod attinet ad canonicatum & reliquos ejus fructus, amplitudo tua illi moleſta eſſe non debet: quam Deus ſervet incolumem. VI. non. mart. M. D. LXVI.

LXXV.

Digitized by Google

LXXV.

9. mart. 1566.

Epiſcopo Boſſanenſi.

REverendiſſime domine. Quod presbyter Gavinus Sarrovira retulit ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii, cum ipſe tres canonicatus dignitate pares obtineat, algarenſem, biſarchienſem, & boſſanenſem, an reſidens in eccleſia algarenſi, cui eſt unita eccleſia biſarchienſis, & utrique canonicatui deſerviens, poſſit retinere etiam boſſanenſem canonicatum, amittens tantummodo ex eo quotidianas diſtributiones, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, illuſtriſſimi cardinales reſponderunt, poſſe. itaque, quod ad retinendum a canonicatum boſſanenſem attinet, & ad reliquos fructus (a), nihil ei moleſta erit amplitudo tua: quam Deus ſalvam conſervet. VII. id. mart. M. D. LXVI.

(a) al. *canonicatus fructus*.

LXXVI.

16. mart. 1566.

Cardinali Palaeotto.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine. Petierunt a ſanctiſſimo domino noſtro per ſupplicem libellum monachi congregationis montis Oliveti, ut ſibi liceat aedificare monaſterium in parochia, quae eſt in oppido S. Agathae bononienſis dioeceſis. quorum petitionem ſua ſanctitas rejecit ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii; qui, re audita, de ea ad amplitudinem tuam illuſtriſſimam ſcribendum eſſe, & ſupplicis libelli ipſorum monachorum exemplum mittendum cenſuerunt, ut de voluntate ſua nos faceret certiores, &, ſi forte (a) quid eſſet, a quam ob cauſam res ei minus probaretur, rationem etiam afferret, ut, cognita ejus ſententia, quid agendum ſit deliberare ac melius ſtatuere poſſint. Deum precor, ut amplitudinem tuam illuſtriſſimam caeleſtium donorum ubertate locupletet. XVII. Kal. b apr. (b) M. D. LXVI.

(a) *fortaſſe* exempl. (b) fort. *maji*.

LXXVII.

5. apr. 1566.

Archiepiſcopo Arborenſi.

REverendiſſime domine. Presbyter Sebaſtianus Mayali archipresbyter eccleſiae S. Juſtae, per ſupplicem libellum ſignificavit illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, eccle-

cleſiam S. Juſtae, unitam eccleſiae arborenſi, adeo eſſe deſtructam, ut nullus ſibi in ea reſidendi locus relictus ſit: propterea petere, ut, niſi recipiatur in arborenſem eccleſiam, ubi ſuo archipresbyteratus officio fungatur, reſidens in boſſanenſi canonicatu, quem obtinet, poſſit percipere fructus ſui archipresbyteratus, exceptis quotidianis diſtributionibus, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. ea petitio honeſta viſa eſt illuſtriſſimis cardinalibus. itaque cenſuerunt, ut amplitudo tua, ſi res ita ſe habet, quemadmodum expoſita eſt, quod attinet ad poſſeſſionem & reliquos fructus archipresbyteratus, iſti presbytero Sebaſtiano Mayali moleſta eſſe non debeat. quod ut ſervet, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri eam moneo: quam Deus incolumem tueatur. Nonis apr. M. D. LXVI.

LXXVIII.
Fpiſcopo Uſellenſi.

9. apr. 1566.

REverendiſſime domine. Audita poſtulatione presbyteri Joannis Concu, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii cenſuerunt, mittendum tibi eſſe exemplum ſupplicis ejus libelli, ut, cognita cauſa, quae ab iſto presbytero expoſita eſt, ſcribas ad nos, quare eum cogere (a) velis, ut eccleſiae tuae amplius inſerviat, cum is nullum in ea ſe beneficium aut officium eccleſiaſticum habere dicat. interea vero, dum haec quaeſtio in congregatione explicabitur, eum ne compellas. quod & ſervabit amplitudo tua, & nos de tota re faciet certiores: cui a Deo bona omnia precamur. V. id. apr. M. D. LXVI.

(a) *cogeri* exempl.

LXXIX.
Epiſcopo Legionenſi.

19. apr. 1566.

REverendiſſime domine. Relata ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri tridentini concilii controverſia presbyteri Franciſci Matthaei, quam habet cum Franciſco Oſorio, & injuria, quam ab eo accepit, viſum eſt eis mittendum eſſe ad amplitudinem tuam exemplum ſupplicis libelli, quo is eam rem expoſuit, ut, ſi ita ſe habet, conſulas iſti presbytero ea ratione, quae tibi ex his, quae ab ipſis illuſtriſſimis cardinalibus proponuntur, commodior & utilior videbitur: nempe, vel concordia conſtituta inter presbyterum & ipſum loci dominum, a quo is ſe injuria affectum fuiſſe narravit, vel, ſi ea reconciliari non

Digitized by Google

poterit, dato iſti presbytero extra ditionem Oſorii, quo ſe ipſum alere poſſit, altero eccleſiaſtico beneficio, vel permiſſa eidem abſentiae facultate tam diu, dum cauſa inimicitiarum ſubeſſe tibi videbitur, ita tamen, ut, eo abſente, vicarium iſti beneficio praeficias, qui eccleſiaſticae curae & officio ſatisfaciat, aſſignata ei ex fructibus beneficii aequa portione. ergo ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, qui mihi ſuo nomine facultatem ſcribendi dedit, amplitudo tua aliquo modo ex his, quos ſcripſimus, iſti incommodo pro ſua prudentia ac pietate providebit: cui Deus utilia & ſalutaria omnia concedat. XIII. Kal. maj. M. D. LXVI.

LXXX.

26. apr. 1566.

Archiepiſcopo Brunduſino.

REverendiſſime domine. Reverendiſſimus dominus epiſcopus
a oſtienſis (a) queſtus eſt apud illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri tridentini concilii, quod amplitudo tua cujuſdam conſuetudinis cauſa eum cogere velit, ut ad metropolitanam eccleſiam quotannis veniat, vel procuratorem mittat, cum tamen tridentinum concilium, quacunque ſublata conſuetudine, id prohibuiſſe videatur. itaque illuſtriſſimi cardinales cenſuerunt, ſcribendum eſſe ad amplitudinem tuam, cum jam is ſynodo provinciali interfuerit, &, quotieſcunque celebrabitur, ei paratus ſit intereſſe, non videri cogendum eſſe, ut iſtuc alia de cauſa venire debeat. ſi quid tamen ſit, quamobrem ipſa jure putet eum
b ad id compellendum eſſe, perſcribat (b) huc ejus rei rationem, & interea ipſi epiſcopo de eo nullam afferat moleſtiam. igitur ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, qui mihi negotium ſuo nomine ſcribendi dedit, ita faciet amplitudo tua: quam Deus ſemper ſua gratia proſequatur. VI. Kal. maj. M. D. LXVI.

(a) Librarii mendum manifeſtum: nec, quin legendum ſit *oſtunenſis*, dubitandum eſt.

(b) *proeſcribat* exempl.

LXXXI.

26. apr. 1566.

Epiſcopo Carthaginenſi.

REverendiſſime domine. Presbyter Antonius de Veraſtegni, obtinens parochialem oppidi Xarquerae iſtius dioeceſis, & canonicatum in eccleſia carthaginenſi, ſi, quemadmodum af-
a firmat, reſidet in parochiali, & ex eo canonicatu (a) & reliquis cano-

(a) Videntur aliquot verba a librario heic praetermiſſa, ut puta haec, *quotidianas diſtributiones, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, amittit, ipſo canonicatu, & reliquis &c.*

canonicatus fructibus privari non debet. ſic enim jam diu a ſummo pontifice ex ſententia etiam tridentini concilii declaratum eſt. quamobrem, ſi ita ſe res habet, quod ad canonicatum attinet, ea amiſſione contenta, quae ſummi pontificis declaratione praefiuita eſt, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, a quo ſcribendi ſuae ſanctitatis nomine facultas mihi conceſſa eſt, nullam iſti presbytero Antonio moleſtiam exhibebit amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. VI. Kal. maj. M.D.LXVI.

LXXXII.

Gubernatori Archiepiſcopatus Toletani. 31. maj. 1566.

Reverende domine. Viſum eſt illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii mittendum eſſe ad te exemplum ſupplicis libelli, qui recitatus eſt nomine presbyteri Andreae Burgoae, rectoris parochialis eccleſiae de Tortuero iſtius dioeceſis, ſimulque te admonendum de eo, quod ipſi patres illuſtriſſimi, re cognita, tibi agendum eſſe cenſuerunt. ſcito igitur, illuſtriſſimis cardinalibus plane conſtare, ſupplicationem reſignationis rite expeditam fuiſſe, & ab ipſo Burgoa, atque a procuratoribus Gundiſalvi ex formula ejus mandati praeſtitos eſſe conſenſus, hujuſque facti poſtea Gundiſalvum poenituiſſe. quare, cum per ipſum Burgoam non ſteterit, quominus res, ut debuit, conficeretur, videri, eum extra culpam poni debere, praeſertim cum idem, tanquam Gundiſalvi procurator, illam ipſam parochiam nunc reſignet in manibus ſuae ſanctitatis in favorem Andreae Carrerae, vel alterius, qui a ſacra congregatione nominabitur: quam ad reſignationem tranſigendam ei quatuor menſium ſpatium datum eſt. itaque cenſent etiam iidem illuſtriſſimi cardinales, interea dum quadrimeſtre hoc tempus effluat, ſequeſtrum ejus fructuum tollendum, ipſumque, quod ad id attinet, omni moleſtia liberandum eſſe. quid igitur placeat congregationi cardinalium ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, a quo mihi ejus nomine ſcribendi facultas data eſt, ex his literis cognoſcet prudentia tua: cui a Deo ſalutarem incolumitatem precor. Prid. Kal. jun. M.D.LXVI.

LXXXIII.

Cardinali de Burgos. 3. jul. 1566.

Illuſtriſſime ac reverendiſſime domine. Cum illuſtriſſimi cardinales, qui ad interpretationem ſacri tridentini concilii a ſanctiſſimo domino noſtro in conſilium aſſumpti ſunt, ea cogno-

a viſſent, quae a doctore hoc Joanne Guitterez (a) ipſis *expoſita fuerunt* per ſupplicem libellum, ejus exemplum ad amplitudinem veſtram illuſtriſſimam mittendum, ſimulque ipſam de ſacrae congregationis ſententia certiorem faciendam eſſe putaverunt. cenſent b autem, ſi iſtud beneficium ſancti Vincentii della (b) Varquera ſimplex ſit, ita ut neque habeat curam animarum, neque ſit in eccleſia collegiata, neque perſonalem reſidentiam requirat, ipſum Joannem doctorem a concilio minime cogi, ut in eo beneficio perſonaliter reſideat, proptereaque ſolitis ejus beneficii fructibus privandum non eſſe, modo per alium, qui ab ordinario probe- c d tur, eccleſiae inſerviat. quod ſi quid aliud forte (c) ſit, quo (d) amplitudo veſtra illuſtriſſima jure contra ipſum doctorem agi poſſe exiſtimet, ad me, cui ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri haec ſcribendi ſuae ſanctitatis nomine facultas data eſt, ſcribet, ut ad ſacram congregationem referam; & interea pro ſua prudentia ac pietate ipſum Joannem doctorem, quod ad iſtam cauſam attinet, ab omni moleſtia liberum praeſtabit: quam Deus omnipotens omni ſalutarium ac caeleſtium munerum ubertate locupletet. v. non. jul. M. D. LXVI.

(a) Fort. *Guttierrez*.
(b) fort. *de la*.
(c) *fortaſſe* exempl.
(d) *quod* exempl.

LXXXIV.

4. jul. 1566.

Epiſcopo Majoricenſi.

Reverendiſſime domine. Cognitis in congregatione ſacri tridentini concilii iis, quae per ſupplicem libellum a reverendo domino Hieronymo Forteſa, decano & canonico eccleſiae majoricenſis, ſunt expoſita de fructibus & emolumentis ejus canonicatus & praebendae, quibus ſe privatum a capitulo & canonicis tuae eccleſiae conqueſtus eſt, viſum eſt illuſtriſſimis cardinalibus ſacrae congregationis mittendum eſſe tibi exemplum ſupplicis libelli, ſimulque te admonendum, cum huic privationi adverſari videatur caput XIV. ſeſſ. XXIV. ſacri concilii, eſſe partes amplitudinis tuae curare, ut illud caput omnino ſervetur, niſi a forte (a) quid praeterea habeant canonici, quo putent ſuam cauſam jure defendi poſſe: de quo ſacram congregationem certiorem facere debebunt. interea vero, pro ſua pietate, tua amplitudo tota re ſuperſederi jubebit: cui omnia a Deo proſpera & ſalutaria precor. IV. non. jul. M. D. LXVI.

LXXXV.

(a) *fortaſſe* exempl.

LXXXV.

Epiſcopo Caurienſi. 4. jul. 1566.

Reverendiſſime domine. Qui caurienſium canonicorum nomine recitatus eſt ſupplex libellus illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, ejus exemplum illuſtriſſimi patres ad amplitudinem tuam mittendum eſſe cenſuerunt, tibique ſignificandum, ſi vera ſunt, quae ibi exponunt, videri ſanctiſſimo domino noſtro de ſententia ſacrae congregationis, cauſas, quas afferunt, ſatis eſſe juſtas, quamobrem amplitudo tua, ſi modo ad id tuus etiam acceſſerit conſenſus, cum ipſis canonicis diſpenſare poſſit, ut per eos quatuor menſes illis abeſſe liceat. itaque ex ipſius ſanctiſſimi domini noſtri auctoritate, a quo facultas mihi conceſſa eſt, haec ſcripſi ad amplitudinem tuam: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. IV. non. jul. M. D. LXVI.

LXXXVI.

Epiſcopo Caſalenſi. (a) a

Reverendiſſime domine. In congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii recitatus eſt ſupplex libellus nomi- 8. jul. 1566.
ne Bindi Galletti, commendatarii abbatiae Gratiani (b), cujus b
exemplum illuſtriſſimi cardinales ad amplitudinem tuam mittendum decreverunt, & ab ea petendum, ut reſcribat (c), cur ipſum c
Bindum abbatem, cum res ita ſe habeat, quemadmodum (d) ex- d
ponit, cogere velit, ut in ea abbatia reſideat. ergo ex auctoritate (e) ſanctiſſimi domini noſtri, qui mihi poteſtatem conceſſit e
ſcribendi ſuo nomine, ita faciet amplitudo tua: cui a Deo incolumitatem & ſalutem precor. VIII. id. jul. M. D. LXVI.

(a) al. *Papienſi.* al. *N.N.*
(b) al. *Gratiani. Quamobrem, cauſa, quemadmodum expoſita eſt, cognita, iidem illuſtriſſimi cardinales & exemplum ſupplicis ejus libelli ad amplitudinem &c.*
(c) al. *reſcr.* .. *& afferat rationem.*
(d) al. omitt. *quemadmodum exponit.*
(e) al. *auct.* .. *etiam.*

LXXXVII.

Epiſcopo Piſtorienſi. 26. jul. 1566.

Reverendiſſime domine. Expoſitis in congregatione ſacri concilii, & cognitis iis, quae ab amplitudine tua ſcripta ſunt contra Marcum Antonium Georgium, archipresbyterum S.Ma-

S.Mariae, ut vocant, ad Rotundam, propterea quod is non reſi-
deat in parochia Saturnanae iſtius dioeceſis, illuſtriſſimi cardina-
les ſacrae congregationis ipſum archipresbyterum ad dicendam
cauſam ſuam adeſſe juſſerunt. is igitur per ſupplicem libellum
rationes ſuas expoſuit: quem libellum ideo patres illuſtriſſimi
ad amplitudinem tuam mittendum, & eam monendam cenſue-
runt, ut, ſi res ita ſe habet, quemadmodum expoſita eſt, in-
telligas, fuiſſe potius ordinis & officii tui partes omni ope & ope-
ra eniti atque efficere, ut iſtic apoſtolicarum literarum, quibus
permutationis nomine parochialis in archipresbyteri nepotem
translata eſt, auctoritati obediretur, & iſti nepoti, ſi modo ex
praeſcripto tridentini concilii, quemadmodum dicitur, eſſet ido-
neus, poſſeſſio daretur, quam ſinere, eam interverti ſpecie in-
a certi cujuſdam patronatus; quod (*a*) etſi certum eſſet, ejus ta-
b men nulla ratio in permutatione haberi ſoleat (*b*). quod & miran-
tur a te praetermiſſum eſſe, & idcirco cenſent illuſtriſſimi pa-
tres, dum is in poſſeſſionem libere mittatur, fructus parochiae
ſequeſtri nomine deponendos non eſſe, cum per ipſum archipreſby-
teri nepotem non ſteterit, quo minus in parochia reſidens ei in-
ſerviret, & nunc quoque ſe paratum offerat, ſi ſibi poſſeſſio trada-
tur, & reſidere & inſervire. Vale in domino. VII.Kal.aug.M.D.LXVI.

(*a*) Fort. *qui etſi certus eſſet &c.* (*b*) Fort. *ſolet*.

LXXXVIII.

Epiſcopo Gravinenſi.

29. jul. 1566.

Reverendiſſime domine. Mirantur illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii, amplitudinem tuam iſtis hoſpitalibus, quae nec in titulum nec in adminiſtrationem dari dicuntur, propterea que ex verbis decreti tridentini concilii minime cogi poſſe videntur, ut ſeminario contribuant, velle ſeminarii cauſa moleſtam eſſe. quamobrem exemplum ſupplicis libelli, qui iſtorum hoſpitalium nomine recitatus eſt in congregatione ſacri concilii, tibi mittendum cenſuerunt, monendumque te, ut, ſi res ita ſe habet, quemadmodum eſt expoſita, moleſtiam ipſis hoſpitalibus deſinas exhibere, &, quod non jure ab eis exegiſti, reſtituas: quod ſi id jure facere poſſe exiſtimas, mihi per literas afferas rationes, quibus id tibi licere probes, ut ad ſacram congregationem referre poſſim; interea vero a moleſtia iſtis hoſpitalibus afferenda omnino abſtineas. quod juſſu ſanctiſſimi domini noſtri de ſententia ſacrae congregationis faciet amplitudo tua: cui Deum benignum & propitium precor. IV.Kal.aug.M.D.LXVI.

Digitized by Google

LXXXIX.

Archiepiſcopo Ravennati. 29. jul. 1566.

Illuſtriſsime & reverendiſs. domine. Si vera ſunt, quae in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii, nomine iſtius Victoriae Criſpinae neophytae, fuerunt expoſita per ſupplicem libellum, cujus exemplum ad amplitudinem tuam illuſtriſsimam cum his literis, vel, ea abſente, ad ejus generalem vicarium mittendum eſſe cenſuerunt, hortantur iidem illuſtriſſimi patres, ut, ſi illuſtriſsimae amplitudinis tuae, vel ejus generalis vicarii, ſi etiam abbatiſſae & monialium, earumque ſuperioris conſenſus acceſſerit, ipſaque ſola maneat in monaſterio, neque inde exeat, niſi in id monaſterium amplius poſtea non reditura, reliquiſque in rebus omnibus, praeſertim in iis, quae ad clauſuram pertinent, leges ſervet, monialibus propoſitas, eadem amplitudo tua illuſtriſsima, vel ejus vicarius, ſinat, iſtam Victoriam neophytam in eodem monaſterio permanere. quod ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia ipſorum illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ad eam ſcripſi: quam Deus cumulato ſuae gratiae munere proſequatur. IV. Kal. aug. M. D. LXVI.

X C.

Epiſcopo N. (*a*)

Reverendiſsime domine. Cognitis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii iis, quae de viſitatione collegiatae S. Michaëlis iſtius civitatis, & amplitudinis tuae & decani ac capituli nomine, prolata ſunt, iidem (*b*) illuſtriſsimi cardinales cenſuerunt, eam a te, tanquam a ſedis apoſtolicae delegato, viſitari debere, neque viſitationem tuam retardandam eſſe; ea tamen conditione, ut jura ejus collegiatae ſalva ſint in petitorio. ſic faciet amplitudo tua: cui a Deo ſalutem precor. Romae.

XCI.

(*a*) In eod. congreg. Concil. reperitur haec epiſtola pag. 116. nullius certi epiſcopi nomine inſcripta. ſed in alio quodam ejuſdem epiſtolae exemplo, quod a Gratiano habemus, *Epiſcopo Papienſi* inſcribitur. nuſquam autem tempus, quo data eſt, indicatur. eam cum ſequenti conjunxi non aliam ob cauſam, quam quod cum illa in eodem codice conjuncta reperiatur.

(*b*) *idem* utrumque exempl.

X C I.

Epiſcopo Cathanenſi. (a)

REverendiſsime domine. Recitato ſupplici libello archidiaconi cathanenſis de controverſia veſtra in congregatione illuſtriſsimorum patrum, qui explicandis difficultatibus, quae ex varia interpretatione decretorum ſacri concilii oriri poſſunt, a ſanctiſsimo domino noſtro praepoſiti ſunt, cenſuerunt, mittendum tibi eſſe exemplum ſupplicis ejus libelli, ut, ſi res ita ſe habeat, quemadmodum eſt expoſita, reſcribas, quo modo ei proſpici poſsit, ut habeat interea, quibus vitam honeſte tueatur, dum aliqua facultas detur, qua ipſi eidem aliquod beneficium uniri poſſit: & valebis in domino. Romae.

(a) Haec epiſtola omni temporis, quo data eſt, indicio carens, ſcripta videtur aliquanto ante, quam ea, quae, ad hunc eumdem epiſcopum cathanenſem data, proxime ſequitur. ſed in codice congreg. Concilii inter datas anno 1567. reperitur pag. 115.

X C I I.

Eidem.

9. aug. 1566.

REverendiſſime domine. Lectis literis amplitudinis tuae ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, viſis etiam & conſideratis rebus omnibus, & cognitis diligenter rationibus, quas huc miſiſti de ea controverſia, quam habes cum archidiacono cathanenſi, cauſa denique tota diſcuſſa & explicata, relataque ad ſanctiſsimum dominum noſtrum, ſua ſanctitas, de ſententia etiam ipſorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ita decrevit, ut amplitudo tua ipſi archidiacono vel det beneficium eccleſiaſticum, vel permittat exercere juriſdictionem archidiaconatus, quemadmodum antea exercuit, ſed ea conditione, ut, cum ei proviſum fuerit, vel ipſius ceſſione vel morte vacaverit archidiaconatus, in perpetuum poſtea ſublatus eſſe intelligatur. interea vero in ipſa juriſdictione archidiaconatus ſi vel archidiaconus vel ejus miniſtri quicquam injuſte vel perperam egerint, amplitudo tua ſevere in eos animadvertat. qua de re ipſius ſanctiſſimi domini noſtri nomine his literis moneo amplitudinem tuam: cui Deum benignum & propitium precor. v. id. aug. M. D. LXVI.

XCIII.

X C I I I.

Cardinali Infanti. 18. aug. 1566.

ILluſtriſsime & reverendiſſ. domine, domine colendiſſ. Cum fratres carmelitae ulixbonenſes ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii per ſupplicem libellum petiiſſent, ut appellatio ſententiae in ea controverſia latae, quam de priore loco cum aliis duorum ordinum fratribus habent, committeretur, illuſtriſsimi patres eam cauſam minime eſſe committendam cenſuerunt, ſed libellum ipſum ad reverendiſſimam ſerenitatem veſtram mittendum, ſcribendumque, ut ipſa, pro ejus religione ac prudentia, virum deligat idoneum, qui, nulli earum partium ſuſpectus, rationibus omnibus bene cognitis, etiam extra telam judiciariam, pro ſua aequitate rem decidat. quare his literis, ſanctiſſimi domini noſtri nomine, hortor ſerenitatem veſtram illuſtriſsimam, ut ita rem agi & perfici jubeat: quam Deus in dies magis ſuae gratiae muneribus augeat & locupletet. XV. Kal. ſept. M.D.LXVI.

X C I V.

Epiſcopo Civitatis Ducalis. 18. aug. 1566.

REverendiſsime domine. Cognitis in congregatione ſacri concilii iis, quae populus cantalicius conqueſtus eſt de amplitudine tua, interdicti cauſa (a), quod in eccleſiam S. Mariae ordinis fratrum S. Auguſtini edidiſti, propter illam, quam in eccleſia praedicta parieti incluſam narrant cantalicii olim epiſcopi ſtatuam, illuſtriſsimi patres tibi exemplum ſupplicis libelli eorum hominum mittendum cenſuerunt, teque per literas admonendum, ut ex ea eccleſia interdictum interea tollere velis, ac rationes ſcribere, quibus ipſam ſtatuam inde ſummovendam putes; quae cum ab ipſis illuſtriſsimis cardinalibus ſacrae congregationis cognitae fuerint, tum, quid tibi de ea re agendum ſit, perſcribetur. ſic igitur ſanctiſsimi domini noſtri juſſu faciet amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. XV. Kal. ſept. M.D.LXVI.

(a) *ita* exempl.

X C V.

Epiſcopo Callienſi. 22. aug. 1566.

REverendiſsime domine. Qui recitatus eſt in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii ſupplex libellus, presbyteri Pauli Agnelli nomine, ejus exemplum illuſtriſsimi pa-

patres ſacrae congregationis cum his literis ad te *mitti* volue-runt, ut, ſi res ita ſit, quemadmodum exponitur, rationem perſcribas ad nos, quamobrem eum cogere velis, ut vel canonicatu cedat, vel duo iſta ſacella dimittat. quare, ſanctiſsimi domini noſtri juſſu, me de tota re, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, certiorem faciet amplitudo tua: cui Deum propitium precor. XI. Kal. ſept. M. D. LXVI.

XCVI.

24. aug. 1566.

Epiſcopo Bergomati.

REverendiſsime domine. Renunciatum eſt ſanctiſsimo domino noſtro, in eccleſia amplitudinis tuae multos eſſe canonicos, qui, parochias (*a*) habentes, in eis minime reſideant. quae res ejus ſanctitati admirationem attulit & moleſtiam. itaque, de ſententia etiam illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, mandat amplitudini tuae, ut iſtos canonicos, qui parochialibus praeſunt, omnino in illis reſidere cogas. quod ſi aliter adduci non poterunt, ut ſuo fungantur (*b*) officio, ea gravitate poenae, quantacunque tibi ad id opus eſſe videbitur, in eos animadvertas. quod ſi amplitudo tua in eo forte (*c*) connivere, aut remiſsior eſſe voluerit (quod de te minime exiſtimare poteſt ſua ſanctitas), ſcito, eam hujus facti & rationem & poenam a te ipſo repetituram eſſe. id igitur faciet amplitudo tua, quod ipſius ſanctiſsimi domini noſtri juſſu his literis ſcripſi: cui Deus caeleſtium munerum ſalutarem ubertatem largiatur. IX. Kal. ſept. M. D. LXVI.

(*a*) *parochiam* exempl. (*b*) *fungatur* id. (*c*) *fortaſſe* id.

XCVII.

25. aug. 1566.

Vicario Archiepiſcopi Surrentini.

REverende pater. Juſſu ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſsimorum patrum congregationis ſacri concilii, mitto tibi exemplum ſupplicis libelli, qui ſororis Camillae Serſalis nomine in ipſa ſacra congregatione recitatus eſt, teque moneo, ut, ſi res ita ſe habet, quemadmodum expoſita eſt, cures ei reſtituendam dotem, quam iſti monaſterio dederat, cum ingreſſa eſt, unde nunc juſſa eſt egredi. itaque, ut id re efficiatur, pietas ac prudentia tua operam dabit. Vale in domino. VIII. Kal. ſept. M. D. LXVI.

XCVIII.

Digitized by Google

XCVIII.

Cardinali Urbini, Archiepiſcopo Ravennati. 31. aug. 1566.

ILluſtriſsime ac reverendiſſ. domine, domine colendiſsime. Jam diu decretum eſt ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, ut, qui parochialem, & unum vel plures canonicatus obtinent, in parochiali reſidere debeant, canonicatus autem vel canonicatuum quotidianas diſtributiones tantum amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa nou percipperent. quare, cum presbyter Santorus Sandius ſe in parochiali amerina reſidere dicat, ut ex ejus libello, in ſacra congregatione recitato, intelliget, & ex canonicatu ravennati paratus ſit amittere ea, quae a congregatione decreta ſunt, partes erunt illuſtriſsimae ac reverendiſsimae amplitudinis veſtrae minime pati, ipſum presbyterum Santorum a ſuo vicario cogi ad reſidendum in eccleſia ravennati: cui Deus omnia jucunda & ſalutaria concedat. Prid. Kal. ſept. M. D. LXVI.

XCIX.

Archiepiſcopo Tranenſi. 31. aug. 1566.

REverendiſſime domine. Juſſu ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, mitto ad amplitudinem tuam cum his literis exemplum ſupplicis libelli, quod ipſis illuſtriſsimis patribus recitatum eſt nomine monialium tertii ordinis eccleſiae S. Joannis Leanelli iſtius civitatis, eamque moneo, ut, ſi verum eſt, iſtas moniales nunquam profeſſionem emiſiſſe, ex quo ſequitur, ut neque ex decretis ſacri concilii, neque ex bulla ſanctiſsimi domini noſtri cogi poſsint, ut in clauſtra redigantur, eas in iſtam clauſurae neceſſitatem pro ſua prudentia compellere deſinat: quam Deus ſalvam diutiſsime ſervet. Prid. Kal. ſept. M. D. LXVI.

C.

Epiſcopo Jeſenſi. 31. aug. 1566.

REverendiſſime domine. Viſum eſt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, hunc tibi ſupplicem libellum mittendum eſſe, & ſimul per literas a te quaerendum, cur, ſi, quemadmodum expoſitum eſt, iſtud ſacellum vel altare S. Antonii & cura careat animarum & membrum ſit religionis S. An-

tonii viennenſis, ob idque ad tuam juriſdictionem non pertineat (a), praeſertim cum iſte D. Antonius ſe non ſolum tres, ſed decem annos id poſſediſſe dicat, eum cogere velis, ut titulum oſtendat. itaque, ſanctiſſimi domini noſtri juſſu, rationem ad me perſcribes, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, & interea ipſum D. Antonium non impedies, quominus ſacelli fructus percipiat. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Prid. Kal. ſept. M. D. LXVI.

(a) *pert.... cum cogere*, exempl.

CI.

8. ſept. 1566.

Epiſcopo Orioleníi.

Reverendiſſime domine. Cum ab illuſtriſsimis cardinalibus, quos ad interpretationem ſacri tridentini concilii ſanctiſſimus dominus noſter in conſilium adhibuit, jampridem decretum ſit, ut, qui parochialem, & canonicatum vel dignitatem, cui non ſit injuncta cura animarum, ante confirmationem concilii obtineant, in parochiali reſidere debeant, ex canonicatu autem, vel ex ejuſmodi dignitate tantum diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent: idcirco, ſi presbyter Franciſcus Deſpuig, reſidens, ut ipſe affirmat, in parochiali S. Catharinae oppidi Caudet iſtius dioeceſis, paratus eſt amittere ex ſua ſacriſtia orioleníi, quam ſine cura animarum eſſe dicit, totum id, quod a ſanctiſſimo domino noſtro, de ſacrae congregationis ſententia, tali in re decretum eſt, amplitudo tua, pro ſua aequitate & prudentia, eum ad reſidendum in dicta ſacriſtia compellere non debebit. Deus amplitudinem tuam diutiſſime ſalvam & incolumem ſervet. VI. id. ſept. M. D. LXVI.

CII.

8. ſept. 1566.

Epiſcopo Veronenſi.

Reverendiſſime domine. Supplicavit illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii D. Jacobus Gambacurta in hanc ſententiam, quam ex hoc exemplo ſupplicis libelli, qui in congregatione ejus nomine recitatus eſt, cognoſcet amplitudo tua. ſcire autem volunt illuſtriſſimi patres, ſi res ita ſe habet, & eo jure cenſetur, quemadmodum exponitur, quibus adducta rationibus amplitudo tua, quod petit, ei concedendum eſſe non exiſtimet. quare ſcribes ad me omnem ſententiam de

ea re tuam, ut ad ſacram congregationem referre poſſim. Deum precor, ut optatis tuis ſalutariter reſpondeat. VI. id. ſept. M. D. LXVI.

C I I I.
Archiepiſcopo Neapolitano.

25. ſept. 1566.

Reverendiſſime domine. Ex ſupplici libello, quem his literis adjunxi, cognoſcet amplitudo tua quid ab illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, nomine iſtius Annae *Saleghas*, puellae neapolitanae, ſit poſtulatum. itaque, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium ſacrae congregationis, diligenter explorabit & inquiret, an ipſa Anna per vim incluſa ſit in monaſterium. quod ſi ita eſſe compererit, ejus & ingreſſionem in monaſterium, & habitus ſuſceptionem irritam ac nullam eſſe declaret; puellam autem, e monaſterio eductam, apud honeſtam aliquam matronam, aut alibi collocet, ubi tuto & honeſte eſſe poſſit; &, ſi ſororem iſtius Annae, vel quemcunque alium hanc vim ei attuliſſe legitimis probationibus apparuerit, ſevere in eos animadvertat. ſi quid vero ex mille aureis, qui ei, dotis cauſa, ab avia relicti ſunt, detrimenti eorundem culpa factum ſit, ab eiſdem ſarciendum curabit. quicquid autem ea de re ab amplitudine tua actum confectumve fuerit, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, de eo me faciet certiorem: cui diuturnam vitam & ſalutem precor. XVII. Kal. oct. M. D. LXVI.

C I V.
Epiſcopo Ariminenſi.

21. ſept. 1566.

Reverendiſſime domine. Cum ad ſanctiſſimum dominum noſtrum delatum eſſet, amplitudinem tuam vicario tuo parochialem eccleſiam S. Innocentiae de monte Altauro, quae proxime Dominici Stellae morte vacaverat, contuliſſe, neque in eo formam examinis, praeſertim per concurſum, ut dicunt, a ſacro concilio praeſcriptam, adhibuiſſe, mandavit mihi ſua ſanctitas, ut te per literas admonerem, ut vicarium tuum Romam mitteres, quo is ex ejuſdem concilii formula hic examini ſubjiciatur. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus benigno ſuae gratiae munere complectatur. XI. Kal. oct. M. D. LXVI.

CV.

C V.

28. ſept. 1566.

Archiepiſcopo Panormitano.

Reverendiſſime domine. Facit aequitas & prudentia amplitudinis tuae, ut ab illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii minus excuſanda videatur tarditas literarum, quibus tibi reſpondent ad ea, quae ab ipſis proximo anno quaeſiviſti. quam multa enim quamque varia interceſſerint impedimenta, quae & privatarum & publicarum rerum vel deliberationem vel actionem neceſſario diſtinuerint (*a*), optime novit. itaque, cum primum facultas fuit, illuſtriſſimi patres, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, ad eas literas ita tibi reſcribendum cenſuerunt, ut de communi victu inter ipſas moniales omnino ſervetur decretum concilii, praeſertim ea in parte, qua (*b*) diſerte cautum eſt, ne cui moniali propria bona poſſidere liceat. ſi quod tamen legatum moniali relictum ſit, vel aliquid datum donatumve, vel etiam ejus labore vel induſtria partum, id abbatiſſae tantum tradatur, quae ex eo primum monialis ipſius, cujus cauſa acquiſitum eſt, neceſſitati provideat, reliquum conferat ad uſus monaſterii.

Quae ex hoſpitalibus vel aliis piis locis delectae, quoad facultas nubendi data ſit, inſerviunt in monaſteriis, tolerentur (*c*), videlicet, quae hactenus admiſſae ſunt; modo ne moniali cuiquam privatim ſerviant. &, cum ſolemnibus temporibus producentur in publicum, omnes iſtius generis puellae ſimul proceſſionaliter, ut dicitur, incedant, nec ſe comites illis adjungant moniales; eodemque modo ad monaſterium, confecta proceſſione, ſtatim revertantur; &, quam diu ibi fuerint, eandem clauſuram ſervent, ac reliquam vivendi rationem, quae a monialibus obſervatur; & nullas omnino ancillas ſecum habeant, neque ſingulae inde exeant, niſi ea lege, ut in idem monaſterium poſtea non redeant.

Quae virtutis gratia, & addiſcendi alicujus artificii, a tenera aetate educantur in monaſteriis, ut ſuo tempore vel nubant, vel moniales fiant, ſine ancillis ſolae ibi ſint, nec inde niſi non reverſurae egrediantur, & eádem clauſurae ac vivendi lege, qua moniales, teneantur.

Quae (*d*), propter tenues facultates vel inopiam, domi tuto ali non poſſunt, & ea de cauſa, victu a propinquis earum ſuppedi-

(*a*) *deſtin* ... exempl.
(*b*) *quo* id.
(*c*) *tollerentur* id.
(*d*) *Quapropter tenues &c.* id.

peditato, jam collocatae ſunt in monaſteriis, iiſdem legibus, quibus proximae, ſubjectae eſſe intelligantur.

Viduae, quae, viris mortuis, honeſtatis cauſa ſe contulerunt in monaſteria, modo bonae ſint exiſtimationis & famae, legibuſque monialium, quas ſupra diximus, pareant, tolerentur. poſthac nullae hujuſmodi viduae recipiantur, niſi moniales fieri voluerint.

Quae, propinquis & facultatibus deſtitutae, proptereaque ſine dote, nec collocari in matrimonium, nec addici monaſterio poterant, miſericordiae cauſa admiſſae ſunt in monaſteria, tolerentur, modo ſupraſcriptis monialium legibus obediant. nullae autem hujus generis deinceps admittantur.

Quae propter diſſidia maritorum admiſſae ſunt, ſi ſunt extra culpam, & tamen eorum iram pertimeſcant, quam diu eam cauſam ſubeſſe conſtiterit, & ipſae tolerentur: illae vero, quae, probabili ſuſpicione adulterii laborantes, in monaſteria receptae ſunt, ad breve tantum tempus retineantur. in poſterum autem hujus generis mulieres minime recipiantur.

Reliquas nobiles & gradu ſuperiores matronas, quae adhuc admiſſae ſunt in monaſteria, ea lege ferendas eſſe decreverunt, ut omnes ancillas emittant, nec inde ipſae poſſint exire, niſi non rediturae, & clauſuram ſervent, caeteraque omnia, quae monialibus, quod ad clauſuram attinet, ſervanda proponuntur.

Haec ad amplitudinem tuam de toto (e) hoc genere ſcribenda cenſuerunt illuſtriſſimi patres, multum ſane prudentiae ac pietati tuae tribuentes; quibus confidunt te curaturum, ut, quae prohibita ſunt, inviolate ſerventur, quae autem permiſſa, non paſſim omnibus, ſed, delectu adhibito, tantum, quibus oportuerit, concedantur. Deum precor, ut omnibus optatis amplitudinis tuae ſalutariter reſpondeat. IV. Kal. oct. M.D.LXVI.

(e) *todo* exempl.

C V I.

Epiſcopo Ilerdenſi.

11. oct. 1566.

REverendiſſime domine. Praeclarum caput literarum tuarum, quas ad ſanctiſſimum dominum noſtrum nono Kal. junii dederas, magnum ſane ejus ſanctitati & letitiae fructum attulit, & tui amorem commovit, cum te, quod ſemper ſperavit, epiſcopali fungentem officio, non minus exemplo, quam praecepto operam dare cognovit, ut ſacri tridentini concilii decreta ſerventur, in primiſque duo illa, quae maxime iſtic neceſſaria eſſe ſigni-

Digitized by Google

ſignificas. ad reliquas autem earundem literarum partes tibi ſic ordine reſponderi juſſit: Conſultationes, quas ſcribis, ex neſcio quibus dubitationibus, etſi neque a rege catholico, neque a provinciali ſynodo, a qua praecipue mitti oportebat, accepit ſua ſanctitas, tamen, ne propterea executioni concilii mora poſſet afferri, earum explicationes doctori Franciſco Torrenſi, qui ipſas conſultationes tuo nomine reddiderat, dari voluiſſe.

De eo autem quod quereris de iis, qui apoſtolicam ſedem appellarunt, vel etiam ſine appellatione hinc literas impetrarunt, facilem quidem eſſe, ſed lubricam expoſtulationem, multos criminatione comprehendere, neminem nominare: quamobrem eſſe aequitatis tuae nominatim ſcribere quid a quo ſit impetratum, quod concilio adverſetur; cum illud omnino propoſitum ſit ejus
a ſanctitati, ut concilii decreta ab omnibus obſerventur (a).

Mirari praeterea ſe, quod adſcribis de facultatibus, cruciatae cauſa conceſſis; cum illis, quas praedeceſſor fel. mem. Pius IV. conceſſerat, finem praeteritus menſis majus attulerit, & ipſe nemini
b ullam (b) hujuſmodi tribuerit facultatem: itaque debere te & nomina commiſſariorum, qui id commiſerint, & loca, ubi id actum, &, quae ſpeciatim conceſſa ſint, proferre.

Quod vero attinet ad tuam interpretationem ſacri concilii de iis, quibus in forma *dignum* beneficia tribuuntur, cum a Pio IV. pontifice, de ſententia etiam illuſtriſſimorum cardinalium, quos ad interpretandum concilium ipſe adhibuerat in conſilium, declaratum fuerit, neque concilium, quo loco de examine per concurſum faciendo decernit, loqui de reſignationibus, quae in favorem, ut dicitur, fieri ſolent, neque, quae ibi dicuntur, hujuſmodi reſignationibus poſſe convenire: plus in eo ſibi aſſumere prudentiam tuam, quam quantum ei jure permitti poſſe videatur.

De reſignationibus item cum reſervatione tituli, & majoris partis fructuum, quas inculcas ſacri concilii decretis factas eſſe fraudes, non meminiſſe ſe dicit ſua ſanctitas ullam ejus generis a ſe factam eſſe conceſſionem rerum, & in hoc tuas eſſe partes de iis in ſpecie, quae tali in re conceſſa eſſe conſtiterit, ſanctitatem ſuam certiorem facere.

Dilationem vero ad dimittendam unam ex pluribus parochialibus, aut ejus prorogationem, te ſcire vult, hic minime dari, niſi neceſſariis, aut omnino juſtis de cauſis; quod tamen arbitrium ad tuum judicium revocandum non eſſe, quae tua eſt prudentia, ne te quidem judicare exiſtimat ſanctiſſimus dominus no-

(a) *obſervarentur* exempl. (b) *nullam* id.

noſter ; qui, quod ſuperioribus ad amplitudinem tuam literis oſtendit ſe tua cauſa eſſe facturum, in eo propenſum & promptum paternum ejus in te ſtudium & officium ſemper cognoſces. Ego Deum precor, ut amplitudinis tuae ſalutaribus optatis reſpondeat. v. id. oct. M. D.LXVI.

C V I I.

Cardinali Lotharingio. 27. oct. 1566.

ILluſtriſſime & reverendiſs. domine, domine colendiſs. Quo exploratius eſt ſanctiſſimo domino noſtro, amplitudinem tuam illuſtriſsimam nullam requirere excuſationem ſerae hujus reſponſionis ad eas literas, quas ſuperiore anno, communiter cum ſuffraganeis tuis reliquiſque iſtarum eccleſiarum praefectis, fel. mem. Pio IV. pont. max. miſeras, quod, pro tua prudentia ſingulari, & concurſum perturbationum illius temporis, & conſequentes deinceps moleſtias optime noſti, eo magis etiam dolet ejus ſanctitas, ſuo deſiderio celerius ad eas reſcribendi ſatisfieri minime potuiſſe. de tua certe ac provincialium epiſcoporum iſtorum egregia pietate, & conſenſione complectendi tanta cupiditate & alacritate, atque in veſtrorum populorum mores atque uſum inducendi quamprimum ſacri tridentini concilii dogmata ac diſciplinam, etſi nunquam dubitavit, tamen, ut ex veſtris literis cognovit, veſtri memoriam ſumma ſemper charitate fovens, vos mirifice collaudavit. itaque, quoad ejus fieri potuit, maxime etiam ad vos literas urgens, cum primum licuit, vel ardenti ſtudio veſtro ad tam pium tamque neceſſarium opus ſtimulos paterni amoris ſolicitudiniſque adjungendos putavit, teque ipſum in primis, reliquoſque tecum iſtius officii conſortes vehementer cohortandos, ut, quae reſtant ad ſalutaris muneris perfectionem, abſolvatis. neque enim tibi expectanda eſt materies uberior, in quam conferas praeſtantiſſima animi atque ingenii tui bona, quibus iſtam auctoritatem cumulavit Dei benignitas. qua in re, una cum prudentibus epiſcopis, facile praeſtabis magiſtri ſapientiam, paſtoris curam, parentiſque lenitatem, uſum vero lenium atque acrium remediorum, qua excellis providentia, pro tempore & morbi natura, ad exequenda ſacri concilii juſſa adhibebis.

Fuerunt in manibus illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii acta ſynodi rhemenſis; quibus diligenter lectis, relatum eſt de eiſdem ad ſanctiſsimum dominum noſtrum, valdeque ſunt illa probata. veruntamen quaedam in eis animad-

verſa ſunt, de quibus vos admonendos cenſuit ſua ſanctitas, ut ſcripta in margine actorum capitibus iis, quae admonitionem requirerent, e regione reſponderent.

Commotus vero eſt dolore amplitudinis tuae ſanctiſsimus dominus noſter, itemque illuſtriſsimi cardinales, de imminutione, ut ſcribis, rhemenſis provinciae, quam, divinis iſtis muneribus auctam & commendatam, ſartam tectamque praeſtari cuperent. ſed acta res in integrum revocari non facile poteſt; &, tribus vulneribus in rhemenſi corpore factis, propter turbulentos Flandriae motus, alieniſsimum, quod tu minime omnium ignoras,
a tempus eſt (a) adhibendae medicinae: ut periculum ſit, ne, quae ſanare volumus, exulceremus. quamobrem amplitudo tua illuſtriſsima, pro ſua prudentia, iſtum dolorem & querelam majori opportunitati reſervabit.

Veterem regni veſtri ampliſsimi religionem libentiſsime vita
b redimeret ſua ſanctitas; ut & gratiſsima ei ſint, quae ſcribis (b) de commodiore iſtic catholicae fidei ſtatu, & in dies, Deo adjutore, rege in Jeſu Chriſti cauſam incumbente, in primiſque adnitente te, meliora expectet.

Reliqua ſunt monſtra abbatum & epiſcoporum, quae ſanctiſsimi domini noſtri ampliſsimorumque patrum animos & aures incredibiliter vulnerarunt. non ſuppetit, pro hominum flagitio ac ſcelere, expoſtulandi digna vox. coërcenda igitur peſtis, ne ſerpat latius. itaque vehementer petit ab amplitudine tua illuſtriſsima ſua ſanctitas, ut & nomina perſcribas hujuſmodi hominum, & loca, ubi illi ſint. non deerit ratio aut facultas in eos animadvertendi, quemadmodum jam animadverſum eſt in alios, ejuſdem flagitii reos.

Haec, juſſu ſanctiſsimi domini noſtri, ad amplitudinem tuam illuſtriſsimam ſcripſi. de me autem ei polliceor ac defero perpetuum ſtudium & obſervantiam meam, Deumque precor, ut ejus optata & actiones ſemper ſalutaribus ſuae gratiae muneribus proſequatur. VI. Kal. nov. M. D. LXVI.

(a) *Voculam eſt*, quae mihi neceſſaria videtur, omittit exempl.

(b) *ſcribitis* exempl.

CVIII.

a

Archiepiſcopo Rhegino. (a)

31. oct. 1566.

REverendiſsime domine. Cum illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii recitatus eſſet hic ſupplex libellus, eum ad amplitudinem tuam mittendum eſſe cenſuerunt, tibique

(a) al. *Rhegienſ.*

Digitized by Google

bique ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri mandandum, ut cures, ut ipſe jeracenſis (*b*) epiſcopus primum ex ſua & capituli ſui menſa, quemadmodum ex concilio tridentino debet, contribuere incipiat ſeminario, tuncque alios ſuo exemplo contribuere cogat; taxationem vero prioris ſancti Stephani (*c*) eadem aequitate ſolutionis, cujus eo in genere probata exempla non desunt, modereris. id igitur, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, recte atque ordine ab ipſo jeracenſi (*d*) epiſcopo efficiendum curabit amplitudo tua: quam (*e*) Deus ſalvam diutiſſime ſervet. Prid. Kal. nov. M. D. LXVI.

(*b*) al. *ſquillacenſi epiſcopus vel ejus vicarius primum &c.*

(*c*) al. *Steph. .. de Nemore.*

(*d*) al. *ſquillacenſi epiſcopo vel ejus vicario efficiendam &c.*

(*e*) al. *cui Deum propitium precor, VI. idus dec. M. D. LXVI.*

C I X.

Epiſcopo Spoletano.

21. oct. 1566.

REverendiſſime domine. Juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, mitto amplitudini tuae libellum, in ipſa congregatione recitatum nomine iſtarum monialium, moneoque, ut, ſi res ita eſt, quemadmodum exponitur, cum ex decretis ſacri tridentini concilii ipſarum monialium juriſdictio ad eam minime pertinere videatur, eas, praeterquam in his, quae ad clauſuram ſpectant, ad ſuam ditionem ac poteſtatem revocare deſinat. ſi tamen in reliquis etiam aliquid juris in illis monialibus habere exiſtimat, me, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, faciet de tota re certiorem, & interim a moleſtia monialibus exhibenda deſiſtet: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Prid. Kal. nov. M. D. LXVI.

C X.

Vicario Archiepiſcopi Biſuntini.

9. nov. 1566.

REverende pater. Cum ad eas literas, quae fel. mem. Pii IV. pont. max. nomine ſuperiore anno ad reverendiſſimum archiepiſcopum biſuntinum ſcriptae fuerunt (*a*), quod omnes ad- mi-

(*a*) Epiſtola, quae heic ſignificatur, reperitur in codice Congreg. concil. pag. 176. b. inter datas menſe februario an. 1566. Pio V. pontifice max. nullum temporis, quo data eſt, indicium praeferens; quam quidem ex hoc loco ad Pii IV. pontificatus tempora pertinere intelligimus. neque eam tamen ſupra recenſui, propterea quod in hanc, ad archiepiſcopi biſuntini vicarium datam, totidem verbi tranſlatam animadverterim.

miratione affecit, nullum adhuc reſponſum allatum ſit, juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, in eandem rationem ad te ſcribo, petoque a te, ut primo quoque tempore ad has literas reſcribas. res autem ſic ſe habet.

b Decanus (*b*) & canonici eccleſiae biſuntinae, expoſitis per ſupplicem libellum difficultatibus ac periculis, in quibus aſſidue verſantur ob imminentem in bona fortunaſque ſuas effraenatam haereticorum cupiditatem, ſi decreto concilii tridentini de paro-
c chialibus parendum ſit, praeſertim (*c*) cum exigui ſint praebendarum fructus, ſe neceſſariis ſumptibus, ac magnis duarum eccleſiarum aedificiis ſufficere non poſſe, affirmant. quare a ſanctiſsimo domino noſtro petierunt, ne decanus & canonici biſuntini, qui parochialem in iſta dioeceſi vel ejus finibus habeant, in canonicatu reſidentes, ac praepoſito ſuae parochiali idoneo & illi populo accepto ſacerdote, modo ipſi tertio quoque menſe viſitent, quam obtinent, parochiam, in parochiali co-
d gantur reſidere, neve ea (*d*) propterea privari poſſint aut ejus
e f fructibus: ut (*e*) latius ex (*f*) eorum petitionis exemplo, quod his literis adjunctum eſt, videre licet. itaque ſententiam hac de re tuam perſcribas, an videlicet illa ſic ſe habeant, ut decanus & canonici expoſuerunt, & an ita longe abſint a cathedralibus parochiales, ut utriuſque officii munere fungi non poſsint, & an ita multi ſint, qui parochialibus praeſunt, ut, ſi in illis potius reſideant, quod ratio videtur poſtulare, in cathedrali cultus divinus magnum detrimentum accipiat, & quanti omnino ſint annui praebendarum & parochialium fructus. nam, tota re ex literis tuis cognita ab eiſdem illuſtriſſimis patribus ſacrae congregationis, & ad ſanctiſſimum dominum noſtrum relata, quid facto opus erit, ſtatuetur. Vale in domino. V. id. nov. M. D. LXVI.

CXI.

(*b*) Hinc incipit epiſtola, ad archiepiſcopum biſuntinum data, de qua proxime dixi, cujus variantes lectiones deinceps adſcribam: quarum prima haec ipſa eſt, quod non *Decanus*, ſed *Decanatus* in ea legitur.

(*c*) al. *exiguis praeſertim exiſtentibus fructibus praebendarum, ſe &c.*

(*d*) Voculam *ea* omittit noſtrum hoc exempl. Addidi ex illo alio.

(*e*) *& ut* exempl.

(*f*) al. *in expoſitionis ſuae exemplo, quod annexum eſt, cernere eſt. itaque, iis cognitis, ejus ſanctitas ex ſententia illuſtriſſimorum cardinalium, qui executioni concilii praepoſiti ſunt, juſſit, me ad amplitudinem tuam literas dare, quibus & ſententiam ea de re tuam exquirerem, & an illa ſic ſe habeant, ut canonici expoſuerunt, cognoſcerem, & an ita longe abſint a cathedralibus parochiales, ut utriuſque officii munere fungi non poſſint, & an ita multi ſint annui praebendarum & parochialium fructus. Quamobrem ab amplitudine tua peto, ut me de omnibus faciat certiorem: cui incolumitatem & ſalutem precor. Romae.*

C X I.

Nuncio Galliae. 9. nov. 1566.

REverendiſſime domine. Juſſu ſanctiſſimi domini noſtri mitto amplitudini tuae ſupplicem hunc libellum, qui in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii recitatus eſt, & a te peto, ut, explorata diligenter & perſpecta re, ſi vicarium pariſienſis epiſcopi in culpa eſſe cognoveris, eum ſuo iſtic vicariatus officio ſtatim privandum cures: ſin vero tibi conſtiterit, epiſcopum ipſum culpae vel auctorem vel aliquo modo participem eſſe, quamprimum me de eo ac tota ſerie facti facias (a) certiorem, ut ad ipſum ſanctiſſimum dominum noſtrum, ex cujus auctoritate haec ad te ſcripſi, referre poſſim. Deus amplitudinem tuam diutiſſime ſervet incolumem. v. id. nov. M. D. LXVI.

(a) *facies* exempl.

C X I I.

Epiſcopo Sarſinatenſi. (a)

REverendiſsime domine. Lectis in congregatione ſacri concilii binis tuis literis de nece rectoris parochialis S. Galgani, 9. nov. 1566. alteris ad ſanctiſsimum dominum noſtrum, alteris ad illuſtriſsimum cardinalem Alciatum datis, reque ad ipſum ſanctiſsimum dominum noſtrum relata, ejus ſanctitas, conſideratis, quae a te afferuntur, rationibus, commota eſt damnis & incommodis, quae populus ac rector iſtius eccleſiae patiuntur, & tuis etiam ea in re precibus obſequendum duxit, praeſertim cum jam ſacrilegi illi, qui nefarium facinus patrarunt, legitimo ſupplicio ſint affecti. Itaque concedit ſua ſanctitas, ut iſta eccleſia S. Galgani, tanto polluta ſacrilegio, una cum coemeterio reconcilietur, ſi prius tamen iſti populo, qui, cum impio ſceleri obviam ire poſſet, & id facere neglexerit, culpam minime levem ſuſcepit, ea, quam pietas & prudentia tua accommodatam cenſuerit, publica injungatur poenitentia. Deum precor, ut te ſalvum & incolumem ſervet. v. id. nov. M. D. LXVI.

CXIII.

(a) *Sarſinatenſ* exempl.

Digitized by Google

C X I I I.

23.nov. 1566.

Archiepiſcopo Urbinati.

REverendiſſime domine. Quae controverſia ſit epiſcopo callienſi cum presbytero Paulo Aguello, coguoſces ex ſupplici libello (*a*) ipſius presbyteri, & ex literis epiſcopi, quas juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, cum his literis mitto ad amplitudinem tuam. itaque, cum tota eorum lis in eo verſetur, an duae illae eccleſiae, quas iſte callienſis canonicus poſſidet, ſint parochiales nec ne, &, quod alter affirmat, alter omnino neget (*b*), neque hic, uter verum dicat, certo ſciri poſſit, amplitudo tua, admonito prius epiſcopo de tota re, pro ſua prudentia & aequitate, diligenter inquiret, &, quod verum eſſe compererit, de eo me, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, faciet certiorem. Deum precor, ut amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. IX. Kal. dec. M. D. LXVI.

(*a*) Vide epiſt. *Qui recitatus* d. 22. aug. 1566. (*b*) *negat* exempl.

C X I V.

23.nov. 1566.

Epiſcopo Ilerdenſi.

REverendiſſime domine. Etſi cardinales illuſtriſſimi congregrationis ſacri concili ſibi perſuadent, optime ſcire amplitudinem tuam, eos illegitimos, qui & patre orbati ſunt, & beneficia obtinuerunt ante confirmationem tridentini concilii, non teneri eo decreto, quo prohibentur filii preſbyterorum habere beneficia in eccleſia, in qua pater, & propterea minime vereantur, quin hunc Michaëlem in eo, quod is timere videtur, ab omni moleſtia ſecurum praeſtes; tamen, quod idem a ſacra congregatione ſuppliciter petiit, ſibi ut ea in re caveatur, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri miſſo hoc ſupplici libello ad amplitudinem tuam, haec ſcribenda cenſuerunt, & ab ea petendum, ut, ſi res ita ſe habet, quemadmodum expoſita eſt, huic Michaëli nullam propterea moleſtiam exhibeat. Ego Deum precor, ut omnibus tuis optatis ſalutariter reſpondeat. IX. Kal. dec. M. D. LXVI.

CXV.

C X V.

Epiſcopo Majoricenſi.

30. nov. 1566.

REverendiſſime domine. Declaratum eſt jampridem a ſanctiſſimo domino noſtro, ut, qui canonicatum & parochialem eccleſiam, ante confirmationem concilii impetratam, obtinent, ſi, quemadmodum ſacrum concilium poſtulat, reſident (*a*) in parochiali, ex canonicatu tantum diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, canonicatu autem ac reliquis canonicatus fructibus minime privari poſſint. quare, cum presbyter Matthaeus Malferit, canonicus majoricenſis & rector parochialis eccleſiae de Manacor ejuſdem dioeceſis, affirmet, ſe in ſua parochiali eccleſia, de qua ante concilium ei proviſum fuit, reſidere, & paratus ſit amittere quotidianas diſtributiones ſui canonicatus, & ſi quid praeterea, quemadmodum diximus (*b*), ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii (*c*), amplitudo tua, quod ad canonicatum praebendamque & reliquos ejus fructus attinet, nullam iſti presbytero moleſtiam exhiberi patietur. Deum precor, ut amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Prid. Kal. dec. M. D. LXVI.

(*a*) *reſidere* exempl.

(*b*) Supple, *abſentes juſta alia de cauſa non perciperent*.

(*c*) *concilii declaratum eſſe ejuſdem ſuae ſanctitatis juſſu amplitudo &c.* exempl.

C X V I.

Epiſcopo Derthonenſi. (*a*)

30. nov. 1566.

REverendiſſime domine. Supplicem libellum (*b*) archipresbyteri Serravallis, in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii recitatum, cum his literis, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia eorundem cardinalium, mitto ad amplitudinem tuam; hortorque te, ut, ſi ea conſuetudo eſt iſtius populi quotannis dandi concionatori piam hanc mercedem quadrageſimalis laboris, jubeas, eos (*c*) manere in officio perſolvendi, quod conſueverunt (*d*): ſin vero idem populus cauſam aliquam affert, quamobrem ſe probet minime id ſolvere debe-

(*a*) al. *Bortbonenſi*.

(*b*) al *libellum nomine Joannis Baptiſtae Spinolae archipresbyteri &c.*

(*c*) al. *eos homines*.

(*d*) al. *haĉtenus ſoliti ſunt*.

Digitized by Google

e debere (*e*), de ea, ut ad ſacram congregationem referre poſ-
f ſim, me facias (*f*) certiorem. Deum precor, ut te perpetua ſua
g gratia proſequatur. Romae. Prid. (*g*) Kal. dec. M. D. LXVI.

(*e*) al. *debere, aut ipſum archipreſbyterum, alioſve in concionatorem iſtam impenſam facere oportere, de ea &c.*

(*f*) al. *facies*,

(*g*) al. omitt. cum reliquis.

C XVII.

8. dec. 1566.

Archiepiſcopo Neapolitano.

Reverendiſſime domine. Quod amplitudinis tuae nomine quaeſitum eſt ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, quoties ſit exploranda voluntas earum virginum, quae ſe Deo dicarint, de eo ſic tibi reſpondendum cenſuerunt, bis id faciendum eſſe, ſemel cum illae ſumere volent habitum regularem, iterum cum profeſſionem emittent. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem tueatur. VI. id. dec. M. D. LXVI.

CXVIII.

8. dec. 1566.

Generali Ordinis S. Hieronymi in Hiſpania.

Reverende pater. Expoſitis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, qui interpretationi ſacri concilii praepoſiti ſunt, tuo nomine dubitationibus, quae ſuper decretis ejuſdem
a concilii, iſtius ordinis cauſa, cui praees (*a*), tibi oriebantur, cenſuerunt, ad eas dubitationes ſic eſſe reſcribendum, ut, e regione ſingularum quaeſtionum, in margine, quemadmodum vides, reſponſum apponatur, ſacrae congregationis nomine. has etiam ad te literas, quibus ita rem actam eſſe teſtaremur, adjungendas putavimus. Vale in domino. VI. id. dec. M. D. LXVI.

(*a*) *preces* axempl.

C XIX.

8. dec. 1566.

Nuncio Veneto.

a Reverendiſsime domine. Superiore (*a*) anno expoſita eſt in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii controverſia, quae erat veneto patriarchae cum fratribus S. Salvatoris iſtius urbis. itaque illuſtriſſimi patres ea de re ad illuſtriſſimum

(*a*) Annum *ſuperiorem*, non proximum 1565. ſed, qui praeceſſerat, 1564. intellige. Vide epiſt. *Cum hic actum* d. 2. dec. 1564. Cicero in Catil. I. c. I. *Quid proximo, quid ſuperiore nocte egeriſ... quem noſtrum ignorare arbitraris?*

ſimum cardinalem vercellenſem, qui tunc iſtic erat ſedis apoſtolicae legatus, ſcribendum cenſuerunt, ut, cognita diligenter cauſa & ipſius patriarchae & conventus, in primiſque an conventus eſſet caput ordinis, de omnibus accurate reſcriberet; interea vero curaret, ut nihil novaretur. verum, cum propter eas perturbationes, quae poſtea interceſſerunt, res ad exitum perduci minime potuerit, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium ſacrae congregationis, ad amplitudinem tuam ſcribo, ut eandem rem eodem modo cognoſcas, cureſque, nihil ut ea in cauſa novetur; totoque negotio perſpecto, me, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, facias certiorem. Deum precor, ut omnibus tuis optatis ſalutariter reſpondeat. VI. id. dec. M. D. LXVI.

CXX.

Cardinali Infanti.

8. dec. 1566

ILluſtriſſime & reverendiſs. domine, domine colendiſſime. Cum in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, qui ad interpretationem ſacri tridentini concilii a ſanctiſſimo domino noſtro in conſilium aſſumpti ſunt, hujuſmodi querelae de miniſtris & officialibus illuſtriſſimae amplitudinis tuae haberentur, quod illi, praetextu decreti ſacri concilii, quo ſtatutum fuit, ut diſpenſationes matrimoniales gratis concedantur, ſanctiſſimi domini noſtri iſtic collectorem uſitatas taxas accipere prohibuerint earum diſpenſationum, quas amplitudo tua illuſtriſſima, pro facultatibus ſibi ab apoſtolica ſede conceſſis, dare conſuevit, ſane mirati ſunt illuſtriſſimi patres, tantum eos ſibi auſos arrogare, ut concilii decreta interpretari velint, quam facultatem uni hujus ſanctae ſedis auctoritati reſervatam ignorare non dabuerunt. quod autem ad id concilii decretum attinet, ut amplitudini tuae illuſtriſſimae pro ſua prudentia notum eſſe ſibi perſuadent, minime eo comprehenditur illa merces, quae pro expeditione literarum collectori ſanctiſſimi domini noſtri jure debetur, quaque, cum is ſibi impoſiti oneris laborem impenſamque ſuſtineat, niſi injuſte fraudari non poteſt. quamobrem ad amplitudinem tuam illuſtriſſimam, pro ſui officii munere, proque communis ſacrae congregationis in ipſam ſtudio & amore, ſcribendum eſſe, ab eaque petendum cenſuerunt, ut, ſublatis iis, quae ab iſtis miniſtris de hac re decreta fuerant, omnium diſpenſationum, quas ipſa jure apoſtolicae legationis concedet, compoſitionibus exceptis, taxas bullarum, quemadmodum ſolvebantur, antequam iſtud miniſtri

Digitized by Google

attentaſſent, perſolvi jubeat. quod ut ipſam, quae eſt ejus aequitas, facturam eſſe non debitamus, ſic Deum precamur, ut ei utilia omnia & ſalutaria largiatur. VI. id. dec. M. D. LXVI.

C X X I.

Archiepiſcopo Materenſi.

8. dec. 1566.

REverendiſſime domine. Qui recitatus eſt in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii ſupplex libellus amplitudinis tuae nomine, eum illuſtriſſimi patres ad te mittendum, & de iſto Petro Antonio Putiniano, quod petis, remedium ſic in praeſentia, ex decretis etiam concilii tridentini, dandum cenſuerunt, ut, ſi dictae militiae actu non
a inſervit, & intra ejus ſepta (a) ac domos non reſidet, ſubque ejus obedientia non vivit, praeſcribas eidem idoneum tempus pro-
b bandae (b) legitimae ſuae & ſecundum regulam dictae militiae profeſſionis: qui ſi intra illud temporis ſpatium, ab amplitudine tua ei praeſcriptum, ſe ita legitime profeſſum minime probarit, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia ipſorum cardinalium ſacrae congregationis, ita contra iſtum Petrum Antonium tibi agere liceat, quemadmodum, antequam iſtam religionem, in quam ſe ingreſſum dicit, ſuſceperat, agere licuiſſet. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus omnipotens ſalvam & incolumem diutiſſime ſervet. VI. id. dec. M. D. LXVI.

(a) *ſcepta* exempl. (b) *probandae* id.

C X X I I.

Epiſcopo Adrienſi.

22. dec. 1566.

REverendiſſime domine. Afferetur ad te commiſſio diſpenſationis matrimonii Herculis de Carariis & Iſabellae de Delaius, hominum iſtius dioeceſis, qua tibi praecipitur, ut in tuum vicarium animadvertas. verum ſanctiſſimus dominus noſter has praeterea ad te literas dari voluit, ut, ſi ipſum vicarium, quemadmodum expoſitum eſt, in culpa eſſe compereris, ſevere pu-
a nias; de (a) quo etiam poenae genere, quo eundem coërcueris, me, ut ad ejus ſanctitatem referre poſſim, facias certiorem. Quoniam vero Rochus quidam Cataneus venit etiam ipſe in ſuſpicionem ſocietatis iſtius culpae, quippe qui Romam miſerit priores illas literas, veritati contrarias, propterea mitto etiam tibi caput

(a) Fort. *deque etiam &c.*

pnt binarum ejus literarum, quas de eo negotio ſcripſit; ut diligentius inquiras, an ipſe quoque ſit ejuſdem facti particeps: qui ſi ſit, de ipſo etiam, ſi ex tuis ſubditis ſit, pro tuo jure poenas ſumas. ſin vero fuerit alienae ditionis (*b*), pro delegata tamen tibi a ſanctiſſimo domino noſtro juriſdictione, eum, qua jure poteris, poena afficias. Deum precor, ut amplitudinem tuam ſervet incolumem. XI. Kal. jan. M. D. LXVI. b

(*b*) *ditionis* id.

CXXIII.

Epiſcopo Feretrano.

22. dec. 1566.

Reverendiſſime domine. Ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, haec ad te ſcribo, ut, ſi, quod in ſupplici libello, quem his literis incluſi (*a*), iſtius presbyteri Vincentii Bartholi nomine expoſitum eſt, per quadraginta continuos annos duas iſtas parochiales eccleſias, tanquam (*b*) unitas, uni ſemper ſine diſpenſatione collatas eſſe, legitimis probationibus conſtiterit, ipſum quoque presbyterum Vincentium duas iſtas parochiales eccleſias poſſidere, uti hactenus fecit, patiaris. Deum precor, ut amplitudinem tuam tueatur. XI. Kal. jan. M. D. LXVI. a b

(*a*) al. *includo*. (*b*) *tamque* exempl.

CXXIV.

Archiepiſcopo Taurinenſi.

22. dec. 1566.

Reverendiſſime domine. Accipiet amplitudo tua cum his literis exemplum ſupplicis libelli, qui recitatus eſt in congregatione illuſtriſs. cardinalium ſacri concilii, iſtius Bernardini Calvi praepoſiti nomine; ſimulque ex ipſis literis intelliget, quid de eo, ex formula decreti de ſeminariis, jam diu in congregatione facti, illuſtriſſimi patres ad te ſcribendum cenſuerunt (*a*). id autem hujuſmodi eſt. ſi bona, ſita in dioeceſi taurinenſi, proprie ſint attributa illi ſacello ejuſdem dioeceſis, quod tanquam membrum quoddam ſubjectum aut unitum ſit ipſi praepoſiturae, in dioeceſi caſalenſi ſitae, neque conſtet, eadem bona illi praepoſiturae addicta prius fuiſſe, quam ibi in eis ſacellum aedificaretur, debere Calvum praepoſitum contribuere ad ſeminarium amplitudinis tuae pro iis tantum bonis, quae poſita ſunt in tua dioeceſi: nec a

(*a*) al. *cenſuerint*.

Digitized by Google

te ab eo quicquam poſſe exigere pro aliis bonis ejuſdem praepo-
b c ſiturae, quae jam (*b*) poſſidet. quod ſi plus ab eo forte (*c*) exe-
geris, quam poſtulet haec rata bonorum, id eidem reſtitues.
d ſic igitur faciet amplitudo tua: niſi forte vel aliter ſe res ipſa (*d*)
haberet, vel aliud eſſet, quod jure defendi poſſet; de quo me fa-
e ciet certiorem; interea tamen nullam ei moleſtiam exhibeat (*e*):
f quam Deus ſalutari caeleſtium bonorum ubertate (*f*) locuple-
g tet. Romae. XI. (*g*) Kal. jan. M. D. LXVI.

(*b*) al. *dioceſi caſalenſi*.
(*c*) *fortaſſe* exempl.
(*d*) al. *ita ſe*.
(*e*) al. *exhibebit*.
(*f*) al. *ubertates*.
(*g*) al. XV. *Kal. febr.* M. D. LXVII.

C X X V.

4. jan. 1567.

Cardinali Palaeotto.

Illuſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Expo-
a ſita cauſa Leonardi Truchi (*a*), presbyteri albigauenſis, illu-
ſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii eo modo,
b quem ex ejus ſupplici libello cognoſcet amplitudo veſtra (*b*) il-
luſtriſſima, ita cenſuerunt, ut, ſi is intra quatuor menſes, a XII.
die decembris 1566. numerandos, alteram ex duabus iſtis pa-
rochialibus eccleſiis non dimiſerit, poenas ſubeat, a ſacro tri-
dentino concilio conſtitutas. Deus amplitudinem veſtram il-
c luſtriſſimam (*c*) ſervet incolumem. Romae. Pridie non.
d jan. M. D. LXVII. (*d*).

(*a*) al. *Trucchi*.
(*b*) al. *tua*.
(*c*) al. *tuam*.
(*d*) In cod. Congr. concil. reperitur haec epiſtola pag. 87. b. anno 1566. & pag. 116. anno 1565. ſubſcripta. in noſtro exempl. nulla temporis nota appáret. contuli eam in annum 1567. quod eo anno dies januarii quartus in Saturni diem, hoc eſt in profectionem publicorum tabellariorum, incidit.

C X X V I.

28. jan. 1567.

Epiſcopo Caſalenſi.

Reverendiſſime domine. Accipiet amplitudo tua cum his li-
teris exemplum ſupplicis libelli, qui recitatus eſt in con-
gregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii, iſtius Ber-
nardini Calvi praepoſiti nomine; ſimulque ex ipſis literis intelli-
get, quid de eo ex formula decreti de ſeminariis, jam diu in con-
gregatione facti, illuſtriſſimi patres ad te ſcribendum cenſuerint.
id autem hujuſmodi eſt. ſi bona, ſita in dioeceſi taurinenſi, pro-
pria

prie ſint attributa illi ſacello ejuſdem dioeceſis, quod tanquam membrum quoddam ſubjectum aut unitum ſit ipſi praepoſiturae, in dioeceſi caſalenſi ſitae, neque conſtet, eadem bona illi praepoſiturae addicta prius fuiſſe, quam in eis ſacellum aedificaretur, debere Calvum praepoſitum contribuere ad ſeminarium amplitudinis tuae pro iis tantum bonis, quae poſita ſunt in tua dioeceſi, nec te ab eo quicquam poſſe exigere pro aliis bonis ejuſdem praepoſiturae, quae in dioeceſi taurinenſi poſſidet. quod ſi plus ab eo forte (*a*) exegeris, quam poſtulet haec rata bonorum, id eidem reſtitues. ſic igitur faciet amplitudo tua: niſi forte vel aliter ſe res ipſa haberet, vel aliud eſſet, quod jure defendi poſſet; de quo me faciet certiorem. interea tamen nullam ei moleſtiam exhibebit: quam Deus ſalutari caeleſtium bonorum ubertate locupletet. XV. Kal. febr. M. D. LXVII. *a*

(*a*) *fortaſſe* exempl. In quibuſdam modo verbis differt haec epiſtola ab ſuperiore 124.

CXXVII.

Epiſcopo Imolenſi.

18. jan. 1567.

Reverendiſsime domine. Recitato hoc ſupplici libello in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii, cognitoque eo, quod communiter amplitudo tua & canonici iſtius cathedralis eccleſiae ſcire cupitis, an videlicet pro quotidianis diſtributionibus ipſi canonici ad collegium vel ſeminarium contribuere debeant, reſponderunt: ſi unuſquiſque eorum ex fructibus ſuae praebendae ad collegium vel ſeminarium contribuit, quod attinet ad quotidianas diſtributiones, eos ad iſtas contributiones minime teneri. Deus amplitudini tuae jucunda omnia & ſalutaria largiatur. XI. Kal. febr. M. D. LXVII.

CXXVIII.

Epiſcopo Syracuſano.

25. jan. 1567.

Reverendiſsime domine. Illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii, viſis iis, quae per ſupplicem libellum nomine Petri de Anſalono in ſacra congregatione ſunt expoſita, ejus exemplum tibi mittendum, illudque ſcribendum cenſuerunt, ut iſti Petro tempus idoneum praefinias, quo archidiaconatum reſignare poſsit, modo id temporis ſpatium ſex menſes non excedat. quod faciet amplitudo tua reverendiſsima: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. VIII. Kal. febr. M. D. LXVII.

CCXXIX.

Digitized by Google

CXXIX.

31. jan. 1567.

Epiſcopo Zamorenſi .

PErilluſtris ac reverendiſſime domine. Jam antea perſuaſum erat illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, amplitudinem tuam, ut in caeteris omnibus, ſic in iſto caſu canonicatus & parochiae non diſceſſuram a decretis ſacri tridentini concilii, neque a declaratione ab ipſis illuſtriſſimis cardinalibus ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri facta: id enim poſtulabat ejus pietas & prudentia, quae hic graviſſimorum & ampliſſimorum virorum ore celebratur. cui opinioni quando ejus literae optime reſpondent, valde laetantur, & perilluſtri amplitudini tuae eam, quae debetur, laudem tribuunt. ſed, quoniam
a iſte Bernardinus Vazquez ita ſupplicarat (a), exiſtimari hic minime poterat, eum, quae vera eſſent, non expoſuiſſe. quod quoniam modo cognitum eſt ex literis amplitudinis tuae, ipſum
b duo praeterea (b) curata beneficia obtinere, idque aſtute tunc reticuiſſe, falſoque amplitudinem tuam criminatum eſſe, datum eſt negotium camerae apoſtolicae magiſtratui, ut in ipſum pro modo culpae animadvertat; in quem ipſe etiam illa lege concilii age-
c re (c) poteris, quae adverſus eos, qui plura curata retinent, lata eſt. quod vero ad me attinet, ego viciſſim polliceor perilluſtri amplitudini tuae in omnibus eximiam operam ac ſtudium meum, Deumque precor, ut eam ſalvam & incolumem diutiſſime ſervet. Pridie Kal. febr. M. D. LXVII.

(a) Vide epiſt. 171. *Presbyter Bernardinus* pag. 426.
(b) al. *propterea*.
(c) al. *egere*.

CXXX.

a
1. febr. 1567.

Archiepiſcopo Salernitano. (a)

REverendiſſime domine. Is eſt zelus amplitudinis tuae, qui a religione & pietate proficiſcitur, ut, etiamſi de eo, quod dubitat, minime timendum ſit, tamen ob id ipſum laudari debeat ab omnibus. veruntamen ſciat, bulla fel. mem. Pii IV. pont.
b max. non excommunicari eos, qui concilium non obſervarint (b), ſed dari facultatem epiſcopis illos excommunicandi, qui contradixerint, aut contumaces fuerint; quemadmodum ex XI.
c d ipſius (c) bullae verſu, cujus initium eſt *Mandamus* (d) *autem*, ani-

(a) al. *Panormitano*.
(b) al. *obſervant*.
(c) al. *ejus*.
(d) al. *Mandantes*.

animadvertet. id ita eſſe, ex ſententia illuſtriſſ. cardinalium, qui, ex auctoritate ſanctiſs. domini noſtri, concilium interpretantur, non dubitabit amplitudo tua reverendiſſima: cui ego operam & ſtudium meum deferens, Deum precor, ut ei proſpera omnia & ſalutaria concedat. Romae. Kal. febr. M. D. LXVII.

CXXXI.

Decano Univerſitatis Abulenſis.

8. febr. 1567.

Reverende pater. Studium meum erga conventum collegiumque veſtrum vobis ſemper paratum erit in omnibus, quae juſte fieri poterunt. verum, quod petis, ut, quae facultas ſuſcipiendi gradus vobis regularibus eo in collegio data eſt, extendatur etiam ad ſcholares ſaeculares, quia nulla ratio juſta ſuadet, propterea ſanctiſſimus dominus noſter adduci non poteſt, ut in hoc tuae obſequatur petitioni. quamobrem aequitas & pietas tua, quod concedi non decet, id negari faciliime patietur: cui Deus proſpera omnia & ſalutaria largiatur. VI. id. febr. M. D. LXVII.

CXXXII.

Archiepiſcopo Meſſanenſi.

8. febr. 1567.

Reverendiſſime domine. Etſi olim ab illuſtriſs. cardinale Borromaeo, ex auctoritate fel. mem. Pii IV. pont. max. de ſententia illuſtriſs. cardinalium congregationis ſacri concilii, amplitudini tuae ſcriptum fuit, epiſcopum Maſſae ulubrenſis (a), reſidentem in ſua epiſcopali ſede, propter eam cauſam eſſe liberum a reſidentia ejus decanatus, quem ſine ulla animarum cura obtinet in eccleſia meſſanenſi, teque, illis ipſis literis fidem habentem, paruiſſe non dubitamus, tamen, ut magis etiam credas, hanc eſſe mentem ſacrae congregationis, ego quoque, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia eorundem patrum, ita eſſe his literis ſcribo (b): cui Deum benignum & propitium precor. Romae. VI. id. febr. M. D. LXVII.

(a) al. *ulubenſis*. (b) al. *ſcribo ad amplitudinem tuam*.

CXXXIII.

Epiſcopo Imolenſi.

19. febr. 1567.

Reverendiſsime domine. Recitato hoc ſupplici libello in congregatione illuſtriſs. cardinalium congregationis ſacri concilii, cognitoque eo, quod communiter amplitudo tua & canonici iſtius

iſtius cathedralis eccleſiae ſcire cupitis, an videlicet pro quotidianis diſtributionibus ipſi canonici ad collegium vel ſeminarium contribuere debeant, reſponderunt: ſi unuſquiſque eorum ex fructibus ſuae praebendae ad collegium vel ſeminarium contribuit, quod attinet ad quotidianas diſtributiones, eos ad iſtam contributionem minime teneri. Deus amplitudini tuae jucunda omnia &
a ſalutaria largiatur. Romae. XI. Kal. mart. (a) M. D. LXVII.

(a) al. *febr.*

CXXXIV.
Epiſcopo Imolenſi.

22. febr. 1567.

REverendiſsime domine. Relata in congregatione ſacri concilii poſtulatione fratrum tertii ordinis minorum S. Franciſci, utrum ad ſeminarium debeant contribuere, nec ne, propterea quod amplitudinem tuam ipſorum contributionem urgere affirmant, reſponderunt illuſtriſsimi cardinales, eos fratres, quia ordinis mendicantium ſunt, ad ſeminarii contributionem ex verbis menteque concilii tridentini non teneri. itaque, quod ad iſtam rem attinet, illis moleſta eſſe deſinet amplitudo tua: cui a Deo omnia proſpera & ſalutaria precor. VIII. Kal. mart. M. D. LXVII.

CXXXV.
Nuncio Venetiarum.

22. febr. 1567.

REverendiſsime domine. Cognitis iis, quae hoc ſupplici libello continentur, illuſtriſsimi patres congregationis ſacri concilii eum tibi libellum cum his literis, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, mittendum cenſuerunt, ut, re diligenter perſpe-
a cta, quod (a) tibi juſtum aequumque videbitur, id pro tua pru-
b dentia (b) ſtatuas. quod faciet amplitudo tua: cui proſperam & ſalutarem valetudinem precor. VIII. Kal. mart. M. D. LXVII.

(a) al. *jus & fas de ea poſtulare videbitur &c.* (b) al. *prud... & aequitate.*

CXXXVI.
Epiſcopo Marſicano.

1. mart. 1567.

REverendiſsime domine. Animadverſa facti ratione ex hoc ſupplici libello, quem cum his literis ad te mitto, illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii ita cenſuerunt, ſi res ita eſt, quemadmodum in libello exponitur, ex decretis ejuſdem tridenti-

dentini concilii tibi tanquam (*a*) & viciniori epiſcopo & ſedis apoſtolicae delegato, licere collegiatam iſtam S.Joannis oppidi Celani (*b*) viſitare. Deus amplitudinem tuam ſalvam (*c*) conſervet. Kal. mart. M. D. LXVII. (*d*) *a* *b* *c* *d*

(*a*) al. omitt.
(*b*) al. *Cellam*.
(*c*) al. *ſalvam & incolumem ſervet &c.*
(*d*) al. 1566.

CXXXVII.

Cardinali Borromaeo. (*a*)

a 1. mart. 1567.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine, domine obſervandiſsime. Qui recitatus eſt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii ſupplex libellus nomine praepoſiti S.Torpeti, cum illuſtriſsimae ac reverendiſsimae amplitudini tuae mittendum, ſimulque cum ipſa per has literas agendum cenſuerunt, ut ea ratione iſti rei provideat, quam aequam ipſa judicabit. quod, pro ſua pietate ac prudentia, & omnes optime facturam (*b*) confidimus, & ego ei perpetuam ac ſalutarem felicitatem precor. Kal. mart. M. D. LXVII. *b*

(*a*) *Borrhomaeo* exempl.
(*b*) al. *facturum*.

CXXXVIII.

Epiſcopo Senogalliae. (*a*)

a 1.mart. 1567.

Reverendiſsime domine. Cum in congregatione ſacri concilii relatum eſſet, Thebaldutium ex monte Alboddio ſine vitae periculo reſidere non poſſe in parochiali, quam obtinet in oppido montis Novi, dioeceſis amplitudinis tuae, propter graves inimicitias, quas in illis locis habet, illuſtriſsimi cardinales ſacrae congregationis cenſuerunt ſcribendum eſſe ad amplitudinem tuam, ut, ſi ita eſt, quemadmodum Thebaldutii nomine hic expoſitum fuit, permittat ei, ut in aliquo propinquo loco, ubi tuto eſſe poſsit, commoretur, quam diu tibi ſubeſſe videbitur illa cauſa capitalium inimicitiarum, interea vero parochiae iſti montis Novi inſerviat per idoneum vicarium, a te approbandum, cui aequa fructuum portio, mercedis cauſa, arbitrio tuo, attribuatur. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Romae. Kal. mart. M. D. LXVII.

(*a*) al. *Senegalliae*. al. *Senogaliae*.

CXXXIX.

Gubernatori Marchiae.

3.mar. 1567.

ADmodum reverende domine. Ex hoc ſupplici libello, qui recitatus eſt in congregatione ſacri concilii, cenſuerunt illuſtriſsimi patres, ex decreto ipſius tridentini concilii debere te presbyterum iſtum Scipionem, quem habes in carcere, ſi in dioeceſi camerinenſi deliquit, ad epiſcopum ſuum remittere. ſic igitur facies. qua in re tamen ſi quid habes, quo factum de iſto presbytero tuum defendi jure poſſe exiſtimes, me, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, facies certiorem. Deum precor, ut te ſalvum & incolumem ſervet. Romae. III. non. mart. M. D. LXVII.

C X L.

Cardinali Urbinati.

20.mar. 1567.

a b ILluſtriſſime & reverendiſſime domine mihi (a) obſervandiſſime. Alias (b) ad amplitudinem veſtram illuſtriſsimam ſcriptum eſt, jam diu illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri cenſuiſſe, eos, qui parochialem eccleſiam & canonicatum ante confirmationem concilii tridentini obtinent, utrunque retinere poſſe, ſed debere in parochiali perſonaliter reſidere, ex canonicatu autem diſtributiones quotidianas amittere, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, ſi dominus Hieronymus Diedus, poſſeſſor parochialis eccleſiae, quae dicitur archipresbyteratus S. Fidentii (c) patavinae dioeceſis, in ea parochiali eccleſia vere reſideat, paratuſque ſit iſtius canonicatus & praebendae, quam habet in eccleſia ravennati, diſtributiones quotidianas, & ſi quid aliud percipere non deberet, quemadmodum ſupra dictum eſt, amittere, illuſtriſsima ac reverendiſsima amplitudo veſtra pro ſua aequitate nullam ei in iſta cauſa praeterea moleſtiam afferre debebit: cui ſalutarem proſperitatem a Deo precor. XIII. Kal. apr. M. D. LXVII.

CXLI.

(a) al. *mi*.
(b) Vide epiſt. 98. *Jam diu decretum* d. 21. aug. 1566. pag. 387.
(c) al. *Federitii*.

C X L I.

Epiſcopo Nucerino. 20.mar. 1567.

REverendiſsime domine. Cum monachi Silveſtrini fabrianenſes (a) apud illuſtriſsimos cardinales congregationis *a* ſacri concilii conqueſti eſſent, ſe ab epiſcopo camerinenſi in taxatione ſeminarii ob id gravatos eſſe, quod ab eis plus peteretur, quam quantum pro rata parte ſuorum redituum ſolvere deberent, iidem illuſtriſsimi cardinales amplitudini tuae rem committendam cenſuerunt, ut & de iſtorum monachorum reditibus, & de ea taxatione ſeminarii diligenter inquiras: quibus bene cognitis, an aequa ſeminarii taxatio tibi videatur, ad me, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, perſcribas. quod ita faciet amplitudo tua: cui a Deo incolumitatem & ſalutem precor. XIII. Kal. apr. M.D.LXVII.

(a) al. *fabernianenſes*.

C X L I I.

Epiſcopo Burgi S. Sepulcri. 20.mar. 1567.

REverendiſsime domine. Cognitis iis, quae per ſupplicem hunc libellum expoſita ſunt in congregatione ſacri concilii, illuſtriſsimi cardinales ejuſdem ſacrae congregationis eum libellum tibi mittendum cenſuerunt cum his literis, quibus ſignificant, iſtum dominum Franciſcum Palamedem (a) jure cogi non *a* poſſe, ut alteram ex duabus iſtis eccleſiis dimittat, verum in parochiali eccleſia ſanctae Florae & Lucillae reſidere debere, ex canonicatu autem & praebenda cathedralis iſtius eccleſiae cum annexa parochiali diſtributiones duntaxat quotidianas amittere, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. itaque amplitudo tua, ſi haec ita (b) ſunt, quemadmodum expo- *b* nuntur, iis contenta, quae (c) diximus, nullam praeterea ei in *c* iſta re moleſtiam exhibebit: cui Deum benignum & propitium precor. XIII. Kal. apr. M. D. LXVII.

(a) al. *Palamidem*. (b) al. *iſta*. (c) al. *quas*.

C X L I I I.

Epiſcopo Brixienſi. 20.mar. 1567.

REverendiſsime domine. Illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri jam diu cenſuerunt, eos, qui parochialem eccleſiam & canonicatum

 ante

Digitized by Google

ante confirmationem concilii tridentini obtinent, utrunque retinere poſſe, ſed in parochiali perſonaliter reſidere debere (a), canonicatus autem, cui non inſerviant, diſtributiones quotidianas duntaxat amittere (b), & ſi quid praeterea juſta alia de cauſa abſentes non perciperent. quare, ſi Polydorus de Georgiis vere reſideat in eccleſia ſua parochiali dioeceſis aquilegienſis, & paratus ſit amittere diſtributiones quotidianas canonicatus eccleſiae brixienſis, & ſi quid aliud percipere non deberet, ut ſupra diximus, quod attinet ad reliquos canonicatus fructus, nullam ei afferet (c) moleſtiam amplitudo tua: cui Deus proſpera omnia & ſalutaria concedat. Romae. XIII. Kal. apr. M. D. LXVII.

(a) *debeant* exempl. (b) *amittant* id. (c) *afferret* id.

CXLIV.

Epiſcopo Wurtzburgenſi. (a)

25. mar. 1567. PErilluſtris ac reverendiſſime domine. Confirmarunt eam, quam de te ſpem ſemper habuit ſanctiſsimus dominus noſter, literae amplitudinis tuae, ſeptima auguſti datae, in quibus te pio ſtudio amplecti ac pari fide diligentiaque tueri velle profiteris omnia, quae ſacro tridentino concilio decreta ſunt, & tuum iſtud ſeminarium erigere. egregia ſane profeſsio, digna genere, digna perſona & officio tuo! de indulto vero, quod requiris, cupit ſanctiſsimus dominus noſter obſequi voluntati tuae, modo iis, quos nominarit, dignoſque & idoneos judicarit ſua (b) ſanctitas, dentur tituli beneficiorum, quae vacaverint menſibus ſedi apoſtolicae reſervatis. quod cum multi tui ordinis praelati libenter fecerint, idem perilluſtrem amplitudinem tuam ſumma ſua voluntate facturam eſſe, dubitare nullo modo poteſt ſua ſanctitas: quae in caeteris omnibus, quae perilluſtri amplitudini tuae ejuſque eccleſiae opus fuerint, promptam animi ſui propenſionem & patriam (c) charitatem pollicetur: cui ego a Deo omnia proſpera precor & ſalutaria. Romae. VIII. (d) Kal. apr. M.D.LXVII.

CXLV.

(a) *Vittembergenſi* exempl. Emendavi ex cod. barber. in quo proxime ad veritatem legitur *Vizzeburgenſi*. eſt autem *Wurtzburg* Franconiae urbs, quae rectius *Herbipolis* latine dicitur, ſubeſtque epiſcopo catholico. at vero *Vittemberga*, ſeu *Vitteberga*, quae etiam *Leucorea* appellatur, jam inde a Lutheri defectione, neque epiſcopum neque quidquam rationis cum eccleſia romana habet.

(b) *ſanctitas ſua, detur titulo beneficiorum &c.* cod. barber.

(c) *patriae* exempl. Emendavi ex eodem cod. barber.

(d) Omitt. cum reliquis cod. barber. Eſt item in codice vaticani ſecretioris tabularii aliud hujus epiſtolae exemplum, die XVI. *apr.* datae.

C X L V.

Archiepiſcepo Conſentino. 5. apr. 1567.

REverendiſsime domine. Queſti ſunt apud illuſtriſſ. cardinales congregationis ſacri concilii epiſcopus & vicarius martiranus, amplitudinem tuam, ipſos inhibendo, velle ſe ingerere in omnibus primis inſtantiis eorum dioeceſis. quod cum adverſari videatur ſacro tridentino concilio, iidem illuſtriſſ. patres ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri te admonendum cenſuerunt, ne plus, quam ex decretis ejuſdem concilii hac in re liceat, tibi vendices. ſi tamen jus aliquod habere te exiſtimas, de eo ad me ſcribes, ut ad ſacram congregationem referre poſſim: interea vero nihil in eo illis moleſtiae exhibebis. Deum precor, ut amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Romae. non. apr. M. D. LXVII.

C X L V I.

Epiſcopo Lamacenſi. 10. apr. 1567.

REverendiſſime domine. Relatis ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii iis, quae hoc ſupplici libello continentur, cenſuerunt, mittendum eſſe eum ad amplitudinem tuam una cum his literis, quibus intelliget, videri ipſis illuſtriſſimis patribus, ei canonico, qui dignitatem optaverit, obſtare ſacrum concilium, ſiquidem vult canonicatum ſimul & dignitatem retinere. qua in re tamen ſi canonici, quorum res agitur, ſe (*a*) aliquid (*b*) juris habere exiſtimant, eos audiet (*c*) amplitudo tua, omniaque perſcribet ad me, ut ad ſacram congregationem referre poſſim. ſic igitur faciet, quemadmodum ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri ad eam ſcribo, & in domino diutiſſime valebit. IV. id. apr. M. D. LXVII. *a b c*

(*a*) al. *ſibi*. (*b*) al. *aliquod*. (*c*) al. *audit &c.*

C X L V I I.

Cardinali Palaeotto. 12. apr. 1567.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Quid ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri reſponſum ſit ad ea, quorum explicationem ab illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii poſtulavit amplitudo veſtra illuſtriſſima, videbit in exemplo ſuorum poſtulatorum, quod cum his literis ad eam mit-

a mitto. nam ad ſingula poſtulata (a) item ſacrae congregationis reſponſa in margine apponi placuit. ego Deum precor, ut omnibus optatis amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae ſalutariter reſpondeat. Prid. id. apr. M. D. LXVII.

(a) al. *capita poſtul... ſingula item &c.*

CXLVIII.

12. apr. 1567.

Epiſcopo Cameracenſi.

Reverendiſsime domine. Supplicavit Jacobus Vander illuſtriſsimis cardinalibus, quos ad interpretationem ſacri tridentini concilii ſanctiſsimus dominus noſter in conſilium aſſumpſit, in eam ſententiam, quam ex ejus ſupplici libello cognoſcet amplitudo tua. quare, cum ipſe reſideat, quemadmodum affirmat, in parochiali, quam una cum canonicatu collegiatae S. Martini oppidi alloſtenſis, ante concilii confirmationem legitime obtinuit, & paratus ſit ejus canonicatus amittere diſtributiones quotidianas, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, ex ipſorum illuſtriſsimorum cardinalium ſacrae congregationis ſententia, qui jam diu ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri ita decreverunt, nullum praeterea iſti Jacobo Vander, quod ad iſta duo beneficia attinet, dummodo in dicta parochiali eccleſia perſonaliter reſideat, hac de cauſa moleſtiam exhibebis. Deum precor, ut amplitudini tuae proſpera omnia & ſalutaria concedat. Prid. id. apr. M. D. LXVII.

CXLIX.

12. apr. 1567.

Epiſcopo Marſicano.

Reverendiſsime domine. Cum in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii recitatus eſſet hic ſupplex
a libellus nomine prioris, & conventus domus S. Laurentii (a) de Padula ordinis carthuſianorum, illuſtriſsimi cardinales, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, eundem ſupplicem libellum, nec non decretum ſacrae congregationis, quod jam dudum de contributione ſeminariorum factum eſt, mittendum tibi, ac ſcri-
b bendum cenſuerunt, ut (b) in exactione ſeminarii te ita geras, quemadmodum hoc decreto definitum eſt. quod ſi quid a dictis
c carthuſianis exegiſti contra hujus decreti regulam, id (c) eis reſtituas. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Prid. id. apr. M. D. LXVII.

CL.

(a) al. *Lauretii.* (b) al. omitt. (c) al. *in dict reſtituas &c.*

C L.

Cardinali Borromaeo.

12. apr. 1567.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Queſtus eſt illuſtriſsimus cardinalis Sfortia apud illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii, amplitudinem veſtram illuſtriſsimam & ejus abbatiam S.Chriſtinae nullius dioeceſis, & quae abbatiae ſubjecta ſunt beneficia, viſitaſſe, ipſamque abbatiam ad ſuum ſeminarium contribuere voluiſſe. ac viſitationem quidem, cum ad viciniorem pertineat, fortaſſe ad papienſem epiſcopum
ſpectare exiſtimat: quae (*a*) ſi etiam eſſet officii amplitudinis a
veſtrae illuſtriſsimae, quod ipſe negat, tamen debuiſſe inquit tantummodo abbatiam, tanquam caput, viſitare, non etiam reliqua ipſius membra. itaque patres illuſtriſsimi cenſuerunt, ad eam ita ſcribendum eſſe, ut, quo jure haec facere ſibi licere exiſti-
met, me faciat certiorem (*b*). quare, ut ad ſacram congrega- b
tionem referre poſsim, quibus ipſa nitatur rationibus, ad me per-
ſcribet (*c*) amplitudo veſtra illuſtriſsima; interea (*d*) vero, niſi de c d
ſententia ſacrae congregationis, nullam abbatiae vel ejus bonis moleſtiam exhibebit: quam Deus diutiſsime valentem uberiori in dies caeleſtium donorum gratia proſequatur. Romae. prid. id. apr. M. D. LXVII.

(*a*) al. *quare*.
(*b*) Exitum hujus controverſiae habes in epiſt. *Relatis* d.18. jan.1568.
(*c*) al. *praeſcribet*.
(*d*) al. *atque interea vero ac niſi &c.*

C L I.

Archiepiſcopo Hiſpalenſi.

12. apr. 1567.

Reverendiſsime domine. Supplicem hunc libellum, exhibitum illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, nomine patronorum & officialium hoſpitalis reſurrectionis Chri-
ſti, oppidi Utura (*a*) iſtius dioeceſis, ad amplitudinem tuam re- a
verendiſsimam ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri mittendum, & in hanc ſententiam ſcribendum cenſuerunt: ea verba concilii tridentini cap.IX. ſeſſ.XXII. *niſi ſecus forte in inſtitutione & ordinatione talis eccleſiae ſeu fabricae expreſſe cautum eſſet*, intelligi etiam de eo hoſpitali, quod eadem lege ſit inſtitutum, cum eadem prorſus ratio ſubeſſe videatur: idcirco, ſi res ita eſt, quemadmodum in ſupplici libello expoſita eſt, non poſſe amplitudi-

(*a*) al. *de Utura*.

Digitized by Google

b tudinem tuam ejus hoſpitalis adminiſtratores (*b*) cogere ex dicto cap.ix. ad reddendam ſibi rationem. ſi tamen amplitudo tua aliquid habet, quo hanc coactionem ad ſe jure pertinere exiſtimet, ad me reſcribat, ut ad ſacram congregationem referre poſsim. interea omni moleſtia ſuperſedebit: quam omnipotens Deus ſalvam & incolumem conſervet. Romae. prid. id. apr. M. D. LXVII.

(*b*) al. *adminiſtrationes*.

CLII.

Epiſcopo Derthonenſi. (*a*)

a

15. apr. 1567. REverendiſsime domine. Illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii, viſis iis, quae tuo nomine ſunt expoſita in hoc ſupplici libello, eum ad amplitudinem tuam reverendiſſimam mittendum cenſuerunt una cum his literis, quibus ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri certior fieres, ex citato decreto ſacri tridentini concilii, iſti canonico, de quo ſacram congregationem conſuluiſti, non licere ex canonicatu ad dignitatem aſcendere in ea eccleſia, in qua pater ejus canonicatum alias obtinuit. Deum precor, ut tibi proſpera omnia & ſalutaria largiatur. Romae. XVII. Kal. maj. M. D. LXVII.

(*a*) al. *Berthonenſi*: al. *Berthorenſi*: al. *Viſenſi*.

CLIII.

Epiſcopo Theanenſi.

15. apr. 1567.

REverendiſſime domine. Exhibebitur amplitudini tuae commiſſio diſpenſationis matrimonii in tertio gradu conſanguinitatis inter Proſperum Gallutium & Victoriam Gatulam. qua in re quia non facile credi poteſt, id eſſe verum, quod de bon. mem. theanenſi epiſcopo in ſupplici libello expoſitum eſt, ideo ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, moneo te, ut, cum iſti, qui de ejuſmodi matrimonio ſupplicaverunt, apud te probare volent ea, quae niſi vera fuiſſent, nunquam hic eſſet cum ipſis diſpenſatum, vigiles & diligenter animadvertas tum qualitates tum dicta teſtium, qui examinandi cauſa apud te producentur; ne, quod Deus avertat, aliquo modo falſis teſtimo-
a b niis veritas obſcuretur (*a*). ſic igitur faciet (*b*) amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Romae. XVII. Kal. maj. M. D. LXVII.

CLIV.

(*a*) al. *obſcuraretur*. (*b*) Vide epiſt. *Si res* d. 21. jun. 1567. pag. 425.

C L I V.
Epiſcopo Comenſi. (*a*)

Reverendiſſime domine. Etſi non dubitat ſanctiſſimus dominus noſter, quin amplitudo tua probabili aliqua de cauſa 3.maj. 1567.
ſeminarii in iſta civitate erectionem diſtulerit, tamen, pro ſuo paſtoris univerſalis officio, te meis literis admoneri voluit, ne diutius ſuperſedere velis iſta ſeminarii inſtitutione, ea forma, quae ſacro tridentino concilio praeſcripta fuit. ad quem pii operis neceſſarium effectum primum ipſe contribues pro ea parte fructuum epiſcopatus, quam percipis: deinde eandem (*b*) contri- *b*
butionem ex eadem formula tridentini concilii (*c*) pro rata cujuſ- *c*
que parte exiges ab iis, quibus ſuper iſto epiſcopatu aut penſiones aut quovis alio modo fructus reſervati fuerunt. quinetiam ſeminarii cauſa clero iſtius tuae civitatis ac dioeceſis ſuper eorum beneficiis dimidiam decimam, ſimiliter pro portione ſingulorum fructuum, impones. in ipſo autem ſeminario pro tua prudentia, ut eccleſiaſticis praeceptis & moribus imbuantur, potiſſimum collocabis virorum catholicorum, in iis locis tuae dioeceſis habitantium, quae haereſis labe infecta ſunt, filios, quos ad eccleſiaſticam vitam procliviores noveris. ut vero, quod ad haereſes attinet, omnibus vel periculi vel ſuſpicionis cauſis facilius occurratur, tuam ipſemet dioeceſim frequens viſitabis, & iſto vigilantis paſtoris officio praeripies aſtuta luporum conſilia. quae pro tua pietate diligenter omnia facturum te, confidit ſua ſanctitas; cujus juſſu haec ſcripſi ad amplitudinem tuam: quam Deo gratam diutiſſime valere & vigere cupio. V.non. maj. M. D. LXVII.

(*a*) Hujus epiſtolae exemplum exſtat etiam in codice barberiniano inter epiſtolas, cardinalis Alexandrini nomine datas.

(*b*) *ad eandem* exempl. & cod. barber.

(*c*) *concilii cujuſque parte &c.* exempl. Emendavi ex cod. barber.

C L V.
Epiſcopo Auximenſi. 27.maj. 1567.

Reverendiſsime domine. Exhibito cardinalibus illuſtriſsimis congregationis ſacri concilii hoc, quem leges, ſupplici libello, nomine fratrum eremitarum ſancti Auguſtini montis Caſsiani tuae dioeceſis, illuſtriſsimi patres ita tibi ſcribendum cenſuerunt, ut, ſi ita res eſt, quemadmodum ipſi fratres expoſuerunt, ſcribas ad me rationes, quibus adductus ab eis quar-

tam funeralium velis exigere, ut eas ad ſacram congregationem referre poſsim. interea vero, quod ad iſtam rem attinet, *ipſis* fratribus nullam afferes moleſtiam. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus omnipotens tueatur. Romae. XVI. (*a*) Kal. jun. M. D. LXVII.

(*a*) al. XVII.

C L V I.

24. maj. 1567.

Cardinali Sabello.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine, domine obſervandiſsime. Cognitis iis, quae hoc ſupplici libello, nomine reverendi D. Hieronymi Spinulae, narrata ſunt, illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii nihil de re ſtatuere voluerunt, ſed ipſum libellum & has literas ad amplitudinem veſtram illuſtriſſimam mittendas cenſuerunt, ut ipſa, ſi iſtic adfuerit, ad ea reſcribi jubeat, quae in libello exponuntur, vel, ea abſente, reſcribat ejus vicarius. interea vero gratum erit illuſtriſsimis patribus ſacrae congregationis, ſi iſtic ſuperſedeatur, dum, vel ſuis vel vicarii ſui literis acceptis, vel audita praeſenti amplitudine veſtra illuſtriſſima, ſacra congregatio quid juris ſit cognoſcere & ſtatuere poſſit (*a*). Deum precor, ut amplitudinem veſtram illuſtriſſimam ſalvam & incolumem ſervet. IX. Kal. jun. M. D. LXVII.

(*a*) *poterit* exempl.

C L V I I.

24. maj. 1567.

Cardinali Auguſtano.

Illuſtriſſime ac reverendiſſime domine, domine obſervandiſſime. Juſſu ſanctiſſimi domini noſtri mitto amplitudini veſtrae illuſtriſſimae ſupplicem hunc libellum, & ab ea peto, ut, conſideratis & cognitis, quae in ipſo libello narrantur, videat, an ea ſint vera, quae ſunt expoſita, ac tota de re quid ſibi videatur, mihi, quamcelerrime poterit, perſcribat. ſic igitur faciet amplitudo veſtra illuſtriſſima: cui a Deo ſalutarem proſperitatem precor ex animo. IX. Kal. jun. M. D. LXVII.

C L V I I I.

24. maj. 1567.

Epiſcopo Arretino.

Reverendiſſime domine. Cum expoſita eſſent in congregatione ſacri concilii, nomine civitatis arretinae, quae hoc ſupplici libello continentur, illuſtriſſimi cardinales ſacrae congrega-

Digitized by Google

gregationis ipſum libellum ad amplitudinem tuam mittendum, ſimulque ſcribendum cenſuerunt, primum non prohiberi decretis tridentini concilii, quominus puellae ſaeculares educari poſſint in monaſteriis monialium, modo & non obſtet inſtitutum monaſterii, & de conſenſu ordinarii & abbatiſſae ipſarumque monialium & earum ſuperioris illud ingrediantur, & ab ipſis puellis eadem, quam moniales adhibent, clauſura ſervetur; quae etiam (*a*), ubi ſemel monaſterium intrarint, ſi poſtea egreſſae (*b*) fuerint, in illud amplius non revertantur (*c*): deinde, quod cap. XVI. ſeſſ. XXV. de bonis monaſterio tribuendis vetitum eſſe putas, non pertinere ad eas puellas, quae educationis cauſa vivunt in monaſteriis, ſed ad eas tantum, quae monialium habitum ſuſceperunt, novitiaeque dicuntur, & intra tempus probationis ſunt. quare, ſi ita res ſe habet, quemadmodum narrata eſt in ipſo ſupplici libello, iſtius civitatis homines hac moleſtia liberabit amplitudo tua: cui Deum benignum & propitium precor. Romae IX. Kal. jun. M. D. LXVII. a b c

(*a*) al. omitt. (*b*) al. *egreſſa*: (*c*) al. *revertant*:

C L I X.

Nuncio Hiſpaniarum.

31. maji 1567.

Reverendiſſime domine. Ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii, mitto amplitudini tuae ſupplicem hunc libellum, qui in ipſorum congregatione recitatus eſt, & a te peto, ut, quam diligentiſſime poteris, inquirere velis, an vera ſint, quae iſto libello continentur, ſimulque cognitis iis, quae ipſe tiraſouenſis epiſcopus reſponderit ad ea, quae ei objiciuntur, omnia ad ſanctiſſimum dominum noſtrum explorata perſcribere. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui a Deo ſalutarem proſperitatem precor. Prid. Kal. jun. M. D. LXVII.

C L X.

Archiepiſcopo Neapolitano.

31. maji 1567.

Reverendiſſime domine. Quibus oneribus monachi montis Oliveti iſtius civitatis ſeminarii cauſa ſe ab amplitudine tua premi in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, exponendum curarint, videbis in ſupplici eorum libello, quem, ex ſententia ipſorum patrum illuſtriſſimorum, mitto ad amplitudinem tuam cum his literis, ex

 qui-

quibus intelliges quid eis hac de tota re videatur . igitur & de
a quarta fructuum pro ea rata, quam (a) camerae apoſtolicae ſolvunt, & de cenſibus regiis pro bonis feudalibus, & de eleemoſynis neceſſariis, quas videlicet ex teſtatorum juſſu faciunt , monachos iſtos aequa poſtulare cenſent . de reliquis vero , quae praeterea iſto libello ad ſacram congregationem retulerunt , ex eorundem illuſtriſsimorum patrum ſententia ſcribet ad me amplitudo tua ; & interea, dum quid juris ſit hic cognoſci poſsit, iſta monachorum moleſtia ſuperſedebit : cui Deum benignum &
b propitium precor . Prid. Kal. jun. (b) M. D. LXVII.

(a) al. *qua*, (b) al. *jul.*

C L X I.
Epiſcopo Oſcenſi.

4. jun. 1567.

REverendiſsime domine . Cognita poſtulatione amplitudinis tuae ex ſupplici libello, qui tuo nomine in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium , qui ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri interpretationi ſacri tridentini concilii ſunt praepoſiti,
a recitatus (a) eſt, eundem tibi libellum mittendum cenſuerunt, & ita reſpondendum : Nulli abbati , quibuſvis munito privilegiis , ex decreto ejuſdem concilii cap. x. ſeſſ. XXIII. licere literas dimiſſorias concedere cuiquam clerico ſaeculari , ne ad ordinarium quidem miſſas . id juſſu ſanctiſsimi domini noſtri obſervandum curabit amplitudo tua. quod ſi quis abbas huic rei reclamare voluerit, contendens jure id ſibi licere , is ad ſacram concilii congregatio-
b nem contentionis (b) ſuae rationem referat, a qua ei, quod juſtum fuerit, reſpondebitur . Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet . Romae. Pridie non. jun. M. D. LXVII.

(a) Voces *recitatus eſt* addidi ex ingenio , quae a tribus omnino hujus epiſtolae exemplis aberant. (b) al. *intentionis*.

C L X I I.
Epiſcopo Legionenſi.

7. jun. 1567.

REverendiſſime domine. Literae amplitudinis tuae, ad ſanctiſſimum dominum noſtrum XII. decembris ſuperioris anni datae, eo tempore ſunt redditae, cum iſtius etiam capituli procuratores, ut audirentur, poſtularent . quare ejus ſanctitati viſum eſt, non prius tibi reſpondendum, quam , quid *illi* pro ſe afferrent, cognitum eſſet . rebus igitur utrinque conſiderate perſpectis, ejus ſanctitas, de ſententia etiam illuſtriſſimorum cardina-

Digitized by Google

dinalium, quos ad interpretationem ſacri tridentini concilii in
conſilium adhibuit, ſic tibi ad eas literas reſcribi juſſit: Primum,
diſtributiones quotidianas, ex tertia parte fructuum dignitatum
tuae eccleſiae acceptas, non duabus tantum horis canonicis aſſi-
gnandas, ſed & reliquis quinque, ita, ut, qui dignitatem obti-
net, ejus horae ex ſeptem diſtributionem amittat, qua ſingulis
diebus ſtatutis praeſens non inſervierit: deinde, quod petunt, ut
diſtributiones, abſentibus ademptae, praeſentibus dividantur, ſi
loquuntur (a) de diſtributionibus illius tertiae partis, quae detrahi- a
tur de dignitatibus, non recte dicunt, cum fabricae eccleſiae, aut
alteri pio loco, arbitrio tuo, applicandae ſint; ut liquet ex cap. 3.
ſeſſ. 22. tridentini concilii: ſin (b) de aliis, ſatis conſtat ex ſeſſ. 24. b
cap. 12. illas iis attribui debere, qui ſtatis horis interfuerint.
Quod ſubjicis, velle iſtos, qui dignitates obtinent, ſi quis eorum
perpetuo abſuerit, eum, amiſſa tantum tertia parte, quae diſtri-
butionibus quotidianis aſsignata fuerit, lucrari reliquas duas par-
tes fructuum ſuae dignitatis, etſi id primo adſpectu neque juri
neque concilio conſentaneum, proptereaque, quemadmodum tu
quoque ſcripſiſti, minime concedendum viſum eſt, quia tamen
iſtius capituli procuratores multa ex facto & jure in contrariam
ſententiam dixerunt, quae diuturna deliberatione & explicatione
indigent, data eſt idcirco ejus rei cognitio duodecimviris ſacrae
Rotae, ut tamen interea, niſi cauſa bene diſcuſſa, tibi non inhi-
beant. Quod adjungis, laborare tam dignitates, quam canoni-
cos, ut praeterea beneficium curatum retineant, ſcire te opor-
tet, concilium prohibere quidem, eos illud acquirere, ſed, ut
dimittant jam acquiſitum, non cogere, & propterea poſſe illos
cum dignitate vel canonicatu parochiam retinere, modo eam
ante concilii confirmationem legitime obtinuerint, & in ea re-
ſideant, nec plures una habeant, & ex dignitate vel canonicatu,
quibus horis ſuis non inſerviant, diſtributiones quotidianas amit-
tant (c), & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non per- c
ciperent. De eo, quod vereris, ne canonici iſtius eccleſiae,
propter magnum eorum numerum, & praebendarum tenuita-
tem, a ſanctiſſimo domino noſtro petant, ut aliquae praebendae
ſupprimantur, adhuc iſta de re nihil actum eſt a capituli procu-
ratoribus. ſi quid eo in genere poſtularint, habebitur ratio eorum,
quae ſcripſiſti. Quod attinet ad patronum eccleſiaſticum, peti-
tioni amplitudinis tuae ſacrum concilium adverſatur ſeſſ. XXIV.
cap. XVIII. quo loco ſtatuit, ut is, quem patronus eccleſiaſticus
digniorem inter probatos ab examinatoribus judicarit, epiſcopo
prae-

(a) al. *loquantur*. (b) al. *ſiat*. (c) al. *non amittant*.

praeſentetur, ut ab eo inſtituatur. itaque juſſit ejus ſanctitas; ſervari concilium. Haec igitur ſunt, quae, ut initio dixi, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, viſa ſunt reſcribenda ad literas amplitudinis tuae: cui a Deo precor ſalutarem rerum
d omnium proſperitatem. Romae. VII. (*d*) id. jun. M. D. LXVII.

(*d*) al. omitt. cum reliquis.

CLXIII.

a
Archiepiſcopo Barienſi. (*a*)

7. jun. 1567. Reverendiſſime domine. Quod queſta eſt nobilis faemina Laura Centuriona, quemadmodum ex libello, ejus nomine recitato, cognoſces, quam dederas facultatem in ejus oratorio celebrandi miſſam, poſtea ademiſſe, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii mirantur quid ſit, quamobrem, quod
b ſemel approbaris, poſtea improbes. itaque in jam conceſſis te (*b*) manere cenſent oportere. ſi qua tamen juſta cauſa forte inter-
c ceſſit, quamobrem tu id (*c*) merito revocaveris, monent, ut de ea me, ut ad ſacram congregationem referatur, certiorem facias. Deus amplitudinem tuam ſervet incolumem. Romae.
d VII. (*d*) id. jun. M. D. LXVII.

(*a*) al. *Bavenſi*. al. *Barenſi*.
(*b*) al. *a te*.
(*c*) al. omitt.
(*d*) al. VIII.

CLXIV.

Epiſcopo Adrienſi.

7. jun. 1567. Reverendiſsime domine. Cognitis iis, quae ſcripſiſti de vicario tuo, placet ſanctiſsimo domino noſtro, ut is ſuo vicariatus officio privatus maneat, ſimulque, ut, quam te diſtuliſſe dicis, eidem non publicam, ſed privatam ac ſecretam poenitentiam injungas. Rochum autem illum Cataneum, iſtius
a fortaſſe peccati ſocium (*a*), tacitum in tuis literis eſſe praete-
b ritum, permirum nobis accidit; cum ea praetermiſsio (*b*) non magis illum culpa liberare, quam non obſcure accuſare videa-
c tur, aut certe te connivere (*c*) voluiſſe arguat. Vale in domino.
d e VII. (*d*) id. jun. (*e*) M. D. LXVII.

CLXV.

(*a*) Vide epiſt. *Aſſeretur* d. 22. dec. 1566. pag. 402.
(*b*) *praetermiſſione magis &c.* exempl. Emendavi ex cod. barber.
(*c*) *cominuere* exempl. Emendavi ex eod. cod.
(*d*) VIII. cod. barber.
(*e*) *dec.* id.

C L X V.

Epiſcopo Majoricenſi.

24. jun. 1567.

Reverendiſsime domine. Harum literarum cauſam cognoſces ex iſto ſupplici libello, qui in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii recitatus eſt. ex ipſis autem literis, quas cum libello, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia eorundem patrum illuſtriſsimorum miſi ad te, intelliges, non videri, centum iſtos aureos penſionis nomine ſuper ipſa parochia reſervari abs te jure potuiſſe, ſed duntaxat ad ratam aliorum beneficiorum, quemadmodum ſacri concilii decreto praeſcribitur, certam partem, detractam ex ipſius parochiae fructibus, ſeminario attribui debuiſſe. itaque iſta in re, quod juris eſt, id aget amplitudo tua, neque a tridentini concilii formula diſcedet: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Romae. XVIII. Kal. jul. M. D. LXVII.

C L X V I.

Epiſcopo Syracuſano.

24. jun. 1567.

Reverendiſſime domine. Ad literas amplitudinis tuae, VIII. aprilis M. D. LXVII. datas, ſanctiſsimus dominus noſter, de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii, ita tibi reſcribendum cenſuit: Primum, de multis pecuniariis, piis locis a tridentino concilio attributis, quarum partem ad ſumptus iſtorum miniſtrorum deduci velles, ſervandum omnino eſſe concilium, contra autem moniales illas, quae, ut ſcribis, quibuſdam provincialiſſis ſe ſubjectas eſſe affirmant, ut, hac rejecta exceptione, eam juriſdictionem exerceas, quae tibi ab eodem tridentino concilio tributa eſt ad eum praeſertim finem, ut moniales ſe ea, qua debent, clauſura contineant. De pſeudociſtercienſibus, quos in iſtaec loca confluxiſſe ſcribis, datum eſt negotium ab ejus ſanctitate illuſtriſsimo cardinali Morono, ejus ordinis protectori, ut iſtis incommodis provideat. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem tueatur. Romae. XVIII. Kal. jul. M.D.LXVII.

C L X V I I.

Epiſcopo Legionenſi.

24. jun. 1567.

Reverendiſſime domine. Licet in iis literis, quibus ad ea, quae a ſanctiſſimo domino noſtro quaeſieras, ex ejuſdem auctoritate, de illuſtriſſimorum cardinalium ſententia, quos ad inter-

interpretationem ſacri concilii ejus ſanctitas in conſilium adhibuit, reſponſum eſt (a) amplitudini tuae, huic etiam petitioni dignitatum & canonicorum eccleſiae tuae ſatisfecerimus, tamen, hoc eorum ſupplici libello in congregatione ſacri concilii recitato, ſeparatim per has literas idem etiam tibi ex eadem auctoritate ſcribendum duximus. ſic igitur habeto: poſſe illos cum dignitate vel canonicatu parochiam retinere, modo eam ante concilii confirmationem legitime obtinuerint, & in ea reſideant, nec plures una habeant, & ex dignitate vel canonicatu quibus ſuis horis non inſervierint, diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. Deum precor, ut amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. XVIII. Kal. jul. M.D.LXVII.

(a) Vide epiſt. *Literae* d. 7. jun. 1567. pag. 410.

CLXVIII.

21. jun. 1567.

Epiſcopo Marſicano.

Reverendiſsime domine. Habebis cum his literis ſupplicem libellum, in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii recitatum, ſimulque ſcies, cenſuiſſe ipſos patres illuſtriſsimos, primum, ut parochianos iſtarum parochialium disjectarum, qui in oppidum collis Armelii commigrarunt, cogas ſolvere perſonales decimas praepoſito & canonicis S. Felicitae, a quibus ſacramenta percipiunt: deinde, ut rectores earundem parochialium, quae disjectae ſunt, citandos cures, ut cauſam dicant, quamobrem, quae adverſus eos in ſupplici libello poſtulantur, concedi non debeant: tum, ut diligenter inquiras quam pridem ſit, cum illae eccleſiae disjectae fuerunt, quo in ſtatu nunc ſint, quae item rectorum earum eccleſiarum qualitates; denique, ut quid etiam tibi pro jure faciendum videatur, me, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, facias certiorem. itaque amplitudo tua reſcribet ad omnia, & valebit in domino. Romae. XI. Kal. jul. M.D.LXVII.

CLXIX.

20. jun. 1567.

Epiſcopo Civitatis Caſtelli.

Reverendiſsime domine. Mitto tibi ſupplicem hunc libellum, recitatum in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii, nomine reverendiſsimi epiſcopi Buſalini (a), teque

(a) al. *Buffalini*.

teque ex eorundem illuſtriſsimorum patrum ſententia moneo, ut, ſi is epiſcopus te de legitimo earum commendarum titulo docuerit, quod ad reſidendum in illis attinet, nullam ei moleſtiam exhibeas, propterea (*b*) quod ipſe in ſuo reſidet epiſcopatu, vel, de licentia ſanctiſsimi domini noſtri, perinde ac ſi (*c*) reſideat, nunc habetur. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. XI. Kal. jul. M. D. LXVII.

(*b*) al. *praeterea*. (*c*) al. omitt.

C L X X.

Praepoſito (*a*) & Capitulo Toloſano.

ADmodum reverendi domini. Religio veſtra ac pietas erga ſanctiſsimum dominum noſtrum & hanc ſanctam ſedem & probata eſt ejus ſanctitati (*b*) ex conſentiente iſto ſtudio ac voluntate, qua catholicam fidem conſtantiſsime tuentes perditis haereticorum conatibus fortiter reſtitiſtis, & adeo jucunda, ut propterea vehementer in domino laetatus ſit. quare vos etiam hortatur, ut eandem operam omnipotenti Deo perpetuo praebeatis, a quo vobis nec ſolatium nec auxilium in tempore deeſſe poterit. ejus vero ſanctitatem in vos, ſic & animatos & paratos, ſemper propenſam re ipſa cognoſcetis: quae nunc poſtulatorum veſtrorum magna ſua voluntate eam habuit rationem, quam ex ejuſdem conceſsione, quae vobis a procuratoribus veſtris hinc mittetur, intelligetis. orate Deum, ut eccleſiam ſuam, praeſertim iſtic, benignus tueatur: & valete in domino. Romae. XI. Kal. jul. M. D. LXVII. 21. jun. 1567.

(*a*) *Propoſito* exempl. & cod. barber. (*b*) *beatitudini* cod. barber.

C L X X I.

Epiſcopo Theanenſi. 21. jun. 1567.

REverendiſsime domine. Si res ita ſe habet de matrimonio Proſperi Gallutii & Victoriae Gatulae (*a*), quemadmodum in tuis ad me literis, quarta maji datis, ſcripſiſti, reliqua proſequi & perficere poteris, ea praeciſe ſervata ratione, qua negotium iſtud a ſanctiſsimo domino noſtro prudentiae ac pietati tuae commiſſum eſt. Vale in domino. XI. Kal. jul. M. D. LXVII.

(*a*) Vide epiſt. *Exhibebitur* d. 15. apr. 1567. pag. 416.

C L X X I I.

Epiſcopo Zamorenſi. (a)

23. jun. REverendiſsime domine. Presbyter Bernardinus Vazquez de Mella per ſupplicem libellum retulit ad illuſtriſsimos cardinales, quos ſanctiſsimus dominus noſter in conſilium adhibuit ad explicandas dubitationes, quae oriri poſſent ex ſacri tridentini concilii interpretatione, amplitudinem tuam velle, ut ex parochiali & canonicatu, quos in eadem cathedrali Zamorenſi ante concilium legitime diſpenſatus obtinuit, alterum dimittat (b). itaque iidem illuſtriſsimi cardinales reſponderunt, ipſum presbyterum Bernardinum a ſacro tridentino concilio minime prohiberi, quominus eam parochialem & canonicatum retinere poſsit, modo in parochiali reſideat, &, ſi ſuis horis debitis canonicatui (c) inſervire non poterit, ejus tantum quotidianas diſtributiones amittat, & quicquid praeterea abſens alia juſta de cauſa non perciperet. quare ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, qui mihi ſuo nomine facultatem ſcribendi dedit, hortor amplitudinem tuam, ut, ſi res ita ſe habet, quod attinet ad retinendam iſtam parochialem & canonicatum, ipſi presbytero Bernardino nullam exhibeas moleſtiam. Deum precor, ut amplitudini tuae proſpera omnia & ſalutaria concedat. Romae. IX. Kal. jul. (d) M.D.LXVI.

(a) Has litteras, ad junium anni 1566. pertinentes, ſuo tamen loco per errorem praeteritas, hoc ſaltem, quamquam alieno, exhibendas putavi. eas occaſionem ſcribendi epiſtolam 129., ad eumdem hunc zamorenſium epiſcopum datam, & pag. 406. ſupra recenſitam, praebuiſſe, illam qui legerit, facile intelliget.

(b) al. *demittat*.

(c) al. *canonicatu*.

(d) al. *junii*.

C L X X I I I.

Epiſcopo Interamnati.

2. jul. 1567. REverendiſſime domine. Exemplum ejus ſupplicis libelli, qui in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri tridentini concilii, tuo nomine recitatus eſt, mitto amplitudini tuae, his incluſum literis; quibus, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de eorundem patrum illuſtriſſimorum ſententia cognoſces id, quod etiam ad priores & confratres iſtius hoſpitalis, quam confraternitatem Plateae appellant, ipſe antea ſcripſeram. pro ea facultate, quae tibi ejuſdem concilii decretis jam prolatis, conceſſa eſt, debere te & viſitare iſtud hoſpitale,

tale, & repoſcere rationes ab iis, qui hoſpitale adminiſtrarint. quod ſi conſuetudine vel privilegio vel conſtitutione aliqua aliis, ad id munus delectis, ejus adminiſtrationis ratio reddenda eſſet, certos etiam eos homines (quod tridentini concilii decreto cautum eſt) in recognoſcendis illis rationibus tecum adhibebis. Ego amplitudini tuae ſalutarem proſperitatem precor. Romae. VI. non. jul. M. D. LXVII.

C L X X I V.

Epiſcopo Meſſanenſi. 5. jul. 1567.

REverendiſsime domine. Ex literis, quas cum hoc ſupplici libello accipies, quid illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii de re propoſita decreverint, intelliges. ſcito igitur, ſic illos reſpondiſſe: Si iſte Salvus presbyter ante confirmationem concilii beneficia legitime in eadem eccleſia obtinuit, ubi ejus pater illegitimus obtinuerat, non prohiberi eum decreto concilii ſeſſ. XXV. cap. XV. quo minus eorum beneficiorum poſſeſsionem retineat, in qua adhuc permanſit, modo ejus pater, antequam confirmatum eſſet concilium, e vita migrarit. Vale in domino. Romae. III. non. jul. M. D. LXVII.

C L X X V.

Epiſcopo Mindonienſi, & Aurienſi, eodem exemplo. 5. jul. 1567.

REverendiſsime domine. Cum capitulum eccleſiae tuae quaeſiſſet ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, an, qui dignitatem vel canonicatum obtinent, parochiam ſimul retinere poſſent, illuſtriſſimi patres & eorum ſupplicem libellum tibi mittendum, & illud idem, quod jam diu ea de re in ſacra congregatione, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, decretum eſt, ſcribendum cenſuerunt. ſcito igitur, eos, qui dignitatem vel canonicatum & praeterea parochiam habent, ſi utrunque ante concilii tridentini confirmationem legitime obtinuerunt, poſſe adhuc parochiam una cum dignitate vel canonicatu retinere, modo in ea parochia reſideant, nec plures una habeant, & ex dignitate vel canonicatu, quibus ſuis horis non inſervierint, diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. Deus omnipotens amplitudinem tuam perpetuo tueatur. Romae. III. non. jul. M. D. LXVII.

Digitized by Google

CLXXVI.

9. jul. 1567.

Epiſcopo Comenſi.

REverendiſſime domine. Quas & ad ſanctiſſimum dominum noſtrum, & ad me (*a*) ſeparatim dediſti literas, hae cum ab utroque lectae, tum in congregatione illuſtriſſimorum patrum, ſacri concilii interpretum, recitatae ſunt; quorum deinde ſententia ad ejus ſanctitatem relata, ſic ad eas tibi reſcribi juſſit: Velle ſe, ut omnino ſeminarium re ipſa primo quoque tempore inſtituas: cujus celeri inſtitutione animum iſtum tuum, ut tu (*b*) ſcribis, & nos omnes pro tua religione de (*c*) te facile credimus, pii (*d*) operis ſtudio incenſum comprobabis. quod ſi per facultates ad eam amplitudinem nunc quidem perduci non poteſt, quam & locus & tempus & tu ipſe deſideras, at, quod fieri poteſt, id quamprimum efficias oportet. aderit bonis initiis Dei benignitas, neque deerit, quantum ipſo Deo adjutore poterit, pontifex maximus; qui neminem iſtic, quicunque is ſit, quocunque gradu dignitatis excellat, praeter eos, qui nominatim concilii decretis excepti ſunt, a debita ſeminarii tui contributione immunem eſſe patietur. Viſitationis officium tuum, ſublatis jam difficultatibus, quae te adhuc interpellarunt, praeſtare debebis. Habes quid ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri tibi faciendum ſit; cujus voluntati aequitatem ac pietatem tuam confido ſatis eſſe facturam. ego amplitudini tuae proſpera omnia & ſalutaria & opto & precor. VII. (*e*) id. jul. M. D. LXVII.

(*a*) Cardinalem Alexandrinum ſignificari manifeſtum eſt ex epiſtola *Jubet te* d. 30. aug. 1567. cujus epiſtolae exemplum in codice etiam barber. reperitur, ejuſdem cardinalis nomine inſcriptae.

(*b*) al. omitt.

(*c*) al. omitt. *de te*.

(*d*) al. *piis*.

(*e*) al. IV.

CLXXVII.

9. jul. 1567.

Epiſcopo Legionenſi.

REverendiſſime domine. Dignitates tuae eccleſiae legionenſis cauſam ſuam per hunc ſupplicem libellum, quem cum his literis accipies, apud illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii expoſuerunt. qua cognita, iidem illuſtriſſimi patres ita cenſuerunt ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, debere amplitudinem tuam de fructibus earum dignitatum detrahere penſiones & alia onera, quae legitime ſunt impoſita ipſarum fructibus

Digitized by Google

ctibus : quae detractio, quam diu illa duraverint, omnino ſervanda (*a*) ; ex reliquo vero eorundem fructuum tertia pars *a*
in quotidianas diſtributiones ex tridentini concilii praeſcripto (*b*) *b*
convertenda erit : ipſorum autem fructuum pretium ex communi aeſtimatione conſtituere oportebit (*c*). Haec ſunt, quae a *c*
ſacra congregatioue de hac dignitatum iſtarum poſtulatione decreta ſunt. Vale in domino. Romae. VII. id. jul. M. D. LXVII.

(*a*) al. *ſervanda ſit*. (*b*) al. *praeſcripto accipere ipſorum &c.* (*c*) al. omitt.

CLXXVIII.

Epiſcopo Boſſanenſi. (*a*) *a*

Reverendiſſime domine. Si vera ſunt, quae per ſupplicem 16. jul. 1567.
hunc libellum, quem ad te mitto, nomine Nicolai (*b*) *b*
Moſſae, caſtrenſis, in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii ſunt expoſita, te partem fructuum tertiam ejus beneficii (*c*) eccleſiae S. Andreae oppidi de Sinaliorio (*d*) abſtuliſſe, *c d*
iidem illuſtriſſimi cardinales ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri cenſent, in (*e*) hac parte tertia rationem habendam eſſe penſionum & aliorum onerum, quae legitime fructibus ipſius canonicatus impoſita ſunt; quae ratio tam diu ita ſervari debeat, quam diu illae penſiones & onera duraverint. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus perpetuo tueatur. XVII. Kal. aug. M. D. LXVII.

(*a*) al. *Roſſanenſi*.
(*b*) al. *Petri Cado Biſorquenſis in &c.*
(*c*) al. *canonicatus & praebendae, quam habet in eccleſia boſſanenſi, abſtuliſſe &c.*
(*d*) al. *Sina liorio*.
(*e*) al. *in tertia parte rationem &c.*

CLXXIX.

Epiſcopo Spoletano. (*a*) *a*

Reverendiſſime domine. Illuſtriſſimi cardinales congregatio- 16. jul. 1567.
nis ſacri concilii, viſis iis, quae ad ſupplicem tuum libellum, cujus exemplum habebis cum his literis, pertinent, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri cenſent, te in iſta poſſeſſione, in qua es, viſitandi moniales S. Catharinae & S. Antonii perſeverare poſſe, ſalvo tamen earum jure in petitorio. Deus amplitudinem tuam incolumem ſervet. XVII. Kal. aug. M. D. LXVII.

CLXXX.

(*a*) *Spoleti* exempl.

C L X X X.

19. jul. 1567.

Vicario Beneventano.

Reverende pater. Sacra congregatio illuſtriſſimorum cardinalium tridentini concilii, viſis ac diligenter conſideratis
a iis, quae a (a) Hieronymo Spinula, commendatario monaſterii S. Sophiae, per ſupplicem libellum expoſita, & a te contra prolata ſunt, cenſuit, ut ad te ea de re in hanc ſententiam ſcriberetur: Primum, ipſum commendatarium debere ad ſeminarium contribuere, jureque potuiſſe & poſthac cogi poſſe, ut ſolvat ad eam ſummam, quae pro caeterorum rata aeſtimata fuerit: deinde co-
b gendum (b) eſſe priorem & monachos ejus monaſterii, ut tabernaculum argenteum omnino faciendum curent, quod, in loco eccleſiae in primis decoro collocatum, ſanctiſſimum euchariſtiae ſacramentum contineat: tum, illos ipſos ex decreto tridentini con-
c cilii a te etiam compelli poſſe, ut profeſſorem (c), congruenti mercede ex monaſterii fructibus conductum, adhibeant, qui eis ſacram ſcripturam iuterpretetur. Habes igitur, quid iſta in cauſa illuſtriſſimi patres decreverunt: & valebis in domino. Romae. XIV. Kal. aug. M. D. LXVII.

(a) al. *& a*. (b) al. *cogendos*. (c) al. *poſſeſſorem*.

C L X X X I.

19. jul. 1567.

Vicario Beneventano.

Reverende pater. Sacra congregatio illuſtriſſimorum cardinalium tridentini concilii, viſis ac diligenter conſideratis iis, quae & a Baſilio Selarolio, commendatario monaſterii S. Mariae de Crypta, per ſupplicem libellum expoſita, & a te contra prolata ſunt, cenſuit, ut ad te ea de re in hanc ſententiam ſcriberetur: Primum, ipſum commendatarium debere ad ſeminarium contribuere, jureque potuiſſe & poſthac cogi poſſe, ut ſolvat ad eam ſummam, quae pro caeterorum rata aeſtimata fuerit. qua in re tamen, ſi ante concilii confirmationem vere erudiebatur in monaſterio idem numerus puerorum, qui nunc erudiri dicitur, aequum eſſe, ut etiam ejus impenſae, tanquam legitimi oneris, monaſterii fructibus impoſiti, in taxatione ſeminarii ratio habeatur. ſi praeterea verum eſt, monaſterium iſtud poſſidere bona in aliis dioeceſibus, minime pro illis bonis cogi poſſe, ut ad ſeminarium beneventanum contribuat, ſi tamen ea bona propria ſint alicujus eccleſiae, ibidem ſitae, quae & ipſa ante eorum bonorum adeptionem aedificata fuerit: quemadmodum de

de tota hac ratione jampridem ab ipſa congregatione generatim decretum fuit. Habes igitur quid item in iſta cauſa illuſtriſſimi patres decreverint: & valebis in domino. XIV. Kal. aug. M.D.LXVII.

CLXXXII.

Epiſcopo Majoricenſi. 25. jul. 1567.

REverendiſſime domine. Decretum, quod illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii de parochiis & canonicatibus ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri jam diu fecerunt, hujuſmodi eſt, ut, qui parochiam & canonicatum ante confirmationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut debent, reſideant, nec plures una habeant, ex canonicatu autem diſtributiones tantum quotidianas amittant eorum temporum, quibus non inſerviant, & ſi quid praeterea abſentes juſta de cauſa non perciperent, reliquis ejus fructibus privari non debeant. quare, ſi res ita ſe habet, quemadmodum in hoc libello expoſita eſt, ex auctoritate ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri iſti Gregorio Forteſae dictos reliquos fructus canonicatus, tam a die, quo poſt confirmationem concilii in parochiali reſedit, perceptos, quam in poſterum percipiendos, praeſtari jubebit amplitudo tua: cui Deum benignum & propitium precor. VIII. Kal. aug. M. D. LXVII.

CLXXXIII.

Epiſcopo Nolano. 29. jul. 1567.

REverendiſsime domine. Auditis iis, quae ſupplici iſto libello, quem cum his literis habebis, continentur, illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii nihil ea in re ſtatuendum cenſuerunt, niſi prius cognoverint rationes, quibus adductus ſis, ut id faceres, quod in ipſo libello expoſitum fuit. quare de eo ſcribes huc quamprimum, & iſtius tui facti afferes rationem: quem Deus ſalvum, & incolumem ſervet. IV. Kal. aug. M.D.LXVII.

CLXXXIV.

Gubernatori Peruſiae. 30. jul. 1567.

REverendiſſime domine. Relata ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii poſtulatione epiſcopi aſſiſinatis, quae & ſaepe alias ab aliis, qui peruſinam (a) civitatem pro tem-

(a) al. *in peruſ.*

b c tempore gubernarunt (*b*), & proxime in (*c*) beneficio S. Crucis &
in duabus cauſis Franciſci Roſmi, inhibitiones & appellationes in pri-
mis inſtantiis ante definitivam ſententiam contra ſuum tribunal
admiſſas eſſe conqueſtus eſt; re diligenter conſiderata, iidem il-
luſtriſſimi patres, interpretes ſacri concilii, ex auctoritate ſan-
ctiſsimi domini noſtri ita decreverunt, ut iſtam cauſam benefi-
cii S. Crucis & duas Roſini judicio ipſius epiſcopi relinquas, &
in poſterum inhibitiones appellationeſve ante definitivam ſenten-
tiam, niſi eſſet interlocutoria, habens vim definitivae, & cujus
gravamen per appellationem a definitiva ſeparari non poſſet,
contra ipſum epiſcopum aut ejus vicarium ne recipias, ſed ipſos,
ex decreto tridentini concilii, ſuarum cauſarum in prima in-
ſtantia judices eſſe ſinas. ne vero ab ipſis litigatoribus falli poſ-
ſis, ut exiſtimes cauſas eſſe in ſecunda inſtantia, appellationem-
que eſſe a definitiva, aut, quemadmodum ſupra dictum eſt, ab
interlocutoria, hanc ſemper cautionem adhibebis, ut in omni-
bus etiam inhibitionibus illa ponatur clauſula *Dummodo cauſa*
d *non ſit in prima inſtantia*, & appellationibus (*d*) *Dummodo in de-*
e *finitiva fuerit appellatum, vel ab interlocutoria habente* (*e*) *vim de-*
finitivae, &c, ut ſupra diximus, *cujus gravamen &c.* Quicquid au-
tem vel a te vel a tuis actum eſt & in iſtis & Roſmi cauſis &
beneficii S. Crucis, ac caeteris, quae ad id attinent, etiamſi in
f eo res eccleſiae aſſiſinatis ageretur (*f*), ſine ulla retractatione aut
mora revocandum, irritumque faciendum curabis, reſtituta vi-
g cario aſſiſinati libera illarum rerum cognoſcendi (*g*) facultate,
cauſiſque eodem loco repoſitis, quo erant, antequam te in eas
interponeres. ut vero eo in genere idem inſtitutum ſucceſſores
etiam deinceps capere ac tenere poſſint, exemplum harum lite-
rarum in publicos cancellariae libros referendum curabis: quo
exemplo literarum publice aſſervato, ipſas literas eidem nota-
rio, qui eas attulerit, reddes, eique permittes, ut in inſtru-
mento teſtetur, ſe tibi eas literas dediſſe, & ut illae ipſae in
inſtrumento deſcribantur. quae omnia, ut dixi, ex auctoritate
ſanctiſsimi domini noſtri ad te ſcribo: cui pergratum fuerit
ſi ipſum epiſcopum aſsiſinatem, quem & diligit & tuetur, &
ejus vicarium, non ſolum in iſtis, ſed in reliquis etiam cau-
ſis, omni tuae poteſtatis auxilio juveris. Vale. III. Kal.
aug. M. D. LXVII.

CLXXXV.

(*b*) *gubernarent* exempl.
(*c*) Fort. *proxime a te in &c.*
(*d*) Fort. *in appell..*
(*e*) *habent* exempl.
(*f*) Fort. *non ager..*
(*g*) Fort. *cognoſcendarum*.

CLXXXV.

Epiſcopo Eugubino. 6. aug. 1567.

REverendiſsime domine. Quod monachi montis Oliveti ad illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii retulerunt, te mercedis cauſa vicariorum, quos in parochiis, unitis eorum monaſteriis, collocare vis, fructus etiam ipſorum monaſteriorum apud colonos & villicos ſequeſtrandos curaſſe, iidem illuſtriſsimi cardinales ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri cenſuerunt, ut & ejuſmodi omnia ſequeſtra ſtatim relaxes, nihilque de vicariorum inſtitutione noves, &, ſi quid novatum eſt, irritum facias; eaque in re expectes, quid ab ejus ſanctitate in bulla, quae nunc expeditur, decretum fuerit, ac totum hoc negotium ex ipſius bullae praeſcripta ratione deinceps moderere. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. VIII. id. aug. M. D. LXVII.

CLXXXVI.

Archiepiſcopo Neapolitano. (*a*) a

REverendiſsime domine. Auditis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iis, quae 9. aug. 1567.
ſibi ab amplitudine tua ſeminarii cauſa majora imponi onera queruntur fratres (*b*) carthuſiani, quam ferre poſsint aut debeant, iidem b
illuſtriſſimi patres ex decreto ſanctiſsimi domini noſtri ſcribendum tibi cenſuerunt, ut, quod ad ſeminarium attinet, plus dimidia decima, eaque ad antiquam taxam ſemper directa, ab ipſis fratribus (*c*) c
carthuſianis ne exigas. itaque hanc formam ſervabit amplitudo tua: cui Deus ſalutaria omnia largiatur. V.(*d*) id. aug. M. D. LXVII. d

(*a*) al. *Epiſcopo Bergomenſi*.

(*b*) al. *monachi congregationis caſſinenſi, quam &c.*

(*c*) al. *monachis congregationis caſſinenſis ne* &c.

(*d*) XVIII. *Kal. ſept.*

CLXXXVII.

Epiſcopo Camerinenſi. (*a*) a

REverendiſsime domine. Quod monachi camaldulenſes ad illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii retulerunt, te mercedis cauſa vicariorum, quos in parochiis, unitis eorum monaſterio ſancti Blaſii oppidi Fabriani, collocare vis, fructus etiam beneficiorum ejus monaſterii apud colonos & vil- 21. aug. 1567.

(*a*) *Camerini* exempl.

licos ſequeſtrandos curaſſe, iidem illuſtriſsimi cardinales ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri cenſuerunt, ut & ejuſmodi omnia ſequeſtra ſtatim relaxes, nihilque de vicariorum inſtitutione noves, &, ſi quid novatum eſt, irritum facias, eaque in re expectes quid ab ejus ſanctitate in bulla, quae nunc expeditur, decretum fuerit, ac totum hoc negotium ex ipſius bullae praeſcripta ratione deinceps moderere. ſic igitur faciet amplitudo tua: quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Idib. aug. M. D. LXVII.

CLXXXVIII.

Vicario Epiſcopi Squillacenſis.

16. aug. 1567.

REverende pater. Cum recitatus eſſet hic ſupplex libellus, quem cum his literis habebis, in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iidem illuſtriſſimi cardinales vera eſſe credentes, quae expoſita ſunt, videnteſque, juſſum tuum eſſe perlatum Romam ad hunc presbyterum Joannem Paulum die XVIII. (a) julii, quod tempus faciendi itineris, praeſertim in iſta loca, propter nimios calores periculoſum eſſe ſolet, qua ratione reis citatis dies prorogari conſuevit, conceſſerunt eidem presbytero Joanni Paulo duos menſes ad proficiſcendum iſtuc, & in ſuis beneficiis reſidendum, videlicet auguſtum atque ſeptembrem. quod ſi forte (b) ob hanc cauſam fructus ejus adhuc ſequeſtrandos juſſeris, cenſent etiam, ut ſequeſtra relaxes, neque propterea ei ante dictos duos menſes, a ſacra congregatione praefinitos, ullam moleſtiam exhibeas. Vale in domino. Romae. XVII. Kal. ſept. M. D. LXVII.

(a) al. XVIIII. (b) *fortaſſe* exempl.

CLXXXIX.

Epiſcopo Strangurienſi.

26. aug. 1567.

REverendiſsime domine. Cognitis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii, quae, nomine abbatiſſae monialiumque & archiepiſcopi brunduſini, prolata ſunt, viſum eſt iiſdem ampliſsimis patribus ea tibi mittenda, tibique totum committendum negotium, ut videlicet ipſe te Brunduſium conferas, &, utraque parte ad te vocata, rationes ac probationes utriuſque accipias, eaſque mihi, ut in ſacra congregatione recitari (a) poſsint, mittas; itemque, quid tibi de tota re videatur, pla-

(a) *recitare* exempl.

plane perſcribas (*b*). quod ſi tibi hoc exequi juſſum vel per valetudinem non liceret, vel omnino non libéret (quod, niſi juſta cauſa intercederet, certe nollemus), idem committendum cenſuit ſacra congregatio epiſcopo monopolitano, qui Brunduſium ipſe proficiſcatur, eademque omnia efficiat, quae a te, ſi tu omiſeris (*c*), perficienda diximus: ob idque haſce literas illi tecum communes eſſe voluimus. Deus tibi ſalutarem valetudinem largiatur. XVII. Kal. ſept. M. D. LXVII.

(*b*) *praeſcribas* id. (*c*) fort. *eo ieris*.

C X C.

Epiſcopo Senogallienſi.

21. aug. 1567.

REverendiſsime domine. Cognitis iis, quae hoc ſupplici libello exponuntur illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii eum tibi mittendum, ſcribendumque cenſuerunt, ut iſtius facti rationem reddere, & ad me perſcribere velis, ut ad ipſam ſacram congregationem referre poſsim (*a*); interea vero omnia in priſtinum ſtatum reſtituas. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui ſalutem & incolumitatem precor. XII. Kal. ſept. M. D. LXVII.

(*a*) *poſſit* exempl.

C X C I.

Epiſcopo Comenſi.

30. aug. 1567.

REverendiſsime domine. Jubet te ſanctiſsimus dominus noſter bene ſperare de ſeminario: nam bonis initiis, ut antea ſcripſi (*a*), reliqua ſemper conſentiunt, illis, quorum partes ſunt, rem ex animo adjuvantibus. nec vero de te dubitat, quin inſtitutum iſtud, in quo eſt Dei gloria, ſalus populorum, ac tua etiam dignitas, fortiter urgeas; praeſertim cum iſta difficultas, quam affers, cardinalium ſolutionis nulla ſit. quid enim illi negent ſe ſoluturos (*b*), quod ſe ex ſacri concilii ſententia, ſanctiſsimo domino noſtro ita etiam decernente & mandante, debere intelligunt? nullum adhuc ejuſmodi habemus exemplum: de quibus nihil eſt, quod vereare, quos jure etiam, ut ſolvant, cogere potes. unionem opimi alicujus beneficii, quam ſcribis iſti eſſe inſtitutioni neceſſariam, tu curabis, cum primum illud vacaverit. ex ſacri enim concilii praeſcripto tu ipſe potes attribuere ſeminario. in quo etiam ejus ſanctitatis & voluntas & auctori-

Iii 2

(*a*) Vide epiſt. *Quas & ad* d. 9. jul. 1567. pag. 428. (*b*) *ſolluturos* exempl.

c ctoritas tibi ſemper praeſto erit; quae (c) ſtudium ac diligentiam viſitationis tuam collaudat, &, ut rem perſequare, te vehementer hortatur. ego amplitudini tuae caeleſtium munerum ſalutarem copiam & opto & precor. Romae. III. Kal. ſept. M.D.LXVII.

(c) *qui* exempl. & cod. barber. in quo haec epiſtola reperitur inter eas, quae cardinalis Alexandrini, hoc eſt Michaelis Bonelli, nomine ſcriptae a Pogiano ſunt.

CXCII.

3. ſept. 1567.

Gubernatori Archiepiſcopatus Toletani.

REverendiſſime domine. Conſideratis iis, quae ſupplici hoc libello, quem cum his literis leges, in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, ſunt expoſita, iidem illuſtriſſimi patres cenſuerunt, Bernardinum iſtum de Aquila, reſidentem, ut affirmat, in decanatu civitatenſi, tanquam in digniore, ſuo officio ſatisfacere, neque jure cogi
a poſſe, ut in illo (a) archidiaconatu toletano reſideat. quod ſi
b forte (b) res aliter ſe haberet, quam ab eo narrata eſt, aut aliud jure defendi poſſe credat dominatio tua, ad me perſcribet, ut ad ſacram congregationem referre poſſim. interea iſtum Ber-
c nardinum hac de cauſa nulla moleſtia afficiet: & valebit (c) in do-
d mino. Romae. III. non. (d) ſept. M. D. LXVII.

(a) Fort. *iſto*.
(b) *fortaſſe* exempl.
(c) *valebit* id.
(d) al. omitt.

CXCIII.

6. ſept. 1567.

Epiſcopo Calagurritano.

REverendiſſime domine. Mitto amplitudini tuae cum his literis libellum ſupplicem, qui recitatus eſt in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, quibus ſanctiſsimus dominus noſter utitur conſiliariis in interpretatione ſacri tridentini concilii, ſimulque ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri a te peto, ut his, quae eo libello continentur, reſpondeas, ſimulque rationes mihi perſcribas, ut ad ſacram congregationem refe-
a rantur (a), quibus iſtum Joannem Perez reſidere cenſeas oportere in beneficio S. Mariae & S. Joannis tuae dioeceſis: interea vero, dum, re hic cognita, quid tibi de ea faciendum ſit, ſcribatur, huic Joanni de reſidentia iſtius beneficii nullam moleſtiam exhibebis. Deus amplitudinem tuam tueatur. VIII. id. ſept. M.D.LXVII.

CXCIV.

(a) *referatur* exempl.

C X C I V.

Epiſcopo Albenſi. 10. ſept. 1567.

REverendiſsime domine. Habebit amplitudo tua cum his literis ſupplicem libellum, qui recitatus eſt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii: in quo quia expoſitum eſt, quo tempore facta eſt unio beneficiorum iſtorum S. Joannis & S. Petri locorum Novelli & Monfortis, tunc non fuiſſe iſtic erectum ſeminarium, rem conſideratione dignam exiſtimarunt patres illuſtriſsimi. quamobrem cenſuerunt, ut amplitudo tua, an res ita ſe habeat, & quo jure factum hoc praedeceſſoris ſui (*a*) tueatur, mihi reſcribat; ut, cauſa cognita, quid de ea agendum ſit, ſacra congregatio poſſit decernere. ſic igitur faciet: & valebit in domino. Romae. IV. (*b*) id. ſept. M. D. LXVII.

(*a*) al. *tui*. (*b*) al. XI. *Kal. ſept.* &c.

C X C V.

Epiſcopo Calagurritano. (*a*)

REverendiſſime domine. Mitto tibi ſupplicem libellum, recitatum in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, nomine domini Felicis de Mecolis, teque ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri moneo (*b*), ut mihi ſcribas, ad ea reſpondens, quae in libello de jure & de facto proponuntur; ſimulque rationem afferas, quamobrem exiſtimes, iſtos duos prioratus curam animarum ſuſtinere, vel alioqui incompatibiles (*c*) eſſe. interea vero, dum res, ex tuis etiam literis, quas omnino & quamprimum mittes, melius cognita, in ſacra congregatione explicabitur, nullam iſti domino Felici in hac re moleſtiam exhibebis. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. Romae. IV. (*d*) id. ſept. M. D. LXVII. 10. ſept. 1567.

(*a*) al. *Nucerino*.
(*b*) al. *monſe*.
(*c*) al. *incompatibilis*.
(*d*) al. XVIII. *Kal. ſept.* &c.

C X C V I.

Epiſcopo Aquilano. 19. ſept. 1567.

REverendiſſime domine. Ut audiverunt, quae iſto libello continentur (*a*), quem habebis cum his (*b*) literis, illuſtriſsimi patres congregationis ſacri concilii, vehementer mirati ſunt,

(*a*) al. *continetur*. (*b*) al. *iſtis*.

ſunt, te contra concilii interdictum, quo pravorum quaeſtorum eleemoſynarum, propter peſtiferas offenſiones & detrimenta, quae c in eccleſiam Dei diutius importarunt (*c*), non ſolum uſus, ſed d e etiam nomen penitus (*d*) ſublatum eſt, paſſum eſſe (*e*) quaeſtua- f riam fraudem exerceri (*f*). quamobrem primum te ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri monendum cenſuerunt, ut frau- g dulentos (*g*) iſtos & pernicioſos quaeſtores omnino prohibeas, & eos, qui id committere auſi ſunt, comprehendendos ac ſeverius puniendos cures, adhibito etiam, ſi opus fuerit, iſtius ſaecularis magiſtratus auxilio. ad me vero, ut ad ejus ſanctitatem referre poſsim, quae, quid ad haec reſpondeas, expectat, primo quoque tempore, quid egeris, reſcribes: & valebis in domino. h Romae. XIII. Kal. oct. M. D. LXVII. (*h*)

(*c*) al. *imperarunt*.
(*d*) al. *ponitur*.
(*e*) al. *eſſe in tua dioeceſi*.
(*f*) al. *exercere*.
(*g*) al. *fraudulentes*: al. *fraudolentes*.
(*h*) al. M. D. LXXII.

CXCVII.

a b Priori (*a*) Sancti Dominici (*b*) Ferrariae.

20. ſept. 1567. Reverende pater. Auditis iis, quae iſto libello continentur, quem his literis incluſimus, illuſtriſsimi cardinales, interpretes ſacri concilii, cenſuerunt ad te ſcribendum eſſe, puel- c lam iſtam Eliſabetham Piamentinam (*c*) educationis cauſa in mo- d naſterium (*d*) S. Catharinae ſenenſis Ferrariae recipi poſſe, modò id monaſterium antea conſueviſſet hujuſmodi puellas ad educan- e f dum (*e*) recipere, & accedat tua in ſcriptis licentia, tuus (*f*) & g abbatiſſae ejus loci & monialium conſenſus (*g*), inibique praeſidentium, & ipſa ſola ſine ancilla in monaſterium ingrediatur, & ſervet clauſuram & reliquam vivendi rationem, quam ipſae moniales obſervant, &, ſi inde ſemel exierit, nunquam poſtea in idem monaſterium redire liceat. his igitur ſervatis, quae ſupra ſcripta ſunt, iſtam Eliſabetham in illud monaſterium admitti jubebis; & valebis in domino. Romae. XII. Kal. oct. M.D.LXVII.

CXCVIII.

(*a*) al. *Domino Priori monaſterii Angelorum Ferrarae* (ſic) &c.
(*b*) al. *Domini*.
(*c*) al. *Piamontinam*.
(*d*) al. *monaſterio*.
(*e*) al. *adjuvandum*.
(*f*) al. omitt.
(*g*) al. *inibique praeſidentium conſenſus*, & &c.

CXCVIII.

Cardinali Infanti & Archiepiſcopo Bracarenſi. (*a*) *a*

24. ſept. 1567.

SEreniſſime ac reverendiſſime domine, domine mi obſervandiſſime. Ex iſto ſupplici libello cognoſcet ſerenitas (*b*) veſtra *b* reverendiſſima, quae ab illuſtriſſimis ac reverendiſſimis cardinalibus, qui ad interpretationem ſacri concilii a ſanctiſſimo domino noſtro in conſilium ſunt adhibiti, poſtularint fratres congregationis S. Joannis euangeliſtae iſtius regni, ſimulque intelliget, ipſos illuſtriſſimos ac reverendiſſimos patres cenſuiſſe, ut, ſi iſti fratres ante confirmationem tridentini concilii eandem prorſus impenſam faciebant ad erudiendam (*c*) juventutem in iſto colle- *c* gio, quam nunc faciunt, eam in primis deducat ex contributione ſeminarii: de reliquo autem, quod eidem ſeminario perſolvere (*d*) debent, ex decreto ſanctiſſimi domini noſtri plus dimi- *d* dia decima, & ea ſemper ad antiquam taxam directa, ab ipſis (*e*) *e* fratribus non exiget. itaque hanc formam ſervabit ſerenitas (*f*) *f* veſtra illuſtriſſima: quam Deus caeleſti gratia perpetuo complectatur. Romae. VIII. Kal. oct. M. D. LXVII.

(*a*) al. *Bracarenſi*.
(*b*) al. *amplitudo tua; quae* &c.
(*c*) al. *erudiendum*.
(*d*) al. *ſolvere*.
(*e*) al. *ipſius*.
(*f*) al. *amplitudo tua, quam* &c.

CXCIX.

Cardinali Borromaeo.

4. oct. 1567.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Auditis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iis, quae ſibi ab amplitudine veſtra illuſtriſſima ſeminarii cauſa majora imponi onera queruntur fratres iſti (*a*) *a* S. Ambroſii majoris, & S. Mariae Claraevallis ordinis ciſtercienſis, quam ferre poſſint aut debeant, iidem illuſtriſſimi patres ex decreto ſanctiſſimi domini noſtri ſcribendum amplitudini veſtrae illuſtriſſimae cenſuerunt (quemadmodum etiam pro aliis fratribus eadem de cauſa ſcriptum eſt), ut, quod ad ſeminarium attinet, plus dimidia decima, eaque ad antiquam taxam ſemper directa, ab ipſis fratribus ne exigat. itaque hanc formam ſervabit amplitudo veſtra illuſtriſſima: cui Deum benignum & propitium precor. IV. non. oct. M. D. LXVII.

CC.

(*a*) *iſtis* exempl.

C C.

Cardinali Palaeotto.

8. oct. 1567.

ILluſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Cum iſtarum monialium nomine recitatus eſſet hic libellus in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, eum (*a*) ad amplitudinem veſtram (*b*) illuſtriſsimam mittendum, ſimulque ſcribendum cenſuerunt, ut ipſe rem, de qua illae queruntur, pro ſua prudentia conſiderare velit, & (*c*), quid de illa ſentiat, ut ad ſacram congregationem referri poſsit, huc reſcribere: interea vero nihil in ea novet, dum ex ejus literis, quid de iſtis monialibus S. Omiboni (*d*) agendum ſit, in congregatione decretum fuerit. Deus amplitudini veſtrae illuſtriſsimae ſalutarem proſperitatem concedat. VIII. id. oct. M. D. LXVII.

(*a*) al. *eam*.
(*b*) al. *tuam*.
(*c*) al. *eaque proſpecta, quid* &c.
(*d*) al. *Omniboni*.

C C I.

Archiepiſcopo Tranenſi.

8. oct. 1567.

REverendiſſime domine. Auditis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iis, quae hoc ſupplici libello ſibi iſtic ſeminarii cauſa majora imponi onera queruntur duo iſta capitula, quam ferre poſsint aut debeant, iidem illuſtriſsimi patres ex decreto ſanctiſsimi domini noſtri ſcribendum tibi cenſuerunt, ut, quod ad ſeminarium attinet, plus dimidia decima, eaque ad antiquam taxam ſemper directa, a ſingulis iſtis capitulis ne exigas. itaque hanc formam ſervabit amplitudo tua: cui Deus ſalutaria omnia largiatur. VIII. id. oct. M. D. LXVII.

C C I I.

Epiſcopo Comenſi.

11. oct. 1567.

REverendiſsime domine. Mitto amplitudini tuae ſupplicem hunc libellum, qui recitatus eſt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii. eum leges, dabiſque operam, ut cognoſcas quomodo ſe habeat id, quod libello poſtulatur, reque explorata, ad me, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, vere perſcribas. Vale in domino. V. id. oct. M.D.LXVII.

CCIII.

Digitized by Google

C C I I I.

Epiſcopo Nolano. 13. oct. 1567.

REverendiſsime domine. Hunc libellum, recitatum in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium congregationis (*a*) ſacri concilii, ex ipſorum patrum ſententia mitto amplitudini tuae una cum his literis; ut intelligas, quod hic expoſitum eſt, & deliberatione dignum eſſe viſum ſacrae congregationi, & propterea eam cenſuiſſe, ut, dum, cauſa maturius hic cognita, quid agendum ſit decernatur, neque ipſi archipresbytero ſancti Petri Scafati, neque presbytero Matthaeo, neque ejus fidejuſſoribus moleſtiam exhibere velit amplitudo tua; quam Deus ſalvam & incolumem ſervet. Romae III. id. oct. M. D. LXVII.

(*a*) al. *interpretum*.

C C I V.

Epiſcopo Nucerino. 21. oct. 1567.

REverendiſsime domine. Ex iſtis fratrum Silveſtrinorum poſtulatis, quae his (*a*) literis incluſimus, decreverunt illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii, ut de illis inquiras, & (*b*), ſi cognoveris, eorum ſeminarium ante tridentinum concilium Peruſiae erectum fuiſſe, ac poſtea Fabrianum eſſe tranſlatum, antequam Camerini epiſcopus litem illis intendiſſet ſuper contributione ſui ſeminarii, curabis, ut his epiſcopus detrahat impenſam, quam iidem fratres ante tridentinum concilium in illud ſeminarium facere conſueverant. de reliquo ipſe epiſcopus Camerini coget eos contribuere ad ſuum ſeminarium pro ratione dimidiae decimae, ad antiquam taxam directae. Deus amplitudinem tuam ſalvam & incolumem ſervet. XI. Kal. nov. M. D. LXVII.

(*a*) al. *iſtis*. (*b*) al. *etſi* &c.

C C V.

Epiſcopo Neocaſtrenſi. (*a*)

REverendiſſime domine. Auditis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iis, quae ſibi ab amplitudine tua ſeminarii cauſa majora imponi onera queritur Silvius Aniſius, abbas ſancti Nicolai de Fragiano tuae dioeceſis, quam ferre poſsit aut debeat, iidem (*b*) illuſtriſsimi patres ex decreto ſanctiſsimi domini noſtri ſcribendum tibi cen- 21. oct. 1567.

(*a*) *Nicaſtrenſi* exempl. (*b*) *idem* exempl.

fuerunt (quemadmodum etiam pro altero abbate Gallo ſimili de cauſa ſcriptum eſt), ut, quod ad ſeminarium attinet, plus dimidia decima, eaque ad antiquam taxam ſemper directa, ab ipſo abbate ne exigas. itaque hanc formam ſervabit amplitudo tua: cui Deus ſalutaria omnia largiatur. Prid. Kal. nov. M. D. LXVII.

CCVI.

31. oct. 1567.

Epiſcopo Majoricenſi.

REverendiſſime domine. Illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii ex iſto libello, ſibi recitato, amplitudini tuae ſcribendum cenſuerunt, primum de conſtituendo numero monialium, ut ea poteſtate utaris, quae decreto tridentini concilii ſeſſ.xxv. (*a*) cap.3. permiſſa eſt: deinde de dote earum, ut nihil certi ac definiti generatim ſtatuas, &, ſi quid adhuc ita ſtatueris, id abroges & irritum facias. poſthac autem eo in genere modo plus, modo minus ex bonis, quemadmodum perſonarum ac temporum conditio poſtulabit, monaſteriis tradi permittet (*b*) prudentia tua: in quo etiam diſerte cavebis, ne, quod in poſterum tradetur (*c*) monaſteriis, dotis vocabulo nominetur, ſed ſimpliciter attribui dicatur alimenti cauſa ejus monialis, quae in monaſterium admiſſa fuerit: poſtremo de puellis ſaecularibus, in monaſteriis educandis, id ſacro tridentino concilio minime prohiberi, modo ea monaſteria conſueverint huiuſmodi (*d*) puellas educandas (*e*) accipere, & de conſenſu (*f*) & earum ſuperioris licentia, in ſcriptis habita, monaſterium (*g*) ingrediantur (*h*), & quidem ſolae & ſine ancillis, & ab ipſis puellis, quam diu in monaſteriis manſerint, eadem, quae a monialibus, clauſura ſervetur; quae inde ſemel egreſſae in illud monaſterium poſtea non revertantur. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui ſalutarem proſperitatem precor. Romae. prid. Kal. nov. M. D. LXVII.

(*a*) al. XV. ſed errore librarii. nam certe ſignificatur ſeſſ.XXV. cap.3. *de Regularibus*.
(*b*) al. *permitte*.
(*c*) al. *tradet*.
(*d*) al. *ejuſmodi*.
(*e*) al. *ducandas*.
(*f*) al. *conſenſu abbatiſſae, ipſarumque monialium &* &c.
(*g*) al. *monaſteria*.
(*h*) al. *ingrediatur*.

CCVII.

31. oct. 1567.

Epiſcopo Aquilano.

REverendiſſime domine. Non fuit ea ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii in ſuperioribus ad amplitudinem tuam literis (*a*), ut (*b*) eleemoſynae prohiberen-

(*a*) Vide epiſt. *Ut audiverunt* d.19. ſept.1567. pag.437. (*b*) al. omitt.

berentur, quae ad ſuſtentandos pauperes colligi ſolent, ſed ut tantummodo pravus abuſus quaeſtorum ex decreto ſacri tridentini concilii tolleretur. itaque, ſi eleemoſynae, quae ab iſta ſocietate vel confraternitate, quae (c) *Mortis* appellatur, peti conſueverunt, in uſus pauperum, curationem aegrorum & (d) in alia pia opera conferuntur, idemque fit ab altera SS. Sacramenti ſocietate, non debebit prudentia tua impedire eas, quo minus piam illam conſuetudinem ſervent, quam diu duae iſtae ſocietates ea in re nihil ſordidum commiſerint, & illud inſtitutum ſimpliciter humiliterque & omnino ſine ulla fidelium offenſione vel querela petendi eleemoſynam ad piorum operum effectum tenuerint. Vale in domino. Romae. prid. Kal. nov. M. D. LXVII.

(c) al. *quam mortis appellatis, peti* &c. (d) al. *ut*.

CCVIII.

Cardinali Palaeotto.

6. nov. 1567.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Recitatis in ſacra congregatione concilii amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae ad me literis, & iis, quae de cauſa & ſtatu monialium ſancti Omiboni (a) miſerat, cognitoque ex eodem illo ſcripto, eam, & ſenatus & multorum civium iſtius urbis & aliquot fratrum ejuſdem ordinis & cognatorum etiam ipſarum monialium precibus, ſuſcepiſſe illarum curam, non vident illuſtriſſimi patres, quomodo, ſalva ſua & conſcientia & exiſtimatione, cui maxime conſultum volunt, eandem curam poſſit dimittere. quo magis etiam ab ea petunt, ut ad iſtam rationem perficiendam ſuam pietatem & prudentiam conferat. De unione vero duorum monaſteriorum cum monaſterio S. Omiboni propter eas cauſas, quas attulit, illuſtriſſimi patres permittendum amplitudini veſtrae illuſtriſſimae cenſuerunt, ut id agat, quod ei & Dei honor & ſalus monialium & ſacrae adminiſtrationis officium poſtulare videbitur. ſic igitur faciet amplitudo veſtra illuſtriſſima: cui ſalutaria omnia & opto & precor. VIII. id. nov. M.D.LXVII.

(a) Vide epiſt. *Cum iſtarum* d.8. oct.1567. pag.440.

CCIX.

Archiepiſcopo Tranenſi.

8. nov. 1567.

REverendiſſime domine. Expoſitis presbyteri iſtius Euſebii poſtulatis in congregatione ſacri concilii, quo amplitudo tua maturius de re deliberare poſſit, illuſtriſſimi patres eorum exemplum

Kkk 2

plum mittendum cenſuerunt, tibique mandandum, ut huc ſcribas, cur, ſi ita ſe res habet, quemadmodum ille expoſuit, iſtum presbyterum Euſebium ad eam reparationem aedificationemque
a velis (a) compellere. interea vero, dum, cognita re ex tuis literis, ſacra congregatio, quid facto opus ſit, decernat, eidem presbytero illa de cauſa nullam afferes moleſtiam. Vale in domino. VI. id. nov. M. D. LXVII.

(a) *vellis* exempl.

C C X.

10. nov. 1567.

Epiſcopo Potentiano.

Reverendiſſime domine. Habebis cum his literis libellum, recitatum illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii nomine iſtius presbyteri Aloiſii de Pincerno tuae dioeceſis, ſimulque intelliges, ex ipſorum patrum illuſtriſſimorum ſententia non prohiberi illum presbyterum decreto ſacri concilii ſeſſ.xxv. cap.xv. quominus in eccleſia iſta S. Mariae de Subario miniſtrare poſſit, dummodo pater ejus illegitimus eccleſiaſticum beneficium, quemadmodum in libello expoſitum eſt, in eadem eccleſia non habuerit. Vale in domino. IV. id. nov. M. D. LXVII.

C C X I.

11. nov. 1567.

Archiepiſcopo Valentino.

Reverendiſſime domine. Gratiſſima fuerunt ſanctiſſimo domino noſtro, quae ab amplitudine tua notata ac ſublata ſunt de provinciali concilio proximi anteceſſoris tui, in quibus reverentiam & pietatem tuam erga hanc ſanctam ſedem, ſibi ſemper antea cognitam, ſua ſanctitas libentiſſime recognovit; judicium vero ac prudentiam ejus laudavit, quae illis ipſis offenſa ſit, quae inter caetera hic etiam emendata fuerunt: quemadmodum ex brevi ejus ſanctitatis, & iis, quas in eo infraſcriptas annotationes, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii ad te mitti juſſit, intelliges. ego amplitudini tuae de recuperata valetudine gratulor, Deoque gratias ago, qui ſalutarem ei proſperitatem largiatur. Vale in domino. Romae. III. id. nov. M. D. LXVII.

C C X I I.

Epiſcopo Imolenſi. (a)

REverendiſſime domine. Quod quaeſitum eſt tuo nomine ab illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, liceretne (b) per ſacrum tridentinum concilium puellas ſaeculares in monaſteriis educari, reſponderunt idem, quod aliis etiam antea de eadem re quaerentibus reſponderunt, minime id ſacro concilio prohiberi, modo & monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas educandas recipere, & de conſenſu abbatiſſae ipſarumque monialium, & earum ſuperioris licentia, in ſcriptis habita, monaſteria ingrediantur, & quidem ſolae & ſine ancillis, & ab ipſis puellis, quam diu in eo monaſterio manſerint, eadem, quae a monialibus, clauſurae (c) lex ſervetur: quae inde ſemel egreſſae in idem monaſterium poſtea non revertantur. haec ſunt, quae in hujuſmodi puellis, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſsimorum patrum congregationis ſacri concilii, ſervanda ſunt. Vale in domino. XI. Kal. dec. M. D. LXVII. 21. nov. 1567.

(a) *Emolenſi* exempl. (b) *liceret* id. (c) *clauſura* id.

C C X I I I.

Epiſcopo Imolenſi. 21. nov. 1567.

REverendiſſime domine. Ex iſto libello, qui propoſitus eſt de hoſpitali imolenſi in congregatione ſacri concilii, ſcito, illuſtriſsimis cardinalibus, re mature conſiderata, viſum eſſe, iſtud hoſpitale non eſſe ex illis, quae decreto ſacri tridentini concilii ſeſſ. XXIII. cap. 18. ſeminario debent contribuere. quare, quod ad hanc cauſam attinet, nullam ei hoſpitali moleſtiam afferet prudentia tua. Vale in domino. XI. Kal. dec. M. D. LXVII.

C C X I V.

Epiſcopo Interamnati. 21. nov. 1567.

REverendiſſime domine. Querelas iſtorum clericorum, quae ad illuſtriſſimos cardinales, interpretes ſacri concilii, delatae ſunt, cognoſces ex eorum libello, quem cum his literis habebis; ſimulque intelliges, cenſuiſſe ipſos patres illuſtriſſimos, ut huc ſcribas, quo jure iſtud viſitationis vectigal ab illis velis exigere: interea vero & iſta exactione ſuperſedeas, & pignora, quae ablata ſunt, reddi eis jubeas, qui tibi (a) ſatis dederint,

(a) *ſibi* exempl.

Digitized by Google

rint, ſe, quod illuſtriſſimi cardinales ſacrae congregationis judicarint, ſoluturos. Deus omnipotens amplitudini tuae ſalutaria omnia largiatur. xi. Kal. dec. M. D. LXVII.

C C X V.

a Epiſcopo Genevenſi (a) Nuncio ſedis Apoſtolicae apud Ducem Sabaudiae.

21. nov. 1567.

Reverendiſſime domine. Expoſita per ſupplicem libellum querela populi Ripolarum taurinenſis dioeceſis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, eum
b tibi (b) libellum mittendum, ſimulque ſcribendum cenſuerunt, ut ea de re cum archiepiſcopo taurinenſi colloquaris, & ita agas, ut omnino concionator ripolenſibus attribuatur. in quo tamen memineris, ad ipſum archiepiſcopum, & parochum ejus oppidi hujus oneris curam, non ſolum decretis veterum canonum, ſed etiam praeſcripto tridentini concilii ſeſſ. xxiv. cap. iv. pertinere: itaque neminem, praeter eos, qui jure tenentur, vel ſolent, ad eum ſumptum concionatoris faciendum cogi debere. quare ſic curabis, quemadmodum ſcriptum eſt, ac de eo, quod actum fuerit, ſimulque an res vere ita ſe habeat, quemadmodum ſupplici libello fuit expoſita, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, me facies certiorem. Vale in domino. xi. Kal. dec. M. D. LXVII.

(a) *Genevae* exempl. (b) *ſibi libellum, ſimulque* &c. id.

C C X V I.

Epiſcopo Tudenſi.

28. nov. 1567.

Reverendiſſime domine. Cognitis his, quae ab Alvaro Peretio per ſupplicem libellum in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, expoſita ſunt, eum libellum amplitudini tuae mittendum, tibique meis literis ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri ſignificandum cenſuerunt, ſi iſte Alvarus, poſt adeptam poſſeſſionem illius prioratus de Vigo, ut ipſe affirmat, tantummodo annum abfuit, neque eum prioratus jure privari, neque omnes ejus prioratus fructus ſequeſtrari poſſe: verum, ex decreto tridentini concilii
a ſeſſ. xxiv. cap. xii. primi (a) anni abſentiam, ſolum dimidia parte fructuum privandum eſſe: qua in abſentia ſi ille diutius poſtea perſeveraverit, tum poſſe amplitudinem tuam & omnes fructus & ipſum prioratum ei adimere, ex praeſcripto tamen ejuſdem ſacri con-

(a) Fort. *ob primi*.

concilii; cui concilio, & in iſta re & in aliis ejuſmodi parere debebit: quod & a prudentia ac pietate tua ſperamus, & tibi propitium omnipotentem Deum precamur Vale. IV. Kal. dec. M. D. LXVII.

CCXVII.

Abbati collegiatae eccleſiae Valliſoleti.

28. nov. 1567.

REverendiſſime domine. Habebis ſupplicem libellum cum his literis, recitatum in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii. itaque, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum patrum, per literas reſpondebis, quo jure te ea facere poſſe exiſtimes, quae iſtorum canonicorum & portionarii nomine in libello ſunt expoſita. interea vero ob iſtam cauſam illis moleſtiam exhibere ſuperſedebis. Vale. IV. Kal. dec. M. D. LXVII.

CCXVIII.

Epiſcopo Tudenſi.

6. dec. 1567.

REverendiſſime domine. Illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri jampridem hoc decretum fecerunt, eos, qui parochiam & canonicatum ante confirmationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut debent, reſideant, nec plures una habeant (*a*), ex canonicatu tantum diſtributiones quotidianas amittere debere eorum temporum, quibus non inſerviant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, reliquis vero ejus fructibus privari non poſſe. quare, cum Franciſcus iſte Texura, canonicus tudenſis, affirmet, ſe reſidere in parochia de Areas (*b*) extra muros civitatis tudenſis, ita ut poſſit etiam commode omnibus horis debitis inſervire, neque ipſa inſerviat canonicatui, quem cum ipſa parochia ante confirmationem concilii legitime ſe obtinuiſſe dicit, ſi ita res eſt, prudentia tua ea de cauſa nullam ipſi Franciſco moleſtiam exhibere debebit. Vale in domino. VIII. id. dec. M. D. LXVII.

(*a*) *habent* exempl. (*b*) Fort. *Arcas*.

CCXIX.

Vicario Epiſcopi Placentini.

6. dec. 1567.

REverende domine. Sane mirati ſunt illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii (ſi modo ita ſe res habet, quemadmodum in libello, his literis incluſo, expoſita eſt), te iſti

iſti domino Chriſtophoro Carpano ea de cauſa moleſtum fuiſſe. itaque, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, primum, quicquid ob eandem cauſam contra ipſum egeris ageſve, irritum & inane eſſe, decernunt: deinde praeciſe jubent, ut nullam ei propterea in poſterum moleſtiam afferas. quod ſi forte (a) te aliquam in eum juſtam actionem habere putas, ad me ſcribes, & interea, dum in ſacra congregatione, quid agendum ſit, ſtatutum fuiſſe ſcies, nihil ipſi Carpano negotii exhibebis. Vale in domino. VIII. id. dec. M. D. LXVII.

(a) *fortaſſe* exempl.

CCXX.

Nuncio Hiſpaniarum. (a)

13. dec. 1567. REverendiſſime domine. Cenſuerunt illuſtriſſimi cardinales, interpretes ſacri concilii, hunc ſupplicem libellum, qui in ſacra congregatione recitatus eſt, cum his literis ad te mittendum eſſe, ut diligenter inquiras, & agnoſcas ex epiſcopo abulenſi, & ex beneficiatis dictae eccleſiae villae de Varco de eo, quod in ipſo libello expoſitum eſt; deque omnibus, quae cognoveris, ſimulque de iiſdem ſententiam tuam, ut ad ſacram congregationem referre poſſim, ad me perſcribes. ſic igitur ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri faciet amplitudo tua: cui Deum propitium precor. Vale in domino. Idibus dec. M. D. LXVII.

(a) *Hiſpanorum* exempl.

CCXXI.

Epiſcopo Brixienſi.

13. dec. 1567. REverendiſsime domine. Quod quaerit amplitudo tua, quae mens fuerit ſanctiſsimi domini noſtri in illis decreti verbis de contributione ſeminarii eorum fratrum vel canonicorum regularium, quorum cauſa de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, tibi a me ſcriptum eſt, ut videlicet plus dimidia decima ne exigas, eaque ad antiquam taxam ſemper directa, ſcito, ejus ſanctitatem intelligere eam antiquam taxam, quae in uſu erat in ditione venetae reipublicae, antequam haec taxa, quae poſtremo loco in ejuſdem reipublicae ſtatu inſtituta eſt, ederetur. quare illam ipſam taxam, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri in iſta exactione ſervabis. Vale in domino. Idibus dec. M. D. LXVII.

CCXXII.

Digitized by Google

CCXXII.

Epiſcopo Mindonienſi. (*a*)

a

REverendiſsime domine. Recitato hoc libello in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, eum amplitudini tuae mittendum, tibique ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri ſcribendum eſſe cenſuerunt, ſi duo iſti archidiaconatus dignitate pares ſunt, optionem eſſe ipſius Petri Noguerol, ut, in utro (*b*) malit, reſideat; ſin alter altero dignior eſt, cogendum eundem Petrum, ut reſideat in digniore; in utro autem reſederit, eo videlicet modo, quo dictum eſt, amittere eum debere diſtributiones quotidianas ejus archidiaconatus, in quo non reſederit, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. ſic igitur faciet amplitudo tua: & valeat in domino. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII. 19. dec. 1567. *b*

(*a*) *Mindionenſi* exempl. (*b*) *uno* id.

CCXXIII.

Priori Carthuſianorum Ferrariae. 19. dec. 1567.

REverende pater. Jampridem illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii declaraverunt, minime prohiberi eodem tridentino concilio, quominus puellae ſaeculares in monaſteriis educari poſsint, modo & monaſteria antea conſuérint (*a*) *a* ejuſmodi puellas educandas recipere, & de conſenſu abbatiſſae ipſarumque monialium, & earum ſuperioris licentia, in ſcriptis habita, monaſteria ingrediantur, & quidem ſolae, & ſine ancillis, & ab ipſis puellis, quam diu in eo monaſterio manſerint, eadem, quae a monialibus, clauſurae lex ſervetur; quae, inde ſemel egreſſae, in idem monaſterium poſtea non revertantur. haec ſunt, quae in hujuſmodi puellis, ut dixi, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ſervanda ſunt. itaque, ſi nulla ex his conditionibus, quas ſupra ſcripſi, adverſatur, concedes domino Luiſio Gonzagae, ut filiam ſuam legitimam, minorem, ut ipſe dicit, XVII. annis, educandam collocare poſsit in iſto monaſterio ſancti Antonii fratrum tuorum carthuſianorum in civitate ferrarienſi. Vale in domino. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII.

Lll CCXXIV.

(*a*) *cenſuerint* exempl.

CCXXIV.

19. dec. 1567.

Archiepiſcopo Neapolitano.

Reverendiſſime domine. Quod literis, quas v. idus proximi augusti, ex decreto ſanctiſſimi domini noſtri de ſeminariis, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, fratrum carthuſianorum cauſa, ad te ſcripſi, non parueris, ſane miramur. quare, ex eadem auctoritate, & de eorundem a illuſtriſſimorum patrum ſententia, moneo (a) amplitudinem tuam, b ut illa ipſa dimidia decima, & ea directa (b) ad antiquam taxam ſeminarii gratia contentus eſſe velis, neque ab ipſis fratribus carthuſianis ob iſtam cauſam plus exigere, quam quantum jam praeſcriptum eſt. Vale in domino. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII.

(a) *monea* exempl. (b) *decreta* id.

CCXXV.

19. dec. 1567.

Epiſcopo Majoricenſi.

a Reverendiſsime domine. Scriptum eſt jam antea (a) amplitudini tuae, illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri hoc decretum feciſſe, eos, qui parochiam & canonicatum ante confirmationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut debent, reſi- b deant, nec plures una habeant (b), ex canonicatu tantum diſtributiones quotidianas amittere debere eorum temporum, quibus non inſerviant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, reliquis vero canonicatus fructibus privari non poſſe. quare, cum Antonius Torella affirmet, ſe reſidere in parochia S. Joannis de Sinen iſtius dioeceſis, paratuſque ſit amittere ex canonicatu majoricenſi, quem una cum parochia ante confirmationem concilii legitime obtinuit, diſtributiones quotidianas eorum temporum, quibus non inſervit, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, nihil praeterea ei ob eam cauſam adimere, nullamque moleſtiam exhibere debebis. Vale in domino. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII.

(a) Vide epiſt. *Decretum* d. 25. jul. 1567. pag 431. (b) *habent* exempl.

CCXXVI.

19. dec. 1567.

Archiepiſcopo Tranenſi.

Reverendiſsime domine. Accipiet amplitudo tua cum his literis ſupplicem libellum, recitatum illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, ex quo cognoſces, quae ab iſto abba-

Digitized by Google

abbate ſancti Samuelis pro ſua cauſa prolata fuerint. ſcribes vero ad me, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, quibus adductus rationibus ipſum abbatem velis viſitare: interea vero, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, dum a nobis quid agendum ſit explicetur, nullam iſti abbati moleſtiam afferes. Vale in domino. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII.

CCXXVII.

Epiſcopo Palentino. 19. dec. 1567.

Reverendiſsime domine. Si ita ſe res habet, quemadmodum iſto libello, quem habebis cum his literis, nomine capituli palentini expoſita eſt illuſtriſsimis cardinalibus, interpretibus ſacri concilii, ambae ipſius capituli petitiones dignae ſunt viſae, quae diligentius conſiderentur. quamobrem illuſtriſsimi patres ſacrae congregationis, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, cenſuerunt, tibi ſcribendum eſſe, ut ad iſta reſpondeas, & quas rationes habeas contra ea, quae capitulum attulit, huc perſcribas; interea vero omni moleſtia illis afferenda, quod ad iſtam cauſam attinet, ſuperſedeas. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui ſalutarem proſperitatem precor. XIV. Kal. jan. M. D. LXVII.

CCXXVIII.

Archiepiſcopo Neapolitano. 25. dec. 1567.

Reverendiſſime domine. Auditis in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, iis, quae ſibi ab amplitudine tua ſeminarii cauſa majora imponi onera queritur (a) illuſtriſſimus cardinalis Saracenus, cauſa monaſterii S. Mariae de Capellis iſtius civitatis, quam ferre poſſit (b) aut debeat, iidem illuſtriſſimi patres, ex decretó ſanctiſſimi domini noſtri, ſcribendum tibi cenſuerunt (quemadmodum etiam pro aliis eádem de cauſa ſcriptum eſt), ut, quod ad ſeminarium attinet, plus dimidia decima, eáque ad antiquam taxam ſemper directa, ab ipſo (c) illuſtriſſimo cardinale ne exigas. itaque hanc formam ſervabit amplitudo tua: cui Deus ſalutaria omnia largiatur. VIII. Kal. jan. M. D. LXVII.

LII 2 CCXXIX.

(a) al. *queruntur monachi congregationis montis Oliveti, iſtius &c.*

(b) al. *poſſint aut debeant, iidem &c.*

(c) al. *ipſis monachis montis Oliveti ne &c.*

CCXXIX.

25. dec. 1567.

Magiſtro Paulino Ordinis Praedicatorum.

REverende pater. Quod ita ſcribis: *Petrus dubitat, aut ſuſpicatur* (a), *leviter tamen, ſe olim affinitatem contraxiſſe cum Berta propter fornicariam copulam, poſt quam copulam matrimonium conſummavit cum ejus ſorore Maria, & per decennium ex ea genuit filios & filias. de hac ſua ſuſpicione vel dubio interrogavit plures ſacerdotes, an diſpenſatione egeat tale matrimonium; quibuſdam affirmantibus, aliis vero negantibus, te in ea ſententia fuiſſe, ut diceres, nulla ei opus eſſe diſpenſatione*: ſanctiſsimus dominus noſter miratus eſt, te ita opinatum eſſe, cum, in re hujuſmodi etiam dubia, diſpenſatione opus eſſet. veruntamen ejus ſanctitas id confeſſori permiſit, ut abſolvere, &, in foro conſcientiae duntaxat, diſpenſare poſsit. in quo tamen ſciat, eius ſanctitatem hac diſpenſatione filios aut filias minime legitimos facere, verum eo in ſtatu relinquere, quo leges & canones eſſe voluerunt. Vale in domino. VIII. Kal. jan. M. D. LXVII.

(a) *ſuſpicat* exempl.

CCXXX.

26. dec. 1567.

Epiſcopo Calagurritano.

REverendiſsime domine. Quem habebis adjunctum his literis ſupplicem libellum, recitatum illuſtriſsimis cardinalibus, interpretibus ſacri concilii, ab ipſis ſcito tibi miſſum eſſe, ut ad ea reſpondeas, quae eo libello continentur, reſcribaſque mihi, ut ad ſacram congregationem referre poſsim, quae te rationes moveant, cur iſtum Didacum de Montoja velis cogere ut reſideat. interea vero, dum, re hic cognita, quid agendum de eo ſit, ſtatuatur, nulla iſtum Didacum, quod ad hanc cauſam attinet, moleſtia afficies. Deum precor, ut te ſalvum & incolumem ſervet. Vale in domino. VII. Kal. jan. M. D. LXVII.

CCXXXI.

26. dec. 1567.

Epiſcopo Vicenſi.

REverendiſsime domine. Decretum, quod illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii de parochiis & canonicatibus, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, jam diu fecerunt, hujuſmodi eſt, ut, qui parochiam & canonicatum ante confirmatio-

mationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut debent, reſideant, nec plures una habeant, ex canonicatu autem diſtributiones tantum quotidianas amittant eorum temporum, quibus non inſervient, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, reliquis ejus fructibus privari non debeant. quare, cum Gaſpar Prats canonicatum & praebendam in eccleſia vicenſi, item parochiam in oppido ſancti Petri de Roda ejuſdem dioeceſis ante confirmationem concilii tridentini legitime obtinuerit, & in parochia reſidens, ut ipſe affirmat, paratus ſit ex canonicatu amittere diſtributiones quotidianas eorum temporum, quibus non inſervit, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, iis contenta amplitudo tua nullam ei praeterea moleſtiam ob iſtam cauſam afferre debebit. Deum precor, ut tibi ſalutarem proſperitatem largiatur. Vale in domino. VII. Kal. jan. M. D. LXVII.

CCXXXII.
Vicario Aquilejenſi. (a)

a 26. dec. 1567.

Leges iſtum libellum, incluſum his literis, tibi ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri miſsis ab illuſtriſsimi cardinalibus congregationis ſacri concilii, &, ſi vera eſſe ex legitimis probationibus compereris (b) cum reliqua, quae iſte Dominicus Mirandula expoſuit, tum illud quoque, iſtam civitatem Auſtriae, dioeceſis aquilejenſis, ejus parochiae, ubi propter graves inimicitias reſidere non poſsit, eſſe propinquiorem & tutiorem locum, ſines, cum ibi in ſuo canonicatu reſidere tantiſper, dum periculum, quod illi intenditur, durabit; cum primum autem ſublatum eſſe juſtum diſcriminis hujus metum cognoveris, compelles ipſum ad reſidendum in parochia. interea vero curabis, ut idoneus vicarius eidem parochiae inſerviat, aſsignata ei congruenti mercede ex ipſius parochiae fructibus. Vale in domino. VII. Kal. jan. M. D. LXVII.

(a) *Aquilegienſi* exempl. (b) *competeris* id.

CCXXXIII.
Nuncio Venetiarum.

31. dec. 1567.

Reverendiſsime domine. Cum eſſet orta quaeſtio de eccleſiaſticarum perſonarum bonis, quorum cauſa ſeminariis ſolvi debeat, illuſtriſsimi cardinales, interpretes ſacri concilii, re diligenter conſiderata ac deliberata, ex auctoritate ſanctiſsimi domi-

domini noſtri ita decreverunt, quemadmodum videbis in exemplo ipſius decreti, quod his incluſum literis reverendiſsimo epiſcopo bergomati ad te perferendum dedimus. itaque, ex auctoritate ejus ſanctitatis, operam dabis, ut iſtud decretum iſtic & in toto reipublicae venetae ſtatu ſervetur. Vale in domino. Prid. Kal. jan. M.D.LXVII.

CCXXXIV.

10. jan. 1568.

Epiſcopo Veronenſi.

Reverendiſsime domine. Relata ea quaeſtione ad illuſtriſsimos cardinales, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri interpretes ſacri concilii, an illo decreto ſeſſ. XXIV. cap. III. ejuſdem concilii, quo (a) ſtatuitur, archidiaconos, decanos, & alios inferiores in ſua viſitatione debere aſſumere notarium de conſenſu epiſcopi, comprehendatur abbas regularis, vel qui abbatiam regularem commendatam obtinent, reſponderunt, non comprehendi. quo in numero cum eſſe conſtet illuſtriſsimum cardinalem Commendonum, quod attinet ad abbatiam S. Zenī, cenſuerunt, ei in illa viſitatione notarium ab amplitudine tua attribuendum non eſſe. Vale in domino. IV. id. jan. (b) M.D.LXVIII.

(a) Omitt. exempl. (b) Fort. *febr.*

CCXXXV.

18. jan. 1568.

Cardinali Palaeotto.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Quae ſint expoſita de parochia S. Joannis Baptiſtae de Altedo, videbit amplitudo veſtra illuſtriſsima ex incluſo his literis libello. itaque ei etiam placebit huc ſcribere, & quo modo ſe res habeat, & quid eidem hac in re agendum eſſe videatur; quo illuſtriſsimi patres congregationis ſacri concilii, quae amplitudinis veſtrae illuſtriſsimae ſententia ſit, ſcire poſsint: cui Deum benignum & propitium precor. XV. Kal. febr. M.D.LXVIII.

CCXXXVI.

18. jan. 1568.

Cardinali Borromaeo.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Relatis in congregatione ſacri concilii rationibus, quas ad ea, quae illuſtriſsimi patres ab ipſa quaeſierunt literis, prid. id. aprilis M.D.LXVII. datis (a), amplitudo veſtra illuſtriſsima attulit de viſitatio-

(a) Vide epiſt. *Queſtus* d. 12. apr. 1567. pag. 415.

ſitatione abbatiae S. Chriſtinae, cui praeeſt illuſtriſsimus cardinalis Sfortia, deque ejus contributione ad ſeminarium, cenſuerunt, amplitudinem veſtram illuſtriſsimam, non obſtantibus prioribus illis literis, poſſe eam abbatiam tanquam beneficium mediolanenſis ſuae dioeceſis viſitare, & ab eadem taxam exigere ſeminarii; quemadmodum decretis ejuſdem tridentini concilii permiſſum eſt. Ego amplitudini veſtrae illuſtriſsimae ſalutarem proſperitatem opto & precor. xv. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXXXVII.

Epiſcopo Spoletino. 18. jan. 1568.

Reverendiſsime domine. Lectis his literis, ex incluſo libello monebis patruum iſtius Jacobi Antonii Pontii, ut vel ipſe Romam veniens, vel per procuratorem, quamprimum doceat congregationem ſacri concilii de jure ſuo; vel, deducto eodem jure apud amplitudinem tuam, tu, quicquid iſte protulerit, ad me primo quoque tempore perferendum curabis, ut, cauſa vere cognita in ſacra congregatione, quid facto opus ſit, ex jure ſtatui poſsit. Vale in domino. xv. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXXXVIII.

Epiſcopo Cremonenſi. 18. jan. 1568.

Reverendiſsime domine. Cum eſſet orta quaeſtio de eccleſiaſticarum perſonarum bonis, quorum cauſa ſeminariis ſolvi debeat, illuſtriſsimi cardinales interpretes ſacri concilii, re diligenter conſiderata ac deliberata, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri ita decreverunt, quemadmodum videbis in exemplo ipſius decreti, quod his incluſum literis ad te mittimus. itaque, ex auctoritate ejus ſanctitatis, in ratione ſeminariorum iſtud decretum ſervabis: & valebis in domino. xv. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXXXIX.

Epiſcopo Segorbienſi. (a)

Reverendiſsime domine. Decretum, quod illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii de parochiis & canonicatibus, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, jam diu fecerunt, hujuſmodi eſt, ut, qui parochiam & canonicatum ante confirmationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut de- 23. jan. 1568.

(a) *Segobienſi* exempl.

debent, reſideant, nec plures una habeant, ex canonicatu autem diſtributiones tantum quotidianas amittant eorum temporum, quibus non inſerviant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, reliquis ejus fructibus privari non debeant. quare, cum Guillermus Joannes de Bruſca affirmet, ſe ante confirmationem tridentini concilii obtinuiſſe canonicatum & praebendam eccleſiae ſegobricenſis, & parochialem in oppido S. Matthaei dertuſenſis dioeceſis, in qua etiam, ut debet, reſideat, amplitudo tua, contenta diſtributionibus quotidianis eorum temporum, quibus canonicatui non inſervit, & ſi quid praeterea abſens juſta alia de cauſa non perciperet, nulla praeterea eum moleſtia, quod ad iſtam cauſam attinet, afficere debebit: & valebit in domino. x. Kal. febr. M. D. LXVIII.

C C X L.

23. jan. 1568.

Epiſcopo Calagurritano.

Reverendiſsime domine. Cenſuerunt illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii, ſi vera ſunt, quae iſto libello, quem habebis cum his literis, expoſuit presbyter Andreas Martines, non poſſe eum alterutro beneficio privari, &, quanquam etiam utrunque perſonalem reſidentiam requireret, dummodo utrunque curam animarum non habeat, licere nihilominus iſti Andreae utrunque retinere, ſi modo ea legitime obtinuit ante tridentini concilii confirmationem, & in altero, quod curam animarum habeat, vel, ſi utrunque ea cura careat, in digniore reſideat. quod ſi amplitudo tua ſe juris aliquid habere exiſtimat, quo contra iſtum presbyterum Andream ea in re niti poſſit, huc, ut ad ſacram congregationem referatur, perſcribat. interea vero ei moleſtus non erit: & valebit in domino. x.Kal. febr. M. D. LXVIII.

C C X L I.

23. jan. 1568.

Epiſcopo Conchenſi.

Reverendiſsime domine. Si verum eſt, iſti Joanni Ferdinando de Molina regreſſum ad parochialem ante confirmationem tridentini concilii fuiſſe conceſſum, & cum eo tunc etiam legitime diſpenſatum, ut, ſi regreſſus ei contigiſſet, ipſam parochialem cum archipresbyteratu poſsit retinere (id quod ipſius nomine expoſitum eſt illuſtriſsimis cardinalibus congregationis ſacri concilii hoc libello, quem amplitudini tuae mitto his incluſum

ſum literis) iidem illuſtriſsimi patres cenſuerunt, ipſum Joannem de Molina utrunque beneficium nunc etiam retinere poſſe, ita tamen, ut amplitudo tua eum cogere debeat, ut reſideat in parochiali: quod ſi ille recuſarit, agat contra eum ex decretis ejuſdem tridentini concilii. ſin vero eadem amplitudo tua ſe juris aliquid habere exiſtimat, quominus his, quae nunc ad te ſcribuntur, parére debeat, me certiorem faciet. interea tamen eum utroque beneficio frui, quemadmodum dictum eſt, ſinet: & valebit in domino. x. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXLII.

Epiſcopo Alecii. (a)

REverendiſsime domine. Decretum, quod illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii de parochiis & canonicatibus, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, jam diu fecerunt, hujuſmodi eſt, ut, qui parochiam & canonicatum vel dignitatem, non habentem curam animarum, ante confirmationem concilii legitime obtinuerunt, & in parochia, ut debent, reſideant, nec plures una habeant, ex canonicatu autem vel dignitate, non habente curam animarum, diſtributiones tantum quotidianas amittant eorum temporum, quibus non inſerviant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent, reliquis ejus fructibus privari non debeant. quare, cum Marcus Antonius Maremontius affirmet, ſe ante confirmationem tridentini concilii legitime obtinuiſſe parochiam ſanctae Mariae de Novole, in qua, ut debet, reſideat, & archidiaconatum cathedralis Eccleſiae iſtius civitatis, qui nullam habeat curam animarum, amplitudo tua contenta amiſſione diſtributionum quotidianarum eorum temporum, quibus archidiaconatui non inſervierit, & ſi quid praeterea abſens juſta alia de cauſa non perciperet, ei ob iſtam cauſam archidiaconatus nullam praeterea moleſtiam afferre debebit; & valebit in domino. x. Kal. febr. M. D. LXVIII. 23. jan. 1568.

(a) Ita plane eſt in exempl.

CCXLIII.

Sereniſſimo Regi Portugalliae. 24. jan. 1568.

SEreniſſime rex. Relatis ad illuſtriſſimos cardinales, interpretes ſacri concilii, nomine ſerenitatis veſtrae, his dubitationibus, quas cum his literis accipiet, illuſtriſſimi patres, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, illas ipſas ita declaraverunt,

Digitized by Google

quemadmodum in margine ſingulis dubitationibus declarationem appoſitam videbit ſerenitas veſtra : cui ego Deum benignum & propitium precor. IX. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXLIV.

24. jan. 1568.

Cardinali Portugalliae.

SEreniſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Quaeſtiones, his literis adjunctas, recitatas in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, mitto ſerenitati tuae illuſtriſſimae, ſimulque earum declarationem, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri factam, quam e regione ſingularum quaeſtionum in margine appoſitam leget, & (a) obſervari jubebit (b): cui ſalutarem felicitatem opto & precor. IX. Kal. febr. M. D. LXVIII.

(a) Omitt. exempl. (b) *videbit* id.

CCXLV.

26. jan. 1568.

Vicario Farfenſi.

ADmodum reverende domine. Leges his literis incluſum libellum, recitatum in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium ſacri concilii, ac, ſi tibi legitimis probationibus conſtiterit, iſtum Demophoontem (a) habere, quemadmodum expoſuit, in eo loco, ubi obtinet parochiam, capitales inimicitias, permittes ei, ut reſideat in ſuo canonicatu aſculano, quam diu illae duraverint inimicitiae, dummodo plus anno non abſit a parochia. interea vero, dum is abeſt, praeficies eidem parochiae idoneum vicarium, cui ex ipſius parochiae fructibus congruentem mercedem attribues: & valebis in domino. VII. Kal. febr. M. D. LXVIII.

(a) *Demoophontem* exempl.

CCXLVI.

26. jan. 1568.

Epiſcopo Aſculano.

REverendiſſime domine. Illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii viſum eſt, presbyterum iſtum Rotatum, cujus ſupplicem libellum cum his literis accipiet amplitudo tua, ea de cauſa privari jure non poſſe illa parochia, in qua etiam parochia ipſe rector una cum coadjutore omnino reſideat. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui ſalutarem proſperitatem precor. VII. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXLVII.

Digitized by Google

CCXLVII.

Epiſcopo Canarienſi.

26. jan. 1568.

Reverendiſſime domine. Ex iſto libello, quem his ad amplitudinem tuam literis adjunctum videbis, illuſtriſſimi cardinales, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri interpretes ſacri concilii, cenſuerunt, iſtum Ferdinandum Duſai ex concilii decretis non poſſe retinere eum canonicatum & praebendam eccleſiae canarienſis, imo ad ſex menſes dimittere debere, quod ſemeſtre ſpatium incepit a die mortis ipſius Ludovici, quo tempore locus dari coeptus eſt ſucceſſioni ejus canonicatus: qui ſi Ferdinandus ad id tempus, quod diximus, canonicatum praebendamque non dimiſerit, ipſo jure privatum eſſe. habet amplitudo tua ſententiam patrum illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii: & valebit in domino. VII. Kal. febr. M. D. LXVIII. (a)

(a) Huic epiſtolae appoſita ſunt in exemplari haec verba, *Non è andata*.

CCXLVIII.

Vicario Viennenſi.

31. jan. 1568.

Admodum reverende domine. Relatis, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, tuis poſtulatis ad congregationem illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, ita reſponderunt, quemadmodum in margine ipſorum poſtulatorum e regione ſingulorum adſcriptum videbis. tu igitur id ratum & firmum exiſtimabis, quod illi cenſuerunt: & valebis in domino. Prid. Kal. febr. M. D. LXVIII.

CCXLIX.

Archiepiſcopo Florentino.

30. jan. 1568.

Reverendiſſime domine. Relata ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii dubitatione tuarum literarum de examinandis puellis, quae ſe Deo dicare voluerint, iidem reſponderunt id, quod jam diu de eadem re decreverant, bis earum voluntatem explorandam, ſemel cum illae ſumere volent habitum regularem, iterum cum profeſſionem emittent. Deus amplitudinem tuam ſervet incolumem. Prid. Kal. febr. M. D. LXVIII.

Digitized by Google

C C L.

Vicario Auguſtano.

31. jan. 1568.

ADmodum reverende domine. Acceptis his literis, & libello eis incluſo, qui recitatus eſt in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, nomine iſtorum Sebaſtiani & Mariae, huc perſcribes, quamobrem nolueris ipſos oratores admittere, cum eam, qua nituntur, ignorantiam probare jurejurando voluerunt (a): & valebis in domino. Prid. Kal. febr. M. D. LXVIII.

(a) *noluerunt* exempl.

C C L I.

Cardinali Urbinati.

5. febr. 1568.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Cum eſſet orta quaeſtio de eccleſiaſticarum perſonarum bonis, quorum cauſa ſeminariis ſolvi debeat, illuſtriſſimi cardinales, interpretes ſacri concilii, re diligenter conſiderata ac deliberata, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri ita decreverunt, quemadmodum videbit amplitudo veſtra illuſtriſſima in exemplo ipſius decreti, quod his incluſum literis ad eam mittimus. itaque, ex auctoritate ejus ſanctitatis, in ratione ſeminariorum iſtud decretum ſervabit. Deum precor, ut omnibus optatis amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae ſalutariter reſpondeat. Nonis febr. M. D. LXVIII.

C C L I I.

Nuncio Venetiarum.

7. febr. 1568.

REverendiſſime domine. Cognitis iis, quae contra epiſcopum concordienſem (a) iſto libello Davidis Odaſii (b) continentur, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii admodum mirati ſunt. itaque, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, cenſuerunt, mandandum eſſe amplitudini tuae, ut, ſi vera ſunt, quae in ipſo libello ſunt expoſita, illum epiſcopum ad ſe accerſendum curet, ut quamprimum & ipſi Odaſio in eo, quod debetur, ſatisfiat, & parochiae idoneus rector adhibeatur: & valebit in domino. Nonis febr. M. D. LXVIII.

CCLIII.

(a) *comordienſem* exempl. (b) vel *Oclaſii*.

CCLIII.

Vicario Praeneſtino. (*a*) a

ADmodum reverende domine. Ex iſto libello, literis noſtris incluſo, cenſuerunt illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii, & ita ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri mandant, reſtituendam eſſe iſti presbytero Antonio de Sclavis poſſeſſionem parochiae (*b*) S. Joannis, ut in ea animarum curam exercere poſſit, ſi tamen antea probatus eſt tanquam ad id officium idoneus: de clericatu vero S. Pauli cenſuerunt, ne ſe is Antonius in id beneficium interponat, quoad ipſi illuſtriſſimi patres ſacrae congregationis judicarint, an clericatus ſit illi parochiae (*c*) incompatibilis. quod ut brevi decerni poſſit, praefinies menſis ſpatium Antonio ad id probandum hac in cauſa, quod voluerit. interea vero fructus clericatus apud certum aliquem & idoneum virum deponendos curabis, ſumpta tamen ea parte ex iſtis fructibus, qua mercedis nomine ſatiſfiat iis, qui debito muneri clericatus inſervient; cui ne quid ex conſueto officio deſit, tuae etiam prudentiae fuerit providere: & valebis in domino. Nonis febr. M. D. LXVIII.

5. febr. 1568. — b — c

(*a*) Hujus epiſtolae aliud exemplum reperi in codice vatic. 3432. pag. 270. in quo pro *Praeneſtino* legitur *Praeneſtinae*. Subjiciam vero varias, ſi quae occurrerint, ejuſdem codicis lectiones.

(*b*) *parocchiae* cod. vat.

(*c*) *parocchiae* id.

CCLIV.

Card. Epiſcopo Patavino. (*a*) a

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Quod quaerit amplitudo tua illuſtriſſima, quae mens fuerit ſanctiſſimi domini noſtri in illis decreti verbis de contributione ſeminarii, de quo, ex ejus ſanctitatis auctoritate, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium, interpretum ſacri concilii, ad multos epiſcopos ſcriptum eſt, ut videlicet plus dimidia decima ne exigerent, eáque ad antiquam taxam ſemper directa, ſciat, ejus ſanctitatem in toto dominatu veneto intelligere eam antiquam taxam, quae in uſu erat in ditione venetae reipublicae ante eam taxam, quae poſtremo loco in ejuſdem reipublicae ſtatu inſtituta eſt. quare illam ipſam taxam, ex ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri auctoritate, in iſta exactione ſervabit amplitudo tua illuſtriſſima: & valebit in domino. IV. id. febr. M. D. LXVIII.

10. febr. 1568.

CCLV.

(*a*) Eodem hoc exemplo ſcriptum eſt ad epiſcopum Bergomatem die 31. dec. 1567.

CCLV.

10. febr. 1568.

Epiſcopo Brixiano.

REverendiſſime domine. Illuſtriſſimi cardinales, interpretes ſacri concilii, cognitis iis, quae monachi congregationis caſſinenſis iſto libello conqueruntur de ſua contributione ſeminarii, eorum querelam conſideratione dignam eſſe judicarunt. itaque, re etiam ad ſanctiſſimum dominum noſtrum relata, ex ejus auctoritate amplitudini tuae ſcribendum cenſuerunt, ut ipſa aliquam ineat rationem tranſactionis cum ipſis monachis, qua eorum indemnitati conſulatur; praeſertim cum & ipſi aliis premantur oneribus, & conſtet, alias eſſe eccleſias, quae, longe majoribus inſtructae fructibus & vectigalibus, minus, quam ipſi monachi faciant, ſeminario contribuant. itaque eorum ratio habenda viſa eſt. quod amplitudinem tuam, pro ſua aequitate ac pietate, facturam ſperamus. IV. id. febr. M. D. LXVIII.

CCLVI.

12. febr. 1568.

Epiſcopo Narnienſi.

REverendiſſime domine. Si res ita ſe habet, quemadmodum iſto libello expoſita eſt, mirantur illuſtriſſimi cardinales ſacri concilii, te contra bullam ſanctiſſimi domini noſtri, editam de tertiariis, velle permittere, ut duae iſtae puellae illarum habitum in monaſterio non clauſo ſuſcipiant. quare, id ne fiat, curabis. ſi quid tamen habes, quo id fieri poſſe exiſtimes, huc perſcribes. interea vero nihil amplius hac in re attentabis, niſi ex permiſſu congregationis ſacri concilii: & valebis in domino. Prid. id. febr. M. D. LXVIII.

CCLVII.

11. febr. 1568.

Epiſcopo Nuſcano.

REverendiſſime domine. A procuratore univerſitatis iſtius civitatis accipies has literas cum incluſo eis libello, quibus intelliges, cenſuiſſe illuſtriſſimos cardinales, qui ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri ſacrum tridentinum concilium interpretantur, ut iſti civitati in tua cathedrali eccleſia idoneum verbi Dei concionatorem pro inſtanti quadrageſimae tempore omnino attribuas tuo ſumptu. quam tamen impenſam tibi damno eſſe nolumus, ſi vere conſtiterit, te iſtum ſumptum jure facere non debe-

debere. itaque nunc proprio ſumptu, ſalvo ſemper tuo jure, eum, qui hujus quadrageſimae praedicationis officio ſatisfaciat, abſque ulla receptione (*a*) providebis; praeſertim cum id quoque ſuperiore anno 1566. egiſſe dicaris: & valebis in domino. IX. Kal. mart. M. D. LXVIII. *a*

(*a*) Fort. *exceptione*, vel *recuſatione*.

CCLVIII.

Epiſcopo Syracuſano.

21. febr. 1568.

REverendiſsime domine. Conſideratis in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii iis, quae literis ad me tuis VIII. novembr. M.D.LXVII. datis ſignificaſti, ita cenſuerunt: primum de eo, quod quereris de magno magiſtro S. Joannis hieroſolymitani, deque priore meſſanenſi, ut, niſi ſanctiſsimi domini noſtri indulgentiam, quam dicunt, authenticis literis apoſtolicis teſtatam poſtularint (*a*), contra eos eorumque clericos ſic agas, quemadmodum tibi permiſſum eſt illis decretis ſacri concilii ſeſſionum 6. c. 3. 7. 1. (*ſic*) 14. 24. c. XI. Deinde, cum eſſet hic cognitum, curam iſtius monaſterii S. Luciae ordinis ciſtercienſis pertinuiſſe ad epiſcopum verulanum, non quia eſſet epiſcopus, ſed quia abbas vel commendatarius abbatiae SS. Caji & Marii, quae, ejus morte abbatis, mihi a ſanctiſſimo domino noſtro commendata eſt, ut ipſe ab earum monialium cura abſtineas, illamque ei relinquas, quem ego iſti muneri praefecero, cui (*b*) mihi impoſito officio, Deo adjuvante, ſatisfaciam. Habet igitur amplitudo tua, quae ſacra congregatio de poſtulatis tuarum literarum ſtatuerit: & valebit in domino. IX. Kal. mart. M. D. LXVIII. *a*

(*a*) Fort. *protulerint*. (*b*) Fort. *quo* pro *ut*.

CCLIX.

Epiſcopo Catacienſi. (*a*) *a*

REverendiſsime domine. Ex tuis literis, pridie idus novembris datis de contributione ſeminarii, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii tibi reſcribendum cenſuerunt, hanc eſſe mentem ſanctiſsimi domini noſtri, ut, ſi ante XI. diem julii anni praeteriti ſeminarium re ipſa non erexit, ſed poſt eam diem erigere coepit, nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigere poſſit neque ab illo abbate Vincentio Piſtachio nec a quoquam alio, &, ſi quid amplius exegit, 21. febr. 1568.

(*a*) *Catanzaro* exempl. Vide epiſt. 261. pag. 465.

Digitized by Google

git, vel reſtituat vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit; niſi clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta, aut aliam ſimilem operam ſeminarii. quod vero ad diſtinctionem attinet, a rhegina (*b*) provinciali ſynodo introductam, de beneficiis curatis & ſimplicibus, non eſſe ſervandam; quia ſacrum tridentinum concilium ea in re nihil diſtinxerit. Habes ſententiam (*c*) ſacrae congregationis: & valebis in domino. IX. Kal. mart. M. D. LXVIII.

(*b*) *regina* exempl. (*c*) *ſententia* id.

CCLX.
Cardinali Peruſino.

23. mar. 1568.

ILluſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Cenſuerunt illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii, hunc libellum, qui amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae nomine recitatus eſt, ad eam mittendum eſſe, & hoc exemplo ſcribendum, ut, ſi verum eſt, iſtud ſeminarium ante diem XI. julii M. D. LXVII. re ipſa erectum fuiſſe, &, ſervata forma concilii, certam taxam ſtabilitam eſſe, eamque a majore parte taxatorum ratione ſummae exigere coepiſſe, ſeu illi ſponte, ſeu ex conventione, aut metu executionis factae vel faciendae, ſolverint, dummodo amplitudo veſtra illuſtriſſima in hac quaſi poſſeſſione ſic exigendi ſit, eaque taxa ſic exacta in uſum ſeminarii verſa ſit, & quotidie vertatur, in exactione hujuſmodi ita perſeveret, & omnes, qui detrectaverint (*a*), ſolvere eam taxam ſtabilitam cogere poſſit juris remediis. ſi aliqua tamen ſimplicia beneficia poſt erectionem ſeminarii vacaſſent in ejuſdem dioeceſi, quae non applicaſſet ſeminario, ſed familiaribus ſuis vel conſanguineis contuliſſet, detrahat taxae ſeminarii tantam ſummam, quantam reditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de ſua menſa epiſcopali aſſignet ſeminario, quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltem ejuſdem valoris, & ad ſuam collationem ſpectantia, eidem ſeminario univerit, & eorum fructus cum effectu applicaverit. ſi vero beneficia aliqua ſeminario jam univiſſet, & nihil propterea taxae jam ſtabilitae detraxiſſet, debeat omnino tantum inde detrahere, quantus eſt reditus illorum beneficiorum unitorum a ſeminario perceptus. Sic igitur a ſanctiſſimo domino noſtro, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, de ſeminariis decretum eſt. quae omnia ſervabit ampli-

(*a*) *detractaverint* exempl.

amplitudo veſtra illuſtriſſima: neque illud impediet, quod aliter ſuperioribus literis ſacrae congregationis nomine ad eam ſcriptum fuerit. Deum precor, ut amplitudinem veſtram illuſtriſsimam ſalvam & incolumem ſervet. III. id. mart. M.D.LXVIII. (b) b

(b) 1567. id.

C C L X I.

Epiſcopo Cathacenſi. (a) a

REverendiſſime domine. Licet proxime ſcripſerim quid tibi ſervandum eſſet in exigenda taxa ſeminarii, ſi modo poſt undecimum diem julii anni praeteriti tuum ſeminarium erexiſſes, tamen, quia poſtea auditum eſt, ante eum diem erectum fuiſſe, propterea, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, nunc iterum ad te ſcribo, ut, ſi verum eſt, poſt eundem undecimum diem julii ſeminarium tui epiſcopatus re ipſa erectum fuiſſe, teque, ſervata forma concilii tridentini, taxam, a rhegina ſynodo provinciali decretam, ut tu aliàs literis tuis ad me ſcriptis ſignificaſti, ſtabiliſſe, eamque a majore parte taxatorum ratione ſummae exigere coepiſſe, ſeu illi ſponte, ſeu ex conventione, aut metu executionis, factae vel faciendae, ſolverint, dummodo in hac quaſi poſſeſſione ſic exigendi ſis, eaque taxa ſic exacta in uſum ſeminarii verſa ſit & quotidie vertatur, in exactione hujuſmodi ita perſeveres, & omnes, qui detrectaverint ſolvere eam taxam, ut ſupra dictum eſt, ſtabilitam, cogere poſſis juris remediis. ſi aliqua tamen ſimplicia beneficia poſt erectionem ſeminarii vacaſſent in tua dioeceſi, quae non applicaſſes ſeminario, ſed familiaribus tuis vel conſanguineis contuliſſes, detrahas taxae ſeminarii tantam ſummam, quantam reditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de tua menſa epiſcopali aſſignes ſeminario, quoad vixeris, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltem ejuſdem valoris, & ad tuam collationem ſpectantia, eidem ſeminario univeris, & eorum fructus cum effectu applicaveris. ſi vero beneficia aliqua ſeminario jam univiſſes, & nihil propterea taxae jam ſtabilitae detraxiſſes, omnino tantum inde detrahas, quantus eſt reditus illorum beneficiorum unitorum, a ſeminario perceptus. Habet amplitudo tua, quae a ſanctiſſimo domino noſtro, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, de hac ratione ſeminariorum in univerſum decreta ſunt: & valebit in domino. III. id. mart. M. D. LXVIII. 13. mar. 1568.

(a) Fort. *Catacienſi*. Vide epiſt. *Ex tuis literis* d. 21. febr. 1568. pag. 463.

CCLXII.

23. mar. 1568.

Epiſcopo Neocaſtrenſi.

REverendiſsime domine. Etſi antea ſcripſi amplitudini tuae, ut ex decreto ſanctiſsimi domini noſtri taxam ſeminarii exigeres ad dimidiam decimam, tamen, quia tuo nomine ſignificatum eſt, ante triennium epiſcopatus tui ſeminarium erectum fuiſſe, taxam vero etiam & curatorum & ſimplicium beneficiorum ita conſtitutam eſſe, quemadmodum a rhegina provinciali a ſynodo decretum fuit, propterea (*a*) illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii in hanc formam nunc tibi ſcribendum cenſuerunt, ut, ſi verum eſt, ſeminarium illud tui epiſcopatus ante undecimum diem julii anni proxime praeteriti re ipſa erectum fuiſſe, teque, ſervata forma concilii tridentini, taxam il- b c lam, a dicta rhegina ſynodo decretam (*b*) ſtabiliſſe, eamque (c) a d majore parte taxatorum &c. (*d*)

(*a*) *praeterea* exempl.
(*b*) *decretum* id.
(*c*) *tanquam* id.
(*d*) Reliqua petenda ſunt ex epiſt. *Licet proxime*, quae praeceſſit. iiſdem enim totidemque verbis utraque ſcripta ſunt.

CCLXIII.

23. mar. 1568.

Archiepiſcopo Neapolitano.

a REverendiſsime domine. Cum binis literis (*a*) meis, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, fratrum carthuſianorum cauſa ad te datis, non obtemperaris, cumque etiam alteris, mirari ipſos illuſtriſſimos patres, ſcripſiſſem, quod primis non paruiſſes, nihil jam reliquum ipſis videtur eſſe recte atque ordine progredientibus, niſi ut tertiis his te moneam, ſi illa ipſa dimidia decima, ad antiquam taxam directa, ab ipſis carthuſianis fratribus iſtius civitatis contentus non fueris, ob eamque cauſam plus eis moleſtiae exhibere perſeveraris, & praeterea quicquid amplius hactenus exegeris, eis vel non reſtitueris, vel cum eo non compenſaveris, quod in poſterum ad eandem rationem exigendum erit, niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exegiſti, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam ſeminarii, fore, ut b ad ea acriora remedia neceſſario (*b*) deſcendatur, quae ratio & aequi-

(*a*) Vide epiſt. *Auditis in congregatione* d. 9. aug. 1567. pag. 433. & epiſt. *Quod literis* d. 19. dec. ejuſd. an. p. 450.
(*b*) *neceſſarie* exempl.

aequitas non ſolum poſtulant, ſed etiam flagitant. quare, quid officii ſui ſit, amplitudo tua ſecum ipſa reputabit: & valebit in domino. Romae. III. id. mart. M. D. LXVIII.

CCLXIV.
Epiſcopo Narnienſi. 20. mar. 1568.

Reverendiſsime domine. Cenſent illuſtriſsimi cardinales, interpretes ſacri concilii, modo verum ſit, monaſterium iſtud tertiariarum S. Dominici ex praeſcripto bullae ſanctiſsimi domini noſtri clauſum eſſe, & iſtas duas puellas, de quibus antea ad te ſcripſimus (*a*) in eádem eſſe ſententia, ut ejus monaſterii moniales fieri velint, permittendum eſſe omnino, ut illae ipſae puellae ibidem ſanctum ſuum propoſitum exequantur. tu igitur, ſi & clauſura ipſius monaſterii, & voluntas puellarum ita ſe habet, quemadmodum oportet, & tu quoque ſcripſiſti, fungéris officio tuo: & valebis in domino. Romae. XIII. Kal. apr. M. D. LXVIII.

(*a*) Vide epiſt. *Si res* d. 12. febr. 1568. pag. 462.

CCLXV.
Cardinali Infanti. 27. mar. 1568.

Sereniſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Cognitis iis, quae incluſo libello ſunt expoſita nomine iſtius commendatariae Helenae de Alemcaſtro, illuſtriſsimi cardinales, interpretes ſacri concilii, cenſuerunt ita ſcribendum ad ſerenitatem tuam reverendiſsimam, quemadmodum decreto ſanctiſsimi domini noſtri de ſeminariis, ex eorundem illuſtriſsimorum patrum ſententia ſancitum eſt. exemplum autem decreti, quod ad praeſens negotium attinet, hoc eſt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. In hac parte haec decreta ſunt: quae non dubitamus, quin ſerenitas tua reverendiſsima pro ſua prudentia diligenter obſervet: quam Deus praecipuis ſuae gratiae donis proſequatur. Romae. VI. Kal. apr. M. D. LXVIII.

Digitized by Google

CCLXVI.

Epiſcopo Giennenſi.

27. mar. 1568.

REverendiſsime domine: Ex hoc libello, recitato illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii, viſum eſt, illam centumquinquaginta ducatorum ſummam, iſti cappellano aſſignatam, nimiam eſſe. quare cenſuerunt, eandem ſummam ad quinquaginta ducatos eſſe redigendam. verum, ſi amplitudo tua aliquam forte rationem habet, quamobrem ſe putet majorem ſummam iſtis quinquaginta ducatis poſſe eidem cappellano aſſignare, huc reſcribat; ſed interea plus quinquaginta ne dari patiatur. Deus amplitudinem tuam ſervet incolumem. Romae. VI. Kal. apr. M. D. LXVIII.

CCLXVII.

Cardinali Infanti.

27. mar. 1568.

SEreniſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Quae poſtularint clerus & capitulum ulixponenſis eccleſiae ab illuſtriſſimis cardinalibus, quibus ſanctiſſimus dominus noſter utitur conſiliariis ad interpretationem ſacri tridentini concilii, accipiet ſerenitas tua reverendiſſima ex eorum libello, his adjuncto literis. ex ipſis autem literis cognoſcet, quod ad hoc propoſitum pertinet, quid ejus ſanctitas, de ſententia eorundem patrum illuſtriſſimorum, decreverit de ſeminariis, cujus decreti verba haec ſunt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali exactione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit; niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. Habet ſerenitas tua reverendiſſima, quae de hoc genere decreta ſunt, eaque pro ſua pietate diligenter obſervabit: cui ego Deum propitium ac benignum precor. Romae. VI. Kal. apr. M. D. LXVIII.

CCLXVIII.

Digitized by Google

CCLXVIII.

Epiſcopo Portugallenſi.

28. mar. 1568.

Reverendiſſime domine. Quae petierint canonici regulares congregationis S. Crucis ordinis S. Auguſtini ab illuſtriſſimis cardinalibus, quibus ſanctiſſimus dominus noſter utitur conſiliariis ad interpretationem ſacri tridentini concilii, accipiet amplitudo tua ex eorum libello, his adjuncto literis. ex ipſis autem literis cognoſcet, quod ad hoc propoſitum pertinet, quid ejus ſanctitas, de ſententia eorundem patrum illuſtriſſimorum, decreverit de ſeminariis, cujus decreti (a) verba haec ſunt, ut *epiſcopus, qui ante* XI. *diem julii* 1567. *ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, & , ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam ſeminarii*. Habet amplitudo tua, quae de hoc genere decreta ſunt, eaque pro ſua pietate diligenter obſervabit: cui ego Deum propitium ac benignum precor. V. Kal. apr. M. D. LXVIII.

(a) Integri decreti exemplum inter has ipſas litteras reperi pag. 193. b. quod ſtatim exhibeo.

CCLXIX.

Decretum de Seminariis.

Epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &. ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii.

Antiqua autem taxa decimae in toto dominatu veneto ea erit accipienda, quae in uſu fuit, antequam alia noviſſime ibidem fieret. Quicunque vero epiſcopus ante eam diem XI. julii re ipſa ſeminarium erexit, &, ſervata forma concilii, certam taxam ſtabilivit, eamque a majore parte taxatorum ratione ſummae exige-

exigere coepit, ſeu illi ſponte, ſeu ex conventione, aut metu executionis, factae vel faciendae, ſolverint, dummodo epiſcopus in hac quaſi poſſeſſione ſic exigendi ſit, eaque taxa, ſic exacta, in uſum ſeminarii verſa ſit, & quotidie vertatur, in exactione hujuſmodi ita perſeveret, & omnes, qui detrectaverint, ſolvere eam taxam ſtabilitam cogere poſſit juris remediis. ſi aliqua tamen ſimplicia beneficia poſt erectionem ſeminarii vacaſſent in ſua dioeceſi, quae epiſcopus non applicaſſet ſeminario, ſed familiaribus ſuis vel conſanguineis contuliſſet, detrahat taxae ſeminarii tantam ſummam, quantam reditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de ſua menſa epiſcopali aſſignet ſeminario, quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltem ejuſdem valoris, & ad ejus collationem ſpectantia, eidem ſeminario univerit, & eorum fructus cum effectu applicaverit. ſi vero beneficia aliqua ſeminario jam univiſſet, & nihil propterea taxae jam ſtabilitae detraxiſſet, cogatur omnino tantum inde detrahere, quantus eſt reditus illorum beneficiorum unitorum a ſeminario perceptus.

CCLXX.

28. mar. 1568.

Cardinali Infanti.

Sereniſſime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Canonici regulares congregationis S. Crucis conimbricenſis (a) exponenda curaverunt illuſtriſsimis cardinalibus, interpretibus ſacri tridentini concilii, ea, quae in hoc ſupplici libello, quem cum his ad eam literis conjunxi, leget ſerenitas tua reverendiſsima. quare iidem illuſtriſsimi patres, quae hac de re a ſanctiſsimo domino noſtro de eorundem ſententia decreta ſunt, ad ipſam ſcribenda cenſuerunt. decreti autem formula haec eſt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. Haec igitur, quemadmodum ejus prudentiae conſentaneum eſt, ſervanda curabit ſerenitas tua reverendiſsima: quam Deus diutiſſime ſalvam & incolumem praeſtet. Romae. V. Kal. apr. M.D.LXVIII.

CCLXXI.

(a) *colimbricē* exempl.

CCLXXI.

Archiepiſcopo Bracarenſi. 28.mar. 1568.

Reverendiſsime domine. Cognitis iis, quae incluſo libello ſunt expoſita nomine canonicorum regularium congregationis S. Crucis conimbricenſis (*a*), illuſtriſſimi cardinales, interpretes ſacri concilii, cenſuerunt ita ſcribendum ad amplitudinem tuam reverendiſſimam, quemadmodum decreto ſanctiſſimi domini noſtri de ſeminariis, ex eorundem illuſtriſſimorum patrum ſententia, ſancitum eſt. exemplum autem decreti, quod ad praeſens negotium attinet, hoc eſt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. In hac parte haec decreta ſunt; quae non dubitamus quin amplitudo tua reverendiſſima pro (*b*) prudentia ſua diligenter obſervet: quam Deus praecipuis ſuae gratiae donis proſequatur. Romae. V. Kal. apr. D. LXVIII.

(*a*) *colimbrien.* exempl. (*b*) Omitt. id.

CCLXXII.

Epiſcopo Conimbricenſi. (*a*) 28.mar. 1568.

Reverendiſſime domine. Quae poſtulata ſunt nomine canonicorum regularium congregationis S. Crucis conimbricenſis ab illuſtriſſimis cardinalibus, quibus ſanctiſſimus dominus noſter utitur conſiliariis ad interpretationem ſacri tridentini concilii, accipiet amplitudo tua ex eorum libello, his adjuncto literis. ex ipſis (*b*) autem literis cognoſcet, quod ad hoc propoſitum pertinet, quid ejus ſanctitas, de ſententia eorundem patrum illuſtriſſimorum, decreverit, de ſeminariis; cujus decreti verba haec ſunt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam

(*a*) *colimbrien.* exempl. Et ſic infra. (*b*) *ipſius* id.

ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii„. Habet amplitudo tua, quae de hoc genere decreta ſunt, eaque pro ſua pietate diligenter obſervabit: & valebit in domino. Romae. v. Kal. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXIII.

Epiſcopo Ariminenſi.

3. apr. 1568.

Reverendiſſime domine. Monachi de S.Maria de Scholea congregationis montis Oliveti conqueſti ſunt per iſtum libellum, quem leges, plus peti a ſe ſeminarii cauſa, quam jure deberet. itaque illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii de eo, quod iſto in genere ſanctiſſimus dominus noſter de eorundem ſententia decreverit, te admonendum putaverunt. decreti igitur pars, quae ad iſtam rem pertinet haec eſt, ut„ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii„. Habes igitur, quae de hoc genere decreta ſunt, eaque, ut debes, diligenter ſervabis: & valebis in domino. III. non. april. M. D. LXVIII.

CCLXXIV.

Epiſcopo Aurienſi.

3. apr. 1568.

Reverendiſſime domine. Ex iis, quae libello, his literis incluſo, continentur, illuſtriſſimi cardinales, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri interpretes ſacri concilii, cenſuerunt, ſi ſubſtitutus, qui ex forma diſpenſationis, conceſſae iſti Joanni Alphonſo, deligi debeat ad exercendam curam animarum in iſto beneficio S.Jacobi, hodie eſt idoneus ad id explendum officium, ut amplitudo tua reverendiſſima eum ſic perſiſtere ſinat in eodem munere obeundo: ſin vero idem ille ad id munus non eſt aptus, alterum eligat, qui illi (a) officio ſatisfacere poſſit. eique

(a) *illo exempl.*

Digitized by Google

eique ex fructibus ipſius beneficii tantum attribuat, quantum ſatis ſit ad ejus victum honeſte tuendum, quemadmodum cap. VI. ſeſſ. XXI. ipſius tridentini concilii praeſcriptum eſt: haec autem deputatio tam diu duret, quam diu idem Joannes Alphonſus vixerit, neque amplius. ſic igitur iſta ſervanda curabit amplitudo tua reverendiſſima: & valebit. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXV.

Cardinali Palaeotto.

3. apr. 1568.

Illuſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Ex iſto libello patres illuſtriſſimi congregationis ſacri concilii ita cenſuerunt, ſi ceſſio parochiae S. Crucis de Silva facta eſt in manibus amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae, & ab ea admiſſa ante eum diem, quo illa ſanctiſſimi domini noſtri bulla Romae eſt publice propoſita (qui dies fuit XVIII. auguſti 1567.), amplitudinem veſtram illuſtriſſimam non impediri ea bulla, quominus jure ipſam parochiam conferre poſſit. Deus amplitudinem veſtram illuſtriſſimam ſuae gratiae quotidie muneribus augeat. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXVI.

Epiſcopo Caeſenati. (a)

3. apr. 1568.

Reverendiſſime domine. Cognitis ex iſto libello, quem cum meis literis accipiet amplitudo tua, iis, quae Vincentii Antonii nomine ſunt expoſita in congregatione ſacri concilii de parochia S. Zenonis, illuſtriſſimi patres, antequam ea cauſa explicetur, te admonendum cenſuerunt, ut, ſi ipſe exiſtimas, eam parochiam unitam eſſe canonicatui, quamprimum huc mittas legitimas probationes, quibus iſtam unionem jure defendas. ſic igitur faciet amplitudo tua: cui ſalutarem proſperitatem [illegible]. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

(a) *Ceſenae* exempl.

CCLXXVII.

Praepoſito Canonicorum Regularium S. Joannis Baptiſtae de Ferraria.

3. apr. 1568.

Reverende Pater. Videbis ex ejus libello quid Alexander Zanninellus, civis ferrarienſis, exponendum curarit illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii de educatione dua-

duarum filiarum in monaſterio S. Mariae de Gratia, quod a fratribus veſtri ordinis gubernatur. qua de re ſcito, jam diu eoſdem illuſtriſſimos patres, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, cenſuiſſe, ut puellae in monaſteria ad educandum recipi poſſint, modo illa monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas eádem cauſa recipere, & in ſcriptis habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus acceſſerit, & ipſae puellae ingrediantur illuc, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. quare, ſi nihil eorum, quae diximus, adverſatur, non impedies, quominus duae iſtae puellae in monaſterio S. Mariae de Gratia educentur: & valebis in domino. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXVIII.

Vicario Aquilejenſi. (a)

3. apr. 1568. LEctis in congregatione ſacri concilii tuis literis, quas IX. proximi martii dediſti de reſidentia presbyteri Dominici Mirandulae in parochia S. Petri de Liſontio, illuſtriſſimi patres ſacrae congregationis, tibi in eo, quod ſcribis, tanquam ordinario fidem habentes, iterum (b) tibi ſcribendum cenſuerunt, ut, ſi res ita eſt, quemadmodum tuis literis ſignificaſti, agas omnino cum ipſo presbytero Dominico, ut in ea parochia reſideat. quod ſi adduci non poterit, ut id faciat, ſervato ordine, qui jure praeſcribitur, eum prives: & valebis in domino. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

(a) *Aquilegienſi* exempl. (b) Vide epiſt. *Leges iſtum* d. 26. dec. 1567. pag. 453.

CCLXXIX.

Vicario Auguſtano.

3. apr. 1568. ADmodum reverende domine. Ex tuis literis, quas de illis Sebaſtiano & Maria Heckenſtaler XXI. proximi martii dediſti, illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii viſum eſt, te rite tuo officio functum eſſe. quod ſi illi cauſam appellationis proſequi voluerint, cenſent, relinquendum eſſe id negotium judici appellationis, ut cognoſcat juſte ne, an ſecus tu pronunciaveris. Vale in domino. Romae. III. non. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXX.

Digitized by Google

CCLXXX.

Archiepiſcopo Salernitano.

9. apr. 1568.

REverendiſſime domine. Quod monachi monaſterii SS. Trinitatis cavenſis congregationis caſſinenſis conqueſti ſunt, ſe in ſolutione ſeminarii dupliciter premi a nonnullis epiſcopis tuae provinciae gravius, quam debeant, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii ad amplitudinem tuam reverendiſſimam ſcribendum cenſuerunt, eos de ſumma pecuniae, ſeminarii cauſa, plus dimidia decima, ad antiquam taxam relata, ſolvere non debere, iis conditionibus, quas, decreto ſanctiſſimi domini noſtri conſtitutas, ad eam mittimus: cui autem epiſcopo ſolvendum ſit, ut ſervetur ſententia alterius decreti ſanctiſſimi domini noſtri; cujus item exemplum his literis incluſimus. quare & amplitudo tua reverendiſſima utráque in re idem ſervabit, & a ſuis ſuffraganeis ſervandum curabit: & valebit in domino. Romae. VII. id. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXXI.

Epiſcopo Oſtunenſi.

10. apr. 1568.

REverendiſſime domine. Conſuluerunt illuſtriſſimos (*a*) cardinales, qui ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri ſacrum concilium interpretantur, quidam cives iſtius civitatis, an puellae educationis cauſa in monaſteria (*b*) recipi poſſint. qua de re, id quod jampridem ex auctoritate ejuſdem ſanctiſſimi domini noſtri ſancitum eſt, ita reſponderunt: puellas ad educandum in monaſteria (*c*) recipiendas eſſe, modo illa monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas ea de cauſa recipere, & in ſcriptis habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus acceſſerit, & ipſae puellae ingrediantur illuc, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. quare, ſi nihil eorum, quae diximus, adverſatur, non impedies, quominus puellae educationis cauſa in monaſteria recipiantur: & valebis in domino. Romae. IV. id. apr. M. D. LXVIII.

(*a*) *illuſtriſſimi* exempl. (*b*) *monaſteriis* id. & ſic in fine. (*c*) *monaſterio* id.

Digitized by Google

CCLXXXII.

10. apr. 1568.

Epiſcopo Hieracenſi.

Reverendiſſime domine. Joannes Sanctes, abbas S. Mariae de Popſis iſtius dioeceſis, propter exactionem ſeminarii queſtus eſt de te apud illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii: quemadmodum videbis in ejus libello, his literis adjuncto. quamobrem iidem illuſtriſſimi patres de eo, quod in hac parte decretum eſt a ſanctiſſimo domino noſtro de eorum ſententia, te admonendum cenſuerunt. decreti igitur ſententia haec eſt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi clare apparéret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. Habes, quae de hoc genere decreta ſunt, eaque, ut debes, diligenter ſervabis: & valebis in domino. Romae. IV. id. apr. M. D. LXVIII.

CCLXXXIII.

27. apr. 1568.

Epiſcopo Anagnino.

Reverendiſſime domine. Ex libello, meis his ad te literis incluſo, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii cenſuerunt, exceptis incertis illis & quotidianis proventibus, qui tantummodo inter eos quotidie dividi ſolent, qui ſacris interſunt, reliquas diſtributiones, quae in ipſo libello commemorantur, illis dari debere, qui, licentia legitime adepta, ſtudiorum cauſa abſunt. ſic igitur faciendum curabis: & valebis in domino. Romae. V. Kal. maj. M. D. LXVIII.

CCLXXXIV.

4. maj. 1568.

Epiſcopo (a) Aquilano.

Reverendiſſime domine. Literis iſtius civitatis, vigeſima quinta proximi aprilis datis, expoſitum eſt, antiquiſſimam ſocietatem iſtic S. Mariae de Miſericordia, quae, praeter divini cultus diligentiam, in illa eccleſia a ſex ſacerdotibus aſſidue adhibitam, & panes ex certo frumenti numero in ſingulos menſes diſtri-

(a) *Archiepiſcopo* exempl.

diſtribuere, & aliquot puellas, in orbitate relictas, anniverſario die feſto ejuſdem ſocietatis veſtire, & ſubvenire reliquis egentibus, & mortuos ſepelire, & alia pietatis opera exequi dicitur, prohiberi a te eleemoſynas colligere, quibus, cum propria bona non habeat, illa charitatis officia facere conſuevit. quare, ſi ita eſt, quemadmodum camerarius & magiſtratus ſcripſerunt, ut collectae eleemoſynae nomine iſtius ſocietatis S. Mariae de Miſericordia in illos pios uſus conferantur, eaque conſuetudo petendi ipſas eleemoſynas pro ſocietate, ab omni pravo quaeſtus abuſu remota, nihil ſordidum habeat, ſed ſimpliciter humiliterque ſine ulla fidelium offenſione vel querela ſervetur, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii hortor amplitudinem tuam, ut, quod de duabus ſocietatibus SS. Sacramenti, & Mortis antea ad te ſcripſi (*b*), ſinas etiam iſtam Miſericordiae ſodalitatem ad idem piorum operum effectum conſuetas eleemoſynas eodem modo colligere: & valebis in domino. Romae. v. non. maj. M. D. LXVIII. *b*

(*b*) Vide epiſt. *Illuſtriſſimi* d. 31. oct. 1567. pag. 442.

CCLXXXV.

Epiſcopo Ariminenſi. 24. maj. 1568.

Reverendiſſime domine. Quia nomine prioris & monaſterii S. Juliani congregationis ſancti Georgii expoſita eſt ex libello querela de nimio onere, ſeminarii gratia ſibi impoſito, idcirco illuſtriſſimi patres congregationis ſacri concilii illud idem ex decreto ſanctiſſimi domini noſtri, quod in (*a*) cauſa monachorum S. Mariae de Scholea ex literis noſtris (*b*) jampridem cognoviſti, ad te ſcribi voluerunt, ut videlicet eadem in re dimidia decima, ad antiquam taxam relata, ab ipſis etiam monachis S. Juliani, quemadmodum ex decreto jam ad te miſſo debes, contentus eſſe velis. quod quando jam antea explicatum habet dominatio tua reverendiſsima, pluribus ſuperſedebimus. Vale in domino. Romae. prid. id. maj. M. D. LXVIII. *a* *b*

(*a*) Omitt. exempl. (*b*) Vide epiſt. *Ex iis* d. 3. apr. 1568. pag. 472.

CCLXXXVI.

Epiſcopo Segobricenſi. 19. maj. 1568.

Reverendiſsime domine. Declaratio illuſtriſsimorum cardinalium, qui ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri concilium interpretantur, de iis, qui parochiam & canonicatum vel.

vel dignitatem ante tridentinum concilium legitime obtinuerunt, jampridem multis locis, quemadmodum uſus poſtulavit, ex literis ſacrae congregationis pervulgata eſt, ut iidem illi in parochia reſideant, nec plures una habeant, ex canonicatu autem vel dignitate, cui ſuis horis non inſervierint, diſtributiones quotidianas amittant, & ſi quid praeterea abſentes juſta alia de cauſa non perciperent. quare, ſi Gaſpar Taranzona, clericus ſegobricenſis, vel alterius civitatis aut dioeceſis, reſidet in parochia oppidi Bleſae, caeſarauguſtanae dioeceſis, quam cum canonicatu & praebenda eccleſiae ſegobricenſis ante tridentinum concilium ſe legitime obtinuiſſe dicit, & ex ſuo canonicatu paratus eſt ea, quae diximus, amittere, illis contenta amplitudo tua nulla praeterea fructuum parte iſtius canonicatus & praebendae eum privare debebit: & valebit in domino. Romae. XIV. Kal. jun. M. D. LXVIII.

CCLXXXVII.

19. mai. 1568.

Epiſcopo Calagurritano.

Reverendiſsime domine. Quod expoſitum eſt illuſtriſsimis cardinalibus, qui ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri ſacrum concilium interpretantur, amplitudinem tuam ſequeſtrandos curaſſe fructus beneficii cujuſdam ſimplicis patrimonialis de Entrena, oppido tuae dioeceſis, cui nulla adjuncta ſit cura animarum, & quod Ferdinandus de Barriovero theologus ſimul etiam canonicatum in eccleſia toletana ante tridentini concilii confirmationem legitime obtinuit, idcirco iidem illuſtriſsimi patres eandem amplitudinem tuam admonendam (a) putaverunt, ut, ſi res ita eſt, ut expoſita eſt, ipſeque Ferdinandus, ſicuti debet, reſidet in canonicatu, & iſta ſimplicis beneficii fructuum ſequeſtratio omiſſae reſidentiae cauſa tantum facta eſt, uti id ſequeſtrum relaxari jubeat, nullamque eâdem de re ei moleſtiam exhibeat, ſiquidem eum in canonicatu, non in ejuſmodi ſimplici beneficio reſidere oporteat: & valebit in domino. Romae. XIV. Kal. jun. M. D. LXVIII.

(a) *admonendum* exempl.

CCLXXXVIII.

4. jun. 1568.

Archiepiſcopo Theatino.

Reverendiſsime domine. Commune oppidi iſtius Atiſſae conqueſtum eſt apud illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii per libellum, his, quas ad te damus, literis incluſum,

ſum. qua cognita querela, conſentaneum viſum eſt illuſtriſsimis patribus ad te ſcribi, ut ipſe ad ſacram congregationem cauſam tuam & rationes perſcribas, quibus contra Atiſſanos nitaris: quod idem ab illis de ſua cauſa fieri voluerunt, ut maturius congregatio deliberare poſsit, quid ſtatuendum ſit. interea vero, cum inſtent feſti ac ſolemnes dies pentecoſtes & ſanctiſsimi corporis domini, ut tantae celebritati honor habeatur, & piorum deſiderio & uſui ſuccurratur, faciendum putaverunt, ut iſtud interdictum uſque ad octavam diei feſti ipſius ſanctiſsimi corporis domini tantum ſuſpenſum eſſe velis. ſic igitur, pro ſua religione ac prudentia, faciet amplitudo tua: cui ſalutarem proſperitatem precor. Romae. prid. non. jun. M. D. LXVIII.

CCLXXXIX.

Epiſcopo Nolano.

5. jun. 1568.

REverendiſſime domine. Ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ſancitum eſt, puellas educationis cauſa in monaſteria recipi poſſe, modo illa monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas ea de cauſa recipere, & in ſcriptis habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus acceſſerit, & ipſae puellae ingrediantur illuc, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. quare, ſi nihil eorum, quae dicta ſunt, adverſabitur, & , quae ſervanda ſunt, ſervantur, permittes, ut Joannes Vincentius Capellani, ex oppido Lauri iſtius dioeceſis, Laudamiam, filiam ſuam, circiter octo annos natam, mittere poſſit educandum & piis moribus inſtituendam in monaſterium ejuſdem oppidi ſub invocatione Jeſu Mariae: & valebis in domino. Romae. non. jun. M. D. LXVIII.

CCXC.

Epiſcopo Nucerino.

11. jun. 1568.

REverendiſſime domine. Ex tuis literis rationibuſque, quas attuliſti, ut probares, duos prioratus Joannis Felicis de Meccolis parochias eſſe, vel ſaltem incompatibilia beneficia, & ex iis, quae prolata ſunt ab ipſius Joannis procuratoribus, illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii, re diligenter conſidera-

derata, cenſuerunt ita tibi ſcribendum eſſe: eos prioratus proprie non comprehendi nomine parochialium, proptereaque non habere in eis locum ſacri concilii decretum ſeſſ.xxiv. cap.xvii. veruntamen debere ipſum Joannem perſonaliter reſidere in prioratu S. Donati de Gualdo. praeterea iidem illuſtriſſimi patres te admonendum putaverunt, ut cures, ut & alia, quae neceſſario requiruntur in altero prioratu S. Crucis, ſi non ſunt, quamprimum, & poſthac ſemper adhibeantur; & in primis ſanctiſſimum domini noſtri Jeſu Chriſti corpus ea in eccleſia perpetuo aſſervetur; tum ut in utroque prioratu omnibus illis diebus, quibus in eccleſiis, curam animarum habentibus, debent, miſſae celebrentur. ſic igitur faciet amplitudo tua, quemadmodum patres illuſtriſſimi faciendum cenſuerunt: & valebit in domino. Romae. prid. id. jun. M. D. LXVIII.

CCXCI.

21. jun. 1568.

Archiepiſcopo Neapolitano.

Reverendiſſime domine. Acceptis & conſideratis iis, quae ex iſto libello, his ad amplitudinem tuam literis incluſo, cognoſces, illuſtriſsimi cardinales congregationis ſacri concilii cenſuerunt, hoſpitale S. Michaëlis Angeli de Sedili Nidi non eſſe ex illis, quae decreto ſacri concilii tridentini ſeſſ.xxiii. cap.xviii. ſeminario debent contribuere. itaque, quod ad hanc cauſam attinet, ſi vera in ipſo libello ſupplici narrata ſunt, nullam iſti hoſpitali moleſtiam afferet prudentia amplitudinis tuae: & valebit in domino. Romae prid. id. jun. M. D. LXVIII.

CCXCII.

26. jun. 1568.

Eidem.

Reverendiſsime domine. R. P. D. archiepiſcopus matheranenſis queſtus eſt, quemadmodum ex ſupplici ejus libello videbit amplitudo tua, quod & prophanare decreveris (a) duas cappellas (b), quae membra ſunt monaſterii beatae Mariae de Cappellis, ipſi (c) archiepiſcopo commendati, & illarum caementa ac materiam vel eorum pretium ad eccleſiam tuam archiepiſcopalem revocare. quamobrem illuſtriſsimi patres ſacrae congregationis petendum cenſuerunt ab amplitudine tua, primum, quo jure poteſtatis eas cappellas prophanare velis, deinde, cur illarum caementa ac materiam vel pretium ad tuam potius, quam ad

(a) *decreverit* exempl. (b) *capellanias* id. (c) *ipſo* id.

Digitized by Google

ad dicti monaſterii eccleſiam transferendum exiſtimet. quare de utroque docebit ſacram congregationem; & interea, dum hic quid agendum ſit decernatur, nullam iſta de cauſa moleſtiam afferet (d) amplitudo tua: quam Deus incolumem ſervet. Romae. VI. Kal. jul. M. D. LXVIII. d

(d) *afferat* id.

CCXCIII.

Archiepiſcopo Neapolitano. 26. jun. 1568.

Reverendiſſime domine. De re, toties ad amplitudinem tuam ſcripta, non poſſunt facere illuſtriſſimi cardinales congregationis ſacri concilii quin idem ſcribendum cenſeant, quoties aliqui eâdem de cauſa ad ſacram congregationem confugiunt. quare, cum R. P. D. archiepiſcopus materanenſis, ut ex ejus libello cognoſces, conqueratur, quod amplitudo tua ſeminarii cauſa ex neſcio qua alia taxa, nomine monaſterii beatae Mariae de Cappellis, plus velit exigere, quam quantum a ſanctiſſimo domino noſtro, de ſententia eorundem patrum illuſtriſſimorum, hac in re decretum ſit, cenſuerunt iidem illuſtriſſimi patres admonendam eſſe amplitudinem tuam, ut, cum non niſi poſt XI. diem julii anni 1567. ſeminarium re ipſa erexerit, ab eodem archiepiſcopo materanenſi, dicti monaſterii commendatario, dimidia decima, & ea ad antiquam taxam directa, contenta eſſe velit, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum ad eandem rationem exiget: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius eſt, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii: & valebit in domino. Romae. VI. Kal. jul. M. D. LXVIII.

CCXCIV.

Archiepiſcopo Tranenſi. 26. jun. 1568.

Reverendiſſime domine. Ex libello communis Baroleti, recitato in congregatione illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, reſponſum eſt, non prohiberi decreto iſto reverendi patris domini epiſcopi tum ſtraugurienſis, nunc fulginenſis, quominus puellae educationis cauſa recipi poſſint in monaſteria, modo illa monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas recipere, & ipſae habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus acceſſerit, & illuc ingre-

ingrediantur, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. quare, ſi nihil eorum, quae diximus, impediet, jam diu declaratum eſt ab eiſdem illuſtriſsimis patribus congregationis ſacri concilii, puellas in monaſteriis poſſe educari. Vale in domino. Romae. VI. Kal. jul. M. D. LXVIII.

CCXCV.

10. jul. 1568.

Epiſcopo Cajetano.

REverendiſsime domine. Cum renunciatum eſſet illuſtriſsimis patribus congregationis ſacri concilii, te (*a*) iſtum diſpenſationis libellum, quem his literis incluſimus, jam diu tibi exhibitum, exequi noluiſſe, iidem illuſtriſsimi patres tibi ſcribendum cenſuerunt, ut tuis literis rationem reddas, quamobrem ipſa executione diſpenſationis tam diu ſuperſederis. de quo facies me quamprimum certiorem, ut de re, quomodo ſe habeat, ad ſacram congregationem referre poſsim: & valebis in domino. Romae: VI. id. jul. M. D. LXVIII.

(*a*) & exempl.

CCXCVI.

10. jul. 1568.

Nuncio Venetiarum.

REverendiſsime domine. Cum epiſcopus bellunenſis haec, quae his adjuncta literis ad amplitudinem tuam mitto, in congregatione illuſtriſsimorum cardinalium ſacri concilii referenda curaſſet, illuſtriſsimi patres ſic ad ea reſpondendum cenſuerunt, quemadmodum in margine notatum videbis. quoniam vero in ultima notatione dictum eſt, ſi idem bellunenſis epiſcopus rationes attulerit, quibus exiſtimet, in eccleſia ſua id commode fieri non poſſe, ſacram congregationem poſtea deliberaturam, idcirco ad amplitudinem tuam haec ſcripta miſimus, ut de eo admoneas bellunenſe capitulum, eique tempus praefinias menſis ſpatium, ad id proferendum pro ſua cauſa, quod vel apud ipſam congregationem concilii, vel apud amplitudinem tuam allegare voluerit. qua de re poſtea amplitudo tua, & quid ipſa fecerit, & quid capitulum reſponderit, ad me, ut ad ſacram congregationem referre (*a*) poſsim, perſcribet: & valebit in domino. Romae. VI. id. jul. M. D. LXVIII.

CCXCVII.

(*a*) *referri* exempl.

CCXCVII.
Abbati Sancti Petri ad Aram.

18. jul. 1568.

REverende domine. Decretum eſt jampridem a ſanctiſsimo domino noſtro de ſententia illuſtriſsimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, puellas in monaſteria (*a*) ad educandum recipi licere, dummodo non repugnet conſuetudo monaſteriorum, & ipſae puellae in ſcriptis habeant licentiam a ſuperiore monaſterii, quo ingredi volunt, & abbatiſſae ejus loci & monialium conſenſus accedat, ac puellae in monaſterium ingrediantur, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervari debet, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea illac in idem monaſterium redire poſſint. quare, cum id modo poſtulatum ſit a congregatione illuſtriſſimorum patrum ſacri concilii, ut nobili puellae Conſtantiae liceat (*b*) educationis gratia ire in monaſterium S. Petri, appellatum Regina caeli, quod monaſterium tuae gubernationi ſubeſt, cenſuerunt, ſi ea, quam diximus, conſuetudo monaſterii non adverſatur, ſervatis reliquis, quae ſervanda propoſita ſunt, Conſtantiam iſtam in monaſterium S. Petri, quod diximus, piae inſtitutionis & educationis cauſa recipi debere. id igitur facies: & valebis in domino. Romae. XV. Kal. aug. M. D. LXVIII.

(*a*) *monaſterio* exempl. (*b*) *manent lic.* .. id.

CCXCVIII.
Epiſcopo Imolenſi. (*a*)

18. jul. 1568.

REverendiſſime domine. Lectis in congregatione ſacri concilii tuis, quas ad me dediſti, literis de canonicatu & duabus parochiis, morte presbyteri Bartholomaei Cortellini vacantibus, relatiſque iis, quae viciſſim prolata ſunt nomine Publii Veſtrii, illuſtriſſimi patres ſacrae congregationis, quo melius deliberare ac ſtatuere poſſint, quid in hac cauſa jus poſtulet, quae contra ſcripta ſunt in jure & facto ad amplitudinem tuam una cum his literis mittenda cenſuerunt, ut ipſa ad omnia reſpondeat, quae ei videbuntur, hucque mittat, ut ad ſacram congregationem referantur. interea vero omnibus in hac cauſa ſuperſedeat, dum ab illuſtriſſimis patribus de eo, quod agendum erit, certior fiat (*b*): & valebit in domino. Romae. XV. Kal. aug. M. D. LXVIII.

(*a*) *Immolenſi* exempl. (*b*) *fiet* id.

CCXCIX.

Epiſcopo Saonenſi.

18. jul. 1568.

REverendiſſime domine. Rem, ut relata eſt in congregatione ſacri concilii, videbis ex ſupplici iſto libello. quod ſi vere (ut expoſitum eſt) iſta duo hoſpitalia, alterum in valle S. Bernardi, alterum Pietatis, a ſede apoſtolica neque in titulum neque in adminiſtrationem unquam collata fuerunt, neque beneficium ullum eccleſiaſticum annexum habent, illuſtriſſimi patres cenſuerunt, minime ea cogi debere, ut ad tuum ſeminarium contribuant; cum non ſint ex illis hoſpitalibus, quae decreto ſacri tridentini concilii ſeſſ. XXIII. cap. XVIII. ſeminario debeant contribuere. De piis etiam locis, quorum mentio fit in eodem libello, ſi nulla eis annexa beneficia eccleſiaſtica, nullique reditus ſunt aut proventus eccleſiaſtici, iidem cenſuerunt, ea ſeminario contribuere non debere. quod ſi amplitudo tua contra aliquid habet, quo ſe jure niti poſſe exiſtimet, huc reſcribet. interea tamen iſtis hoſpitalibus piiſque locis moleſta non erit: & valebit in domino. Romae. xv. Kal. aug. M.D.LXVIII.

CCC.

Epiſcopo Anconitano.

18. jul. 1568.

REverendiſſime domine. Fratres iſtius civitatis, qui Incoronatae dicuntur, in congregatione ſacri concilii exponendum curaverunt, ſe beneficio S. Aegidii, eorum conventui a ſanctiſſimo domino noſtro unito, comperiſſe impoſita fuiſſe ante ipſam unionem onera quaedam ſolvendi certam ſummam epiſcopo anconitano ex quodam decreto olim facto, ut, propter tenuitatem iſtius epiſcopatus, omnia beneficia, etiam quae curam haberent, quiddam ſolverent eidem epiſcopo: verum nunc, illa tenuitate ſublata, & quia bulla ſanctiſſimi domini noſtri, quae pro fratribus mendicantibus pervulgata eſt, eos eximat a contributione quorumcunque onerum, etiam cauſa curatorum beneficiorum unitorum, poſtulare, ut ab iſtis beneficio S. Aegidii impoſitis oneribus ſacrae congregationis decreto liberentur. quare illuſtriſſimi patres, antequam de eo quicquam ſtatuerent, amplitudinem tuam admonendam putaverunt, ut, ſi quid habeas, quod pro jure tui epiſcopatus contra afferre poſſis, huc perſcribas. ſic igitur facies: & valebis in domino. Romae. xv. Kal. aug. M.D.LXVIII.

CCCI.

CCCI.

Cardinali Lomellino. 23. jul. 1568.

Illuſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Illuſtriſsimi patres congregationis ſacri concilii conſideratis omnibus, quae prolata ſunt ab amplitudine veſtra illuſtriſsima pro eo jure, quod, ut epiſcopus ſarzanenſis, ſe putat habere viſitandi parochiam S. Andreae carrarienſis, ſitam (a) in ejus dioeceſi, & a contra a reverendo patre priore & canonicis regularibus monaſterii ſancti Fridiani (b) lucenſis pro conceſsione olim dictae parochiae, eidem ſuo monaſterio facta a ſuperioribus epiſcopis ſarzanenſibus, & a ſede apoſtolica confirmata, omniumque ſumma ad ſanctiſsimum dominum noſtrum relata, ſic ad amplitudinem veſtram illuſtriſsimam ſcribendum cenſuerunt, ut ipſa, tanquam ſarzanenſis epiſcopus, quoties voluerit, eam parochiam S. Andreae ejuſque rectores, in his duntaxat, quae ad curam animarum ſpectant, viſitare juxta concilii tridentini diſpoſitionem poſsit, vicariumque ex ipſis canonicis regularibus, ab eorum ſuperioribus nominatum, & praevio examine, per amplitudinem veſtram ſeu vicarium veſtrum faciendo, idoneum ad curam animarum exercendam inventum, & approbatum, ad nutum tamen ejus ſuperiorum amovibilem, deputare; cui auctoritati nihil repugnare poſſit quodvis privilegium vel immunitas aut appellatio, ab ipſis priore & canonicis regularibus adhuc prolata vel poſthac proferenda. Habet igitur amplitudo veſtra illuſtriſſima, quae in iſta cauſa a ſacra congregatione decreta ſunt, & valetudinem ſuam curabit: quam Deus omnipotens tueatur. Romae. XXIII. jul. M. D. LXVIII.

(a) *ſita* exempl. (b) *Fidriani* id.

CCCII.

Miniſtro Fratrum Minorum Neapoli. 31. jul. 1568.

Reverende pater. Ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri, de ſententia illuſtriſſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ſancitum eſt, puellas educationis cauſa in monaſteria recipi poſſe, modo illa monaſteria conſueverint ejuſmodi puellas ea de cauſa recipere, & in ſcriptis habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci & monialium conſenſus acceſſerit, & ipſae puellae ingrediantur illuc, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exie-

exierint , nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. quare , ſi nihil eorum , quae dicta ſunt , adverſabitur , & , quae ſervanda ſunt, ſerventur , permittes iſti puellae Portiae Rubeae , ut in monaſterium ſancti Franciſci de Eleemoſyna , educationis & honeſtae ac piae inſtitutionis gratia , ingredi , ibique , quam diu opus fuerit , commorari poſſit : & valebis in domino . Romae . prid. Kal. aug. M. D. LXVIII.

C C C I I I.

7. aug. 1568. Epiſcopo Cremonenſi .

REverendiſſime domine . Quid ad congregationem ſacri concilii relatum ſit nomine iſtius ſororis Angelae , abbatiſſae S. Catharinae de Soncino , videbis in incluſo his literis libello . in quo ſi vere expoſitum eſt , ejus monaſterii abbatiſſis ſolitum eſſe benedici , ipſamque ſororem abbatiſſam eam benedictionem poſtulaſſe intra annum , quo ad illud magiſterium fuit electa , cum nihil novi decretum ſit a ſacro tridentino concilio contra id , quod ea de re ſtatutum fuerat a jure communi , illuſtriſſimi patres cenſent , amplitudinem tuam iſti abbatiſſae benedicere debere : niſi forte aliquid eſſet , quod ejus perſonae objiceretur . quod ſi ita ſit , de eo ſacram congregationem admoneri oporteret ;
a interea vero benedictione ſuperſederi (a) . quod ſi nihil tale impedit , nihil prohibebit , quominus ei benedicat amplitudo tua : & valebit in domino . Romae . VII. id. aug. M. D. LXVIII.

(a) *ſuperſedere* exempl.

C C C I V.

a Vicario Civitatis Auſtriae dioeceſis aquilejenſis . (a)

7. aug. 1568. ADmodum reverende domine . Quod expoſitum fuerat illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii , pa-
b triarcham aquilejenſem (b) praecepiſſe decano & capitulo collegiatae eccleſiae iſtius civitatis Auſtriae, ut omnibus, quae iſto mo-
c nitorio continentur , quod his (c) literis adjunximus, omnino parerent , ipſum vero capitulum illis praeceptis obedire noluiſſe , propterea que a patriarcha excommunicatum eſſe , ſacra congregatio , diligenter cognitis iis , quae utriuſque partis procuratores pro ſua cauſa attulerunt , ita de re decernendum cenſuit , quem-
d admodum ſuis locis (d) in margine monitorii adſcriptum videbis .

(a) *Aquilegien.* exempl.
(b) *aquilegienſem* id.
(c) *iis* id.
(d) *marginis* id.

Digitized by Google

debis. quare etiam tibi mandat, ut, ſi decanus & capitulum dictae civitatis Auſtriae, ſe ea, quae in ipſo monitorio ſcripta ſunt, cum declarationibus & correctionibus ipſius ſacrae congregationis, ut diximus, in margine notatis, ſervaturos promittunt, capitulum iſtud ab excommunicatione abſolvas, ea lege tamen, ut, quotieſcunque illa non obſervarint, in eandem excommunicationis poenam recidant. facies igitur, quod ad te ſcripſimus: & valebis in domino. Romae. VII. id. aug. M.D.LXVIII.

C C C V.

Epiſcopo Comenſi.

7. aug. 1568.

REverendiſſime domine. Cum actum eſſet apud illuſtriſſimos cardinales, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri interpretes ſacri concilii, de poſtulatis archidiaconi comenſis, quae cum his literis ad te mittimus, deque iis, quae contra prolata ſunt, ac de illis, quae iterum reſpondit archidiaconus, illuſtriſſimi patres de re ita (a) cenſuerunt: cum iſta dignitas ſedi apoſtolicae reſervata, literis etiam apoſtolicis ipſi archidiacono collata ſit, conſtitutionem iſtam, ut nemo ad quotidianas diſtributiones admittatur, niſi fuerit in lectura & cantu examinatus, archidiaconum hunc non comprehendere: quippe cum ea conſtitutio, facta ab epiſcopo, nondum a ſede apoſtolica ſit confirmata. quare, quod ad ipſius conſtitutionis diſpoſitionem attinet, erit prudentiae tuae praeſtare, ut archidiacono nihil detrimenti afferatur. quod ſi quid aliud praeterea vel amplitudo tua vel capitulum habuerit, quo ſe contra archidiaconum jure niti poſſe exiſtimet, id ad ſacram congregationem referetis; interea vero nullam ei ob eandem cauſam moleſtiam exhibebitis: & valebis in domino. Romae. VII. id. aug. M. D. LXVIII.

(a) *ipſa* exempl.

C C C V I.

Epiſcopo Nuſcano.

7. aug. 1568.

REverendiſſime domine. Ex libello, qui cum his literis ad te perferetur, recitato in congregatione ſacri concilii, cognoſces quid ab ipſis illuſtriſſimis cardinalibus decretum fuerit. nam in ejus margine ſunt appoſita (a), quae ſacra congregatio in ſingulis capitibus ſtatuenda eſſe cenſuit. itaque mandat pru-

(a) *oppoſita* exempl.

Digitized by Google

prudentiae tuae, ut, quemadmodum ibi adſcripta videbis, ſic ea omnino velis obſervare. quod facies: & valebis in domino. Romae. VII. id. aug. M.D.LXVIII.

CCCVII.

14. aug. 1568.

Cardinali Infanti.

SErenifsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Fratres congregationis S. Joannis euangeliſtae ſupplicarunt in eam ſententiam, quam videbit ſerenitas tua reverendiſsima ex eorum libello, his literis adjuncto. qua de re illuſtriſsimi cardinales, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri interpretes ſacri concilii, ita cenſent: cum eorum monaſteriorum, de quibus mentio ſit in libello, Romae nulla decimae taxa ſit inventa, ſpectandam ac ſervandam eſſe eam antiquam, quae in iſto regno reperitur. Deus ſerenitati tuae reverendiſsimae ſalutarem proſperitatem concedat. XIX. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCVIII.

14. aug. 1568.

Archiepiſcopo Neapolitano.

REverendiſsime domine. Quod amplitudini tuae, nomine congregationis ſacri concilii, de immunitate ſeminarii, danda hoſpitalibus, inventum (a) eſſe ſcribis, ſi recte literas (b) attenderis, facile videbis, non id abſolute loqui (c), quod proximis tuis ſignificas. Quod vero attinet ad eos, qui, ſui commodi cauſa, hoſpitalitatis nomine abuſi, re minime ſunt hoſpitales, monet amplitudinem tuam ſacra congregatio, ut nominatim, qui nam illi ſint, quique ſit eorum ſtatus, huc perſcribas. nam, ſi in illis fraus comperta fuerit, omnino iſti incommodo providebitur. De eo autem, quod ab ipſa ſacra congregatione, ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri, decretum eſt, ſeminarii cauſa de ſolutione dimidiae decimae, ad antiquam taxam directae, qua de re jam ſaepius ad te ſcriptum eſt, nihil jam eſt, quod laboret amplitudo tua. id enim decretum ſervari vult ſua ſanctitas, non eam taxam, quae a bo. mem. cardinali neapolitano deſcripta fuerat. Vale in domino. Romae. XIX. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCIX.

(a) Fort. *injunctum*. (b) Vide epiſt. *Acceptis* d. 12. jun. 1568. pag. 480.
(c) fort. *ſequi*.

Digitized by Google

CCCIX.

Epiſcopo Civitatis Caſtellanae.

14. aug. 1568.

REverendiſſime domine. Leges ſupplicem libellum, ad te miſſum una cum his literis, ſcieſque ex eo, illuſtriſsimos cardinales congregationis ſacri concilii ita reſpondiſſe: cum jure conſtet, ſibi unumquenque, quod ſepulchrum velit, poſſe deligere, modo quartam funeris parochiae ſuae perſolvat, tuas partes eſſe curare, ut iſti presbyteri eo contenti ſint, quod ipſis jure permiſſum eſt, neque plus omnino requirant. quod ſi praecipuo aliquo privilegio ſibi licere plus eo petere, quod diximus, exiſtimant, id ad ſacram congregationem referant. interea vero nihil ea in re novabunt. Vale in domino. Romae. XIX. Kal. ſept. (a) M. D. LXVIII.

(a) aug. exempl.

CCCX.

Cardinali Infanti.

16. aug. 1568.

SEreniſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Quid capitulum & clerus ac monaſteria ulixipponenſia a congregatione ſacri concilii poſtularint, cognoſcet ſerenitas tua reverendiſsima ex eorum libello, ſimulque intelliget ex meis literis, quid de illorum poſtulatis eadem ſacra congregatio decreverit: quod hujuſmodi eſt; omnium ſumptuum cauſa, quos in ſeminarium tam ad aedificationem, quam ad alendos pueros & eorum magiſtros fieri oportuerit, non licere ſerenitati tuae reverendiſsimae plus exigere dimidia decima, ad antiquam taxam directa, eodem modo, quo antea non ſemel ad ipſam ex decreto ſanctiſsimi domini noſtri ſcriptum eſt. exigendi autem eam decimam initium faciet a ſua archiepiſcopali menſa, curabitque, ut idem fiat ab epiſcopis, ejus ſuffraganeis, qui, ut debent, praeeant aliis ſolutione ſuae menſae epiſcopalis, deinceps exigere pergant a reliquis beneficiis ex diſpoſitione tridentini concilii. hanc vero cautionem adhibeant, ne plures pueros admittant, quam quot ea pecunia alere ac tueri poſſint, quae ex dimidia decima, quam diximus, exacta fuerit: & valebit in domino. Romae. XVII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

Digitized by Google

CCCXI.

16. aug. 1568.

Cardinali Borromaeo.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Quod amplitudo veſtra illuſtriſſima a ſanctiſſimo domino noſtro quaerendum curavit, quaenam ipſius ſententia fuerit in eo brevi, quod octavo julii anni 1567. datum eſt, de conceſſione contributionis ſeminarii, ab ejus ſanctitate facta canonicis regularibus, ita reſpondit ſua ſanctitas: cum ſciat, iſtud amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae ſeminarium mediolanenſe multo ante, quam illud breve eſſet impetratum, ad certam taxationem erectum fuiſſe, ſervata in eo, quae a ſacro concilio forma praeſcribitur, ſi ipſos canonicos regulares ad eam taxationem, ita ſtabilitam, mediolanenſi ſeminario vel ſemel ſolviſſe, ſicque ipſum ſeminarium in iſta quaſi poſſeſſione ad eam rationem a canonicis exigendi eſſe conſtiterit, velle ſe, ut in poſterum eadem exigendi ratio ſervetur, eique rei dictum breve canonicis conceſſum nullo impedimento eſſe poſſit. Deum precor, ut amplitudinis veſtrae illuſtriſſimae incepta & optata ſua gratia proſequatur. Romae. XVII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXII.

20. aug. 1568.

Cardinali Lomellino.

ILluſtriſsime ac reverendiſsime domine obſervandiſsime. Quod proximis ſuis ad me literis amplitudo veſtra illuſtriſſima ad perſpicuam explicationem iſtius cauſae viſitationis parochiae S. Andreae carrarienſis quiddam (a) amplins requirere videtur, ſciat,
in literis, quas ſacrae congregationis nomine antea ad ipſam ea de re ſcripſi (b), eam ſententiam fuiſſe illuſtriſſimorum patrum, qui congregationi (c) concilii praeſident, ut amplitudo veſtra illuſtriſſima non ſolum eam parochiam S. Andreae viſitare poſſit, ſed omnes etiam alias eccleſias, ad illam parochiam pertinentes, quae ſint in ejus dioeceſi ſarzanenſi: & valebit in domino. Romae. XIII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXIII.

(a) *quidam* exempl. (b) vide epiſt. *Illuſtriſſimi* d. 23. jul. 1568. pag. 485.
(c) fort. *interpretationi*.

CCCXIII.

Epiſcopo Biſignanenſi.

21. aug. 1568.

REverendiſſime domine. Quae relata ſint ad illuſtriſſimos cardinales congregationis ſacri concilii, nomine Horatii Ferrarii, leges in ejus libello, quem ad te cum his literis mittimus: ac, ſi vera ſunt, quae ibi ſcribuntur, de ſententia eorundem patrum illuſtriſſimorum Horatii ipſius indemnitati providebis. ſin aliter ſe res habet, quam ab ipſo eſt expoſita, proceſſum ejus huc mittes, aut ejus exemplum, publici notarii auctoritate comprobatum, dabis Horatii procuratoribus, juſta ab ipſis ejus exempli mercede perſoluta, ut de eo ad ſacram congregationem referatur (a). interea nullam ei moleſtiam exhibebis. fructus vero ipſarum parochiarum, perpetuo unitarum, ſequeſtrabis. qui autem fructus jam exacti ſunt, eos apud idoneum virum deponendos curabis, detractis tamen iis ſumptibus, qui ad cultum divinum, & ad exercendam curam animarum neceſſarii fuerint. ſic igitur facies: & valebis in domino. Romae. XII. Kal. ſept. M.D.LXVIII.

(a) *referetur* exempl.

CCCXIV.

Cardinali Infanti.

21. aug. 1568.

SErenissime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Libellus iſte nobilis viri ducis de Aveiro, illuſtriſſimis cardinalibus congregationis ſacri concilii recitatus, facit, ut iidem illuſtriſſimi patres de eo ſerenitatem veſtram illuſtriſſimam admonendam (a) putent, ut ſeminarii cauſa ab iſto duce contenta eſſe velit dimidia decima, ad antiquam taxam directa, ex decreto ſanctiſſimi domini noſtri, cujus ſententiam alias ex noſtris literis cognovit. Deus ipſam ſalvam & incolumem ſervet. Romae. XII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

(a) *admonendum* exempl.

CCCXV.

Archiepiſcopo Tranenſi.

21. aug. 1568.

REverendiſſime domine. Expoſita ſententia amplitudinis tuae de ſaecularibus virginibus, quas ſcribis educationis cauſa in monaſteria recipiendas tibi non videri, illuſtriſſimi cardinales, qui interpretationi ſacri concilii praepoſiti ſunt, ita reſponden-

a dum cenſuerunt: ſe iis literis (a), quas de educatione puellarum in monaſteriis ad te mitti voluerunt, ea de re conſilium non petiiſſe, ſed, ut decreto, ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri facto, paréres, illas ad te miſiſſe. quod pro ſua prudentia facturam ſperamus amplitudinem tuam, ne, ſupra quam oporteat, velle
b ſapere videatur (b): cui omnia proſpera & ſalutaria precamur. Romae. XII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

(a) Vide epiſt. *Ex libello* d. 26. jun. 1568. pag. 481. (b) Omitt. exempl.

CCCXVI.

Cardinali Infanti.

25. aug. 1568.

SErenisſime ac reverendisſime domine obſervandisſime. Poſtulata provincialis & aliorum miniſtrorum conventuum & ordinis ſanctisſimae Trinitatis redemptionis captivorum perferentur ad ſerenitatem tuam reverendisſimam cum his literis, ex auctoritate ſanctisſimi domini noſtri, de ſententia illuſtrisſimorum cardinalium congregationis ſacri concilii, ea de re ita ad ipſam ſcriptis, ut, ſi vera ſunt, quae in libello exponuntur, illudque praecipue, monaſteria iſtius ordinis nullam decimam ſolvere debere, cenſere ipſos illuſtrisſimos patres ſacrae congregationis, cum jam ex decreto, quod a ſanctisſimo domino noſtro factum eſt, ſeminarii cauſa duntaxat dimidia decima, ad antiquam taxam directa, exigi poſsit, iſtos minime ad contributionem ſeminarii teneri; cum affirment, ut diximus, ſe ad nullam decimam ſolvendam cogi poſſe. itaque ea de cauſa ipſis moleſta non erit ſerenitas tua reverendisſima: quam Deus ſervet incolumem. Romae. VIII. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXVII.

Epiſcopo Ipporegienſi. (*ſic*)

28. aug. 1568.

REverendisſime domine. Si verum eſt, quod ex libello, quem ad te mittimus, illuſtrisſimi cardinales congregationis ſacri concilii cognoverunt, annuos fructus iſtius parochiae S. Mariae de Inſula, quae (a) membrum eſt tuae abbatiae S. Benigni,
a non plures eſſe viginti quatuor ducatorum, viſum eſt eis juſtum & aequum eſſe, ut ſequeſtrum iſtud, a te factum cauſa reparationis aedium eccleſiae, relaxetur, ſaltem pro ea parte, quae ad neceſſarium victum ipſius parochi requiratur. qua in re iidem illuſtrisſimi patres etiam (b) amplitudinem tuam admonendam cenſuerunt,

(a) *quam* exempl. (b) & id.

Digitized by Google

runt, ut, quotieſcunque illas eccleſiae aedes reparari voluerit, omnino ſervet, quod a ſacro tridentino concilio decretum eſt ſeſſ.XXI. cap.VII. verſu, qui (c) incipit *Parochiales*. parebis igitur: & valebis in domino. Romae. V. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

(c) *quo* id.

CCCXVIII.
Epiſcopo Fulginati.

28. aug. 1568.

Reverendiſsime domine. Quod audiverunt (a) illuſtriſsimi cardinales, interpretes ſacri concilii, dubitare amplitudinem tuam, an liceret puellas educationis cauſa recipere in monaſteria, de eo, quod ex auctoritate ſanctiſsimi domini noſtri in hac re decretum eſt, te admonendum putaverunt. id autem hujuſmodi eſt, ut puellae ad educandum in monaſteria recipi poſsint, modo monaſteria conſueverint ea de cauſa puellas recipere, & ipſae in ſcriptis habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, & abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus acceſſerit, & puellae ingrediantur illuc, ibique maneant ſolae ſine ancillis, & ſervent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea eis in idem monaſterium redire liceat. Habet amplitudo tua quid hac in re ſervandum ſit: & valebit in domino. Romae. V. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

(a) *adjuverunt* exempl.

CCCXIX.
Archiepiſcopo Florentino.

1. ſept. 1568.

Reverendiſsime domine. Poſtulatis literarum tuarum de baptiſmo tardius reſponſum eſt, quia ſanctiſsimus dominus noſter juſſerat id negotii dari theologis, qui rem diligenter viderent, ſuamque de ea ſententiam ad illuſtriſsimos cardinales, praepoſitos congregationi (a), ſacri concilii, referrent. re igitur aliquando relata, & eo, quod theologi ſentirent, cognito, iidem illuſtriſsimi cardinales ad ea, quae petieras de ipſo baptiſmo, reſpondendum cenſuerunt, quemadmodum plane expoſitum videbis in eo ſcripto, quod his literis incluſimus. quare, ut ibi ſcriptum eſt, ita diligenter obſervandum curabis. Quod autem praeterea quaeris, an puellae educationis cauſa in monaſteria reci-

(a) Fort. *interpretationi*.

Digitized by Google

recipi poſſint, ſic habeto: ſacrum concilium non obſtare, quominus illae recipiantur, quibuſdam tamen conditionibus neceſſario ſervatis. quare, cum aliqua puella in monaſterium ingredi voluerit, ut ibi educetur, referatur ad congregationem ſacri concilii, quae ſuis literis eam facultatem concedet iis praeſcriptis conditionibus, quas ejuſmodi in re ſolet adhibere. Vale in domino. Romae. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXX.

Cardinali Infanti.

1. ſept. 1568.

SEreniſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Dubitationibus ſerenitatis tuae reverendiſſimae illuſtriſſimi cardinales, praepoſiti interpretationi ſacri concilii, reſpondendum cenſuerunt (*a*) in eam ſententiam, quam in margine videbit e regione ſingularum quaeſtionum. curabit (*b*) igitur, ut, quemadmodum ibi notatum eſt, ſic iſtic obſervetur: & valetudini ſuae conſulet in domino. Romae. Kal. ſept. M. D. LXVIII.

(*a*) Omitt. exempl. (*b*) *curabitur* id.

CCCXXI.

Epiſcopo Verulano.

4. ſept. 1568.

REverendiſſime domine. Mitto tibi incluſum his ad te liter's reſponſum & explicationem ejus dubitationis, quae in congregatione ſacri concilii de pace propoſita fuerat. itaque in eo acquieſcendum erit, quod illuſtriſſimi patres, interpretes ſacri concilii, re diligenter conſiderata, de ea ſtatuerunt: & valebis in domino. Romae. prid. non. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXXII.

Epiſcopo Nucerino.

8. ſept. 1568.

REverendiſsime domine. Puellas educationis cauſa in monaſteria recipi poſſe, neque concilium prohibuit, & illuſtriſſimi cardinales congregationis ejuſdem ſacri concilii idem licere cenſuerunt, his tamen ſervatis conditionibus: ut primum non repugnet conſuetudo monaſterii, &, quae puellae educationis gratia illuc ingredi volent, habeant a ſuperiore monaſterii licentiam, ac abbatiſſae ejus loci ac monialium conſenſus accedat, & ingrediantur, ibique maneant ſolae ac ſine ancillis, & ſervent

vent clauſuram ac reliquam vivendi rationem, quae ab ipſis monialibus obſervatur, &, ſi inde ſemel exierint, nunquam poſtea in idem monaſterium redire poſsint. quare, cum Andreas Micutius puellam filiam ſuam in monaſterium iſtius civitatis, ut ibi pie & honeſte educetur (*a*), mittere velit, ſi nulla earum conditionum adverſatur, quas diximus ſervandas eſſe, cum non impedies: & valebis in domino. Romae. VI. id. ſept. M.D.LXVIII.

(*a*) *educatur* exempl.

CCCXXIII.
Cardinali Urbinati.

11. ſept. 1568.

ILluſtriſſime ac reverendiſſime domine obſervandiſſime. Relatum eſt in congregatione ſacri concilii de poſtulato illuſtriſſimae amplitudinis veſtrae, quid agendum de illis monialibus, quae, cum, lapſo tempore faciendae profeſſionis, eam non fecerint, nunc non ſolum negent velle eam facere, verum etiam ex monaſterio exire cupiant. cui dubitationi illuſtriſſimi patres ſacrae congregationis ita reſponderunt: videndum eſſe, an illae ejus ordinis ſint, qui requirat profeſſionem: quod ſi ex regula ſua profiteri debent, etiamſi palam & expreſſe non ſint profeſſae, tamen, ſi tacitam profeſſionem fecerunt (id quod multis argumentis cognoſci poterit), cogendas eſſe ut profiteantur. Deus amplitudinem veſtram illuſtriſſimam incolumem ſervet. Romae. III. Id. ſept. M. D. LXVIII.

CCCXXIV.
Epiſcopo Sancti Angeli Lombardorum.

15. ſept. 1568.

REverendiſſime domine. Illuſtriſſimi & reverendiſſimi cardinales congregationis ſacri concilii jam diu ex auctoritate ſanctiſſimi domini noſtri de ſeminariis hoc decretum fecerunt, ut „ epiſcopus, qui ante XI. diem julii 1567. ſeminarium re ipſa non erexit, quandocunque illud erigere inſtituerit, ab ipſa reali erectione nihil ejus nomine ultra dimidiam decimam, relatam ad antiquam taxam, exigat, &, ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet, quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eandem rationem exigendum erit: niſi tamen clare appareret, totum illud, quod amplius exactum eſſet, jam fuiſſe vere converſum in praeparamenta neceſſaria aut aliam ſimilem operam ſeminarii „. quare, cum amplitudo tua ante dictam XI. ju-

Digitized by Google

xi. julii diem, quemadmodum ipſis illuſtriſſimis patribus ſacrae congregationis expoſitum fuit, ſeminarium ex decreti formula non erexerit, a reverendiſsimo archiepiſcopo acheruntinenſi & matheranenſi, cauſa, prioratus S. Joannis oppidi Torellae tuae dioeceſis, ſeminarii gratia, plus dimidia decima, & ea ad antiquam taxam directa, exigere non debebit; & valebit in domino. Romae. xvii. Kal. oct. m. d. lxviii.

INDEX

INDEX I.

Quis cui ſcripſerit.

AESCHINES

ATheoienſi ſenatui ac populo. 209.
N.N. 215.

ARTAXERXES

Iſtani. 216.

DANDINIUS Hieronymus card.

Bertrando Joanni card. 228.
Cerviniis Ricciardo & Herennio. 135.
Dendinio Anſelmo a pag. 230. ad pag. 309.
Gueſtavilanio Philippo. 180.
N. N. 138.

JITANES

Hippocrati. 216.

GREGORIUS

Procopio. 216.

HIPPOCRATES

Iſtani. 226.

NOBILIUS Robertus card.

Cervinio Ricciardo. 9.
Folietae Uberto. 11.
N. N. card. 2.
N. N. 8. 9. 10.
Polo Reginaldo card. 89. 101.

POGIANUS Julius.

Bellajo Joanni card. 40.
Bologneto Alberto. 188. 196. 197.
Bono Antonio. 176. 178.
Cervinio Marcello card. 82.
Contio Joanni Baptiſtae. 204.
Dendinio Hieronymo card. 140. 141. 143. 144.
Farneſio Renutio card. 132.
Fuſcherio Joanni Antonio. 146. 148. 149. 152. 162. 163. 164. 166.
Gratiano Antonio Mariae. 324. 325. 328.
Guaſtavilanio Philippo. 187.
N. N. 87. 97. 99. 100. 139. 145. 176. 205. 218. 220.
Nobilio Roberto card. a pag. 10. ad pag. 39. & a pag. 41. ad pag. 81. 85. 86. 87.
Pruſinoſchio Guilhelmo. 200.
Regulo Sebaſtiano. 168. 170. 172. 173. 174. 175.
Sirleto Guilhelmo. 74.

TRIDENTINI concilii interpretes cardinales

Abulenſis univerſitatis decano. 407.
Adrienſi epiſc. 402. 422.
Albenſi ep. 347. 437.
Alecienſi ep. 457.
Aigerenſi ep. 340. 348.
Anagnino ep. 476.
Ancoritano ep. 360. 484.
S. Angeli Lombardorum ep. 495.
Antibarenſi archiep. 351.
Aquenſi ep. 355.
Aquilano ep. 437. 442. 476.
Aquilejenſi vicario. 453. 474.
Arborenſi archiep. 367. 374. 375. 376.
Arretino ep. 356. 418.
Ariminenſi ep. 389. 472. 477.
Aſculeno ep. 458.
Auguſteno card. 418.
Auguſtano vicario. 460. 474.
Aurienſi ep. 342. 427. 472.
Auſtriae civitatis vicario. 486.
Auximenſi ep. 417.

Barienſi archiep. 422.
Beneventano vicario. 432.
Bergomati ep. 386.
Biſignanenſi ep. 491.
Biſuntini archiep. vicario. 395.
Boſniae provinciae miniſtro. 339.
Buſſanenſi ep. 336. 352. 374. 376. 429.
Borromeeo card. 409. 415. 432. 454. 490.
Bracarenſi archiep. 372. 439. 471.
Brixienſi ep. 411. 448. 462.
Brundeſino archiep. 338. 378.
Burgi S. Sepulcri ep. 412.
de Burgos card. 379.

Caeſaraugustano archiep. 344.
Caeſeneti ep. 473.
Cajetano ep. 369. Vicario. 482.
Calagurritano ep. 436. 437. 456. 478.
Caleritano archiep. 340. 350. 354. 358.
Callienſi ep. 363. 385.
Cameracenſi ep. 414.
Camerinenſi ep. 433.
Canaricenſi ep. 452.
Carthaginienſi ep. 374.
Carthuſianorum Ferrariae priori. 449.
Caſalenſi ep. 373. 381. 424.
Caſtellanae civitatis ep. 489.
Caſtalli civitatis ep. 424.
Catacienſi ep. 463. 465.
Cathanenſi ep. 356. 384.
Cavenſi ep. 346. 352. 370.
Caurienſi ep. 381.
Cluſino ep. 372.
Comenſi ep. 417. 428. 435. 440. 487.
Conchenſi ep. 353. 456.
Conimbricenſi ep. 364. 471.
Coſentino archiep. 413.
Cremonenſi ep. 455. 486.
Cretenſi archiep. 365.

Derthonenſi ep. 399. 416.
Dertuſenſi ep. 341.
S. Dominici Ferrariae priori. 438.
Ducalis civitatis ep. 385.
Eugubino ep. 431.
Farfenſi vicario. 358.
Feventino ep. 368.
Feretreno ep. 483.
Ferrarienſi S. Joannis Baptiſtae praepoſito. 474.
Florentino archiep. 459. 493.
Fulginati ep. 493.
Galliarum nuncio. 397.
Genevenſi ep. 446.
Genuenſi archiep. 362.
Giennenſi ep. 468.
Gravinenſi ep. 382.
Hieracenſi ep. 476.
S. Hieronymi generali. 400.
Hipporegienſi ep. 492.
Hiſpalenſi archiep. 372. 415.
Hiſpaniarum nuncio. 419. 448.
Jeſenſi ep. 387.
Ilerdenſi ep. 391. 398.
Imolenſi ep. 405. 407. 408. 445. 483.
Infanti cardinali. 365. 368. 385. 401. 439. 458. 467. 468. 470. 488. 489. 491. 492. 494.
Interemnenſi ep. 426. 445.
S. Joannis Baptiſtae Ferrariae praepoſito. 473.
Lam..cenſi ep. 413.
Legionenſi ep. 377. 420. 423. 428.
Lomellino card. 485. 490.
Lotharingo card. 319. 343. 393.
Lucenſi ep. 357. 361.
Majoricenſi ep. 372. 380. 399. 423. 431. 442. 450.
Marchiae gubernatori. 410.
Marſicano ep. 408. 414. 424.
Materenſi archiep. 402.
Meſſanenſi archiep. 364. 407. 427.
Mindonienſi ep. 427. 449.
Minorum fratrum miniſtro Neapoli. 485.
Narnienſi ep. 462. 467.
Neapolitano archiep. 400. 419. 433. 450. 451. 466. 480. 481. 488. Cardinali. 366. 389. Nuncio. 359.
Neocaſtrenſi ep. 441. 466.
N. N. ep. 360. 383.
Nolano ep. 366. 431. 441. 479.
Nucerino ep. 411. 441. 479. 494.
Nuſcano ep. 462. 487.
Oriolenſi ep. 388.
Oſcenſi ep. 420.
Oſtunenſi ep. 475.
Palaeotto card. 376. 404. 413. 440. 443. 454. 473.
Palentino ep. 451.
Panormitano archiep. 367. 398.
Paravino card. ep. 461.
Paulino magiſtro. 452.
Peruſiae gubernatori. 372. 433.
Peruſino card. 464.
S. Petri ad aram abbati. 483.
Pharenſi vicario. 345.
Pientino ep. 356.
Piſtorienſi ep. 354. 381.
Placentini ep. vicario. 447.
Politiano ep. 349.
Portugalenſi ep. 469.
Portugaliae card. 365. 368. 385. 401. 439. 458. 467. 468. 470. 488. 489. 491. 492. 494. Regi. 457.
Potentiano ep. 444.
Praeneſtino vicario. 461.
Ravennati archiep. 383. 387.
Rhegino archiep. 373. 394.
Sabaudiae nuncio. 446.
Sabello card. 412.
Salemantino ep. 335. 349.
Salernitano archiep. 337. 342. 343. 349. 357. 406. 475.
Saonenſi ep. 484.
Sarſinatenſi ep. 397.
Segurbienſi ep. 455. 477.
Senogallienſi ep. 409. 415.
Siviliae ep. 367.
Spoletano ep. 395. 429. 455.
Squillacenſis ep. vicario. 434.
Strangurienſi ep. 434.
Suellenſi ep. 367.
Surrentini archiep. vicario. 386.
Syracuſano ep. 405. 423. 463.
Taurinenſi archiep. 403.
Theanenſi ep. 416. 425.
Theatino archiep. 478.
Toletani archiepiſcopatus gubernatori. 379. 436.
Toloſano praepoſito & capitulo. 425.
Tranenſi archiep. 370. 387. 440. 443. 450. 481. 491.
Tudenſi ep. 446. 447.
Turritano archiep. 350.
Valentino archiep. 351. 444.
Valliſoletanae collegiatae abbati. 447.
Venetiarum nuncio. 341. 400. 408. 453. 460. 482.
Vercellenſi ep. 341.
Veronenſi ep. 328. 454.
Verulano ep. 494.
Vicenſi ep. 452.
Viennenſi vicario. 459.
Urbeveteno ep. 362.
Urbinati archiep. 398. Cardinali. 387. 410. 460. 495.
Uſellenſi ep. 336. 359. 377.
Wurtzburgenſi ep. 412.
Zamorenſi ep. 406. 426.

INDEX

INDEX II.

RERUM ET NOMINUM.

A

AB aliquo interire, percelli, occidere &c. 327.
Abbas regularis, vel qui abbatiam regularem commendatam habet, noterium in ſua viſitatione aſſumere ſine conſenſu epiſcopi num poſſit. 454.
Abbates litteras dimiſſoriales clericis concedere num poſſint. 420.
Abbatiſſae munus prorogatum. 369. Benedictio. 486.
Abbatum monſtra. 394.
Abulenſis epiſcopus. 448.
Academiae & Academici. 301. 302.
Acceſſere & Arceſſere. 51. 58.
Accius. 290.
Accurſius. 69.
Acheloi cum Hercule certamen. 321.
Achilles Calchantis patronus. 41.
Ad pro *a. d.* perperam adhiberi. 295.
Ad ſe venire. 244.
Adeptus in patiendi ſignificatione num latinum. 205.
Adjunctus alicui neceſſitudine. 252.
Adminiſtratio bonorum & fortunarum monaſteriorum num ad ordinarios pertineat. 318.
Adſpirationes antiqui Latini nuſquam, niſi in vocali uſi. 289. Graeci autem etiam in tribus conſonantibus. 198.
Aedilitas pro munere, quod aediles populo rom. praebebant. 155.
Aegidia Eleonora, Ricciardo Cervinio nupta, Alexandri Cervinii mater. 9.
S. Aegidii beneficium. 484.
Aegidius card. viterbienſis. 28. 110. 122. 132. 133.
Aegrotis prius adhibendus ſacerdos, quam medicus, ex decreto Innocentii III. Paulli III. & Pii V. 117. 118.
Aelius Antonius, poleoſium epiſcopus. 145.
Aeolicum digamma. 193.
Aequinoctium autumnale. 76.
Aeſchinis duae epiſtolae a Pogiano latine converſae. 209. & ſeqq.
Aeſtate e ſtudiorum contentione ceſſandum. 241.
Agareni, ſive Saraceni. 24.
S. Agathae oppidum. 196.
Agere id, aliud &c. 296.
Agnellus Paullus. 185. 198.
Albae dux Ferdinandus Toletus. 149.
Albarez de Belmonte Petrus. 346.
Alboddus mons. 409.
Alciatus Andreas. 252. Card. 397.
Alcuinus Albinus. 272.
Aldobrandinus Thomas. 301.
de Alamcaſtro Helena. 467.
de Albertis Albertus. 52.
Alexander VI. 104.
Algarenſis decanus. 340.
Alicornius Trajanus. 145.
Alienatio eccleſiaſticae ditionis bonorum interdicta. 116.
Alloſtenſe oppidum. 414.
Alphius foenerator. 22.
Altaurus mons. 389.
de Altedo S. Joannis Baptiſtae parochia. 454.
Alter in numerando idem ſemper ac *ſecundus*. 228. 229.
Alvarus Emmanuel aeque doctus ac modeſtus grammaticus. 242.
Amaſaeus Pompilius. 175. 273. Romulus 179. 273.
S. Ambroſii majoris monaſterium. 419.
Ambulatio. 302.
Ammiratus Scipio. 52.
Amoris ardor. 295.
Amplius pro *plusquam*. 284.
Amulius M. Antonius card. 121.
Amynomachus Epicuri heres. 281.
Anathema non frequentantibus parochias temere propoſitum. 358.
Anconitanae urbis moenia a Vincentio Nobilio refecta. 8.
S. Andreae carrarienſis parochia. 485. 490.
Angliae cum eccleſia romana reconciliatio. 89. & ſeqq.
Aniſius Silvius. 441.
Annia Fauſtina Auguſta, Antonini Pii uxor. 49.
de Anfalono Petrus. 405.
Antiochus rex. 155.
Antiſtius Vetus. 201.
Antoninus Pius imper. 49.
S. Antonii vienneníis ordo. 388.
Antonius M. 159.
Anxuri non etiam ablativus ſit caſus. 243. 244.
Aperire pro *deprehendere* ſeu *comperire*. 218.
Aperitio oris. 98.
S. Apollinaris aedes. 25. 28.
Apologeticus Gregorii Nazianzeni. 217.
Apoſiopeſis. 77.
Apoſtatae. 340.
Apoſtatarum ſub Paullo IV. tempeſtas. 26.
Apparitores. 72.

Appellationes in primis inſtaotiis . 432.
Appius Cleudius P. Clodii frater . 254.
Apud me , te , ſe &c. 253. 244.
Aquatilium enimelium hiſtoria . 118.
de Aquila Bernardinus . 425.
Aquila romanus . 171.
de Aquilis S. Petrus . 368.
de Aquino Caroli Lexicum militare . 52.
Aragonês caſtellum . 345.
Arceſſere & accerſere . 51. 58.
Aidor amorie . 195.
Ariazanom Gregorii Naaianzani heredium . 217.
Ariſtides . 185.
Ariſtotelia inambulatio . 150. Praedicamenta . e 91.
Armelius collis . 424.
Aroi flovii eluvio . e53.
Arrius Cetulliense . e65.
Artexerxis epiſtola ad Iſtanem . 216.
Aſconius Pedianus . 145.
A ſe venire . 444.
Aſſiſias epiſcopus Peruſiae gubernatori commendatus . 432.
Ateſtius Hippolytus card. 13.
Athanaſius Dionyſius . e. De eo memorabilia . 32. 33. Mooaldue . *ib.*
Atiſſe oppidum. 478
Arrométus Aeſchinis pater . 213. 216.
ad Atticam Ciceronis epiſtolarum lectio commeodeta . e94. Ees Matthaeus Sanárege italice vertit . *ib.*
de Aveiro dux . 491.
Auguſtenus cerdinelis . 18e. 418.
S. Auguſtini operum praeſtantie . 19 Rhetoricee principia . 171. Ordinis Marcellus Cervinius patronus . 116.
Auguſtinius Antonius . 268.
Aurelianus Hervens . 107.
Auria Jo. Andreas . 13.
Auſtria civites . 452.
Auſtrius Joannee . 12.

B

BAgius Hieronymus . 140. 141. 180.
Bajonenſium epiſcopus Jo. Bellajus . 19.
Balbus Q. Lucilius . 153.
Baldus dialacticae doctor Bononiae . 292.
Barbadicus Auguſtinus . 104.
Barbare pro *latine* graecas comoedias a ſe *verſat* Plautus dixit . 191.
Barbari caſus qui a Cicerone dicantur . 189. & ſeqq.
Barbianum ras . 181. 187.
Barienſium archiep. Hieronymus Saulius . 28.
Beroleti commune . 481.
Barptolemaeum pro *Bartholomaeum* ſcribi rectum num ſit . 262.
de Barriovero Ferdioandus . 478.
S. Bertholomaei prope Ferrariam abbatia . 261.
Bartolus Hieronymus . 18. Vincentius . 401.
Baſilicee ſeptem urbis . 53.
S. Baſilii operum praeſtantia . 17. Ordo . 171.
Beda de tropis ſacrae ſcripturae . 171.
Bellajus Joannes card. deque eo memorabilia . 19. 310.
Bellunenſis epiſcopus . 48e.
de Belmonte Petrus Albarea . 346.
Bembus Petrus card. 27. 70. 89. Ejus ad card. Polum litterae , & Poli ad eum . 96. Orationes . 161. A M. Antonio Mureto laudatus . 179.
Bencia Caſſendra Riccierdo Cervinio nupta , Marcelli II. mater . 9. 104.
Beoedictinorum patronus Reginaldus Polus . 90.
Benefacta a ſpectata virtute pro debitie exiguntur . 299.
Beoeficium eccleſiaſticum multiplex qua conditione retineri poſſit . 140. 353. 359. 364. 365. 371. 407. 435. 436. 456. 457. 478. Simplex a reſideotia immune . 380. In forma *dignum* conceſſum . 392. Dimiſſionee . 459
S. Benigol abbatia . 492.
Bergomum . 25.
S. Bernerdi vallis hoſpitale . 488.
Bernerdius Jo. Baptiſta . 309.
Bertrendus Joannes cerd. 228.
Bettus dialecticae doctor . 841. 280. 285. 286. e87. 290. 291. e91. 306.
Bibliothecarius S. R. E. cerd. Robertus Nobilius a Marcello II. deſigoatus , a Paullo IV. renunciatus . 76. 303. Marcellus Cervinius card. 116. Auguſtious Steuchius . *ib.*
Billius Jacobus . 216.
Bioius Jo. Fraociſcos . 78. 79.
Biretum cardioelicium . 6.
Biſerchienſis canonicus . 340.
Biſuntinorum canonicorum incommoda . 396.
Bladus Antonius . 18. e7.
Blanchinius Joſephus Julii Pogiani affinis . 50. 197. Joaooes Baptiſta . 195.
Blenchiorum familie . 306.
S. Blaſii fabrianenſe monaſterium 433 .
Bleſe oppidum . 478.
Boaſis ad Apeonini radices fluvioe . 32.
Bobba Margarita . 371.
Bolena Anne . 89.
Bolognetus Albertus . 165. 188. 307.
de Bonacordo S. Ceeni prioratus . 374.
Bona Dee . 258. Familie . 176.
Bonae Antonii nomioe a Dionyſio Lippio ſcripta ad Pogieaum epiſtola . e57.
Bonemicus Philippus . 79. Lazarus . 179. e73.
Bonclericus Camillus . 303.

Bon.

Boncompagnia Jacoba, Gregorii XIII. ſoror. 180.
Boncompagniorum cum Sfortianis affinitas. 5.
Bonelli Michaëlis & Caroli Borromaei cardd. nomine ſcriptas a Pogiano litterae. 336.
Bonfadius Jacobus. 25.
da Boniola oppidum. 372.
Bononia urbs. 196. 197.
Bonuccius Auguſtinus. 186.
Borgia Franciſcus. 254.
Borromaeus Carolus card. 336. 415. 455.
Bovonius Franciſcus. 367.
Buy Nicolaus. 352.
Bracarenſis archiepiſcopi liber. 328.
Brancaleo Conſtantinus. 32.
Branca Ludovicus. 6. 98.
Braſichella. 168.
Briatici comitiſſa Delia Sanſeverinia. 166.
Britanniae cum eccleſia romana reconciliatio. 89.
Bromatius Carolus. 25. 26. 249. 303. 308.
de Bruſca Guillermus Jo. 456.
Bruti ad Ciceronem epiſtola. 299.
Budaeus. 22.
Buſalinus epiſcopus. 424.
Burgos Andreas. 179.
Burgus, tranſtyberina urbis regio. 24.
de Buſaqui, villa dioeceſis arborenſis. 354.
Buſius Paullus. 59.
Buxetum Paullus III. colloquii cum Carolo V. cauſa ſe confert. 210. 127.

C

CAecilius malus latinitatis auctor. 234.
S. Caani prioratus. 174.
Caeſarauguſtana provincialis ſynhodus. 344.
Caeſarinius Julianus. 309.
Caeſanatis bibliothecas codices. 150.
Caeſenatium epiſcopus Jo. Baptiſta de Spiritibus. 309. Odoardus Gualandius. *ib.*
Caeſius Petrus Donatus narnienſium epiſcopus. 306.
SS. Caji & Marii abbatia. 463.
Calchas homaricus. 41.
Cale, ſive Callium, Umbriae urbs. 32.
Callienſis epiſcopus. 308.
Callimedun. 212.
Calvus Barnardinus. 403. 404.
Camajanus Petrus. 206.
Camaldulanſes. 411.
Camerinenſis epiſc. 441.
Camertium principatus a Balduino Montio concupitus. 116.
Camillus medicus. 241. 281.
Campegius Joannes card. 274.
Candelabrum Antiochi regis 155.
Candianus, ſive Cantianus, Umbriae fluvius. 32.
Candidatorum nomina tabellis inſcripta. 157.
Caulnius Angelus. 262.
Canius. 256. 295.
Canonicatus duplex qua ratione retineri poſſit. 340. 353. 359. Multiplex. 30
Canonici & dignitates. 413. 416. Beneficium curatum acquirere prohibentur. 421. Regulares. 25. In parochiis reſidentia. 339. 348. 350. 358. 354. 367. 368. 370. 371. 374. 375. 378. 386. 387. 388. 399. 410. 418. 414. 428. 424. 426. 427. 438. 447. 450. 453. 456. 457. 478.
Cantalicium. 185.
Capellanus Vincentius. 479.
Capiteferreus Hieronymus card. 222. Tiberius. *ib.* & ſeqq.
Capitulis parochiae unitae. 342. 344.
de Cappellis S. Mariae monaſterium. 451. 480. 481.
Cappellus. 34.
Caraffa Alphonſus card. 28. 66. 67. Jo. Petrus card. 56. 67. 89. Familiae inſignia tota urbe dejecta. 109.
de Carariis Hercules. 402.
Cardinalium duplex inſigne biretum & pileus. 6. Dignitas & munus. 55. 98. In conclave vaticanum, mortuo pontifice maximo, ingreſſio. 99. Reformationis acta. 187. Concilii tridentini interpretum congregatio. 335.
Carga Joannes. 32. 34. 202.
Cariateoſium epiſc. Fridericus Fantutius. 283.
Cariga Hieronymus. 348.
Carmelitae uliſbonenſes. 185.
Caroli V. imper. ortus. 89. Uxor Eliſabethe, ſive Iſabella, Toleti ex partu decedit. 106. Cum Paullo III. Buxeti colloquium. 127. Graviora in card Marcellum Cervinium acerba. 181. Adverſus Paullum IV. bellum. 298.
Carpanus Chriſtophorus. 447.
Carpenſis card. Rodulphus Pius. 126.
Carrarienſis S. Andreae paruchia. 485. 490.
Carrera Andreas. 179.
Carta Petrus. 140.
Carthuſianorum Luodini coenobium. 89. Neapoli. 413. Controverſia. 414. 450.
Carus Hannibal. 32. 201.
Caſa Joannes. 25.
Caſſianus mons. 417.
Caſſinenſis congregatio. 462. 475.
Caſſiodorus Aurelius. 178.
Caſtanea Maria. 169.
Caſtellanetae ep. 365.
Caſtallanus Julius. 275. 277. Rodulphus. 276.
Caſtôram, media ſyllaba producta, veteres latini pronunciarunt. 198.
Caſtoris templum. 153.
Caſus verbis, non modo nominibus, inſunt. 190.
Caths-

Digitized by Google

Cathaneus Rochus. 402. 411.
Catharina auſtriaca Henrici VIII. anglorum regis uxor. 89.
Caudetum orioleuſis dioeceſis oppidum. 388.
In Cauſa eſſe pro *cauſae eſſe* num latinum. 232.
Celanum oppidum. 409.
Celſi locus emendatior. 48. Alter emendatione non indigens. 246.
Centaurus Neſſus. 381.
Centurione Laurs. 422.
Cervinius Alexander, Ricciardi ex Eleonora Aegidia filius. 9. Ejus ad Guilhelmum Sirletum epiſtola. 136. Cum Contiis affinitate conjunctus. 204. Alexander junior, ſenenſium archiepiſcopus. 126. Marcellus, Ricciardi ex Caſſandra Bencia filius. 9. Ei neocaſtrenſis epiſcopatus, & mox cardinalatus a Paullo III. delatus. 10. 107. 108. Robertum Nobilium pontifex max. creatus S. R. E. bibliothecarium deſignat. 76. Doctorum hominum fautor. 82. Ad eum Paulli III. de cardinalatu delato litterae. 109. Legatione ad Carolum V. fungitur, *ib.* Concilii tridentini legatus. 111. Caroli V. minis non terretur. *ib.* 112. In ejus funere oratio a Pogiano habita. 310. Romulus. Marcelli frater. 204. Ricciardus, Marcelli & Alexandri ſenioris pater. 9. Piceni quaeſtor. 204. Clementi VII. aſtronomicas tabulas conficit. 205 Ricciardus & Herennius, Alexandri filii. 9. Guilhelmi Sirleti diſcipuli. 28. 86. Ad Herennium Seripandi card. epiſtola. 120. A Marcello II. patruo non diſtati. 124. 126. Poſt Marcelli obitum domi ſe cum Sirleto continent. 136.
Charetus Jo. Baptiſta. 178.
Chiricus. 209.
Chiſamanſium epiſcopus Bernardinus Steuchius. 116.
S. Chriſtinae abbatia. 415. 455.
S. Chriſtophori hoſpitale. 147.
Chryſoſtomi S. Joannis ſcriptorum praeſtantia. 17. In pſalmos commentarius a Gentiano Herveto in latinum converſus. 123. Liber de virginitate latinus a Pogiano factus. *ib.*
Cicconius Alphonſus notatus. 4. 5. 6.
Ciceronis locus *pro domo ſua* varie ab interpretibus explicatus. 155. & ſeqq. In C. Verrem, M. Antonium, L. Piſonem incredibiliter dicta. 159. Imitandi ratio. 164. Interpretes a Paullo Manutio reprehenſi. 168. Epicuri inquiſitor de die natali reprehenſor. 181. Epiſtolarum antiquiſſimus codex. 189. Locus in *oratore* ad M. Brutum explicatus. *ib.* & ſeqq. Alter locus epiſtolae ad Q. Fratrem expenſus. 201. Academicae quaeſtiones ab Julio Caſtellanio confutatae. 276. Ad Atticum epiſtolarum lectio commendata. 294. Locus in Catilinaria IV. controverſus. 333.
Cienfuegos Alvarus card. 154.
Cincius Jacobus. 32.
Ciſtercienſes. 419.
Claraevallis S. Mariae monaſterium. 439.
Claudius Appius, P. Clodii frater. 154.
Claudius, Betti filius, dialecticae doctor Bononiae. 280. 298.
Clemens VII. 133. Ad eum florentinorum legatio. 105.
Clementis Alexandrini opus a Petro Victorio editum. 117. 118. Latina translatio. 107.
Clementis V. de comitiis pontificiis praeſcriptum. 99.
Clugienſis cum patriarcha venetorum controverſia. 341.
Coeliorum ratio. 370.
Coldidarius de Damaſo Nicoleus. 148.
Colonniorum adverſus Paullum IV. contumacia. 198.
Color urbanitatis. 219. 225.
Colotius Angelus. 105.
Columella. 12.
Columna M. Antonius. 18.
Comes Natalis. 95.
Comitiorum pontificiorum ratio. 99.
Commendae. 425.
Commendatarii in canonicatu reſidentes. 368.
Commendonus Jo. Franciſcus. 201. Ejus ad Guilhelmum Pruſinoskium litterae. 222. A Pogiano laudatus. 324. S. Zeni abbas commendatarius. 454.
Commodum idem ac *tantum quod*. 152.
Commotiunculae. 74.
Compoſita graecorum vocabula in latinum tranſlata ſimplicium adſpirationes retinere debent. 266.
Compoſtellani cardinalis mora. 119.
Concedere pro *inferiorem eſſe*. 181.
de Conchilla Joannes & Paullus. 371.
Conciliorum provincialium offenſiones. 216. 217.
Concinius Jo. Baptiſta, Bartholomaei fil. 33.
Conclavis, quo Julius III. pont. max. creatus eſt, anonymi commentarius. 98. 122.
Conclaviſtae. 100.
Conca Joannes. 377.
Conſonantiam in latinis vocabulis mutatio. 193.
Conſtantinus Julius. 43. 62.
Conſtantius Alexander. 273.
Contarenus Gaſpar. 89.
Contia gens Cerviniae affinitate conjuncta. 204.
Corati marchioniſſa. 170.
della Cornia cardinalis peruſinus. 133.
Corpora de libris quae dicantur. 175.
Corradus Q. Marius. 273.

Carti-

Digitized by Google

Corrigia Petrus. 374. 375.
Corſettus Franciſcus. 126.
Curſia aſſignari eiritim agri in vaticano. 14.
Cortellinius Bartholomaeus. 483.
Coſtius. 306.
Cotta Cajus. 153.
Craſſorum familia. 172. 293.
Craſſus Hannibal juris civilis Bononiae doctor. 293.
Crede mihi pro *mihi crede* rectum. 189.
Criſpina Victoria. 283.
Cruciatae cauſa conceſſae facultates. 398.
S. Crucis beneficium. 418. Cardinalis. 112. Parochia. 473. Prioratus. 480. Canonici regulares cohimbricenſes ab obeundis publicis ſupplicationibus exempti. 364. 365. Seminariis contribuere quantum debeant. 471.
de Crypta S. Mariae monaſterium. 430.
Cujacius Jacobus. 68. 69.
de Culleri oppidum. 174.
Curatum beneficium acquirere tam dignitates quam canonici prohibentur. 421.
Curſorae. 79.
Cuſani de concordia evangelica liber. 122.
Cyrenſium epiſcopus Theodoretus. 28.

D

D Littera in compoſitis non minus in *c*, quam in *r* tranſit. 51. 58.
Damaſceni S. Joannis orationes a Petro Franciſco Zeno in latinum a graeco verſae. 123.
de Damaſo Coldidarius Raphaël. 348.
Dandinia Joanna. 230. 294. 295. 305.
Dandinius Anſelmus Bononiae a Sebaſtiano Regulo inſtitutus. 229. & ſeqq. Hieronymi frater. 247. 290. 298. Beneficio eccleſiaſtico auctus. 260. 268. 269. Sacerdotii ſui veſtem induit. 274. Ab Julio Caſtellanio laudatur. 276. Dialecticae dat operam. 280. & ſeqq. Ab Ughellio injuria reprehenſus. 287. Juri civili ſtudet. 290. Sororis nuptiae. 294. 295. Quod perſonatus inceſſerit, graviter a patruo objurgatus. 299. Apud Regulum inſtitutorem ſuum ruſticatur. 304.
Dandinius Hieronymus cardinalis, Anſelmi patruus, ordinis ſervorum B. Mariae patronus. 117. Pogiano auctor eſt, ut ad card. Alexandrum Farneſium orationem, in funere Marcelli II. habitam, mittat. 135. Imolenſium epiſcopus, patria caeſenas. 138. Ejus ſtudium latinae linguae, & quattuor latine ſcripti codicilli. 140. & ſeqq. Legationes. 298. 228. Pompeji equitis frater. 276. 290. Quo die natus. 278. In aedes ad S. Marcelli a ſe coëmtas commigrat. 295. Moritur. 308.
Deianira, Herculis uxor. 321.
Debere diutius. 134.
de Delaltis Iſabella. 402.
Demades. 212.
Demoſthenis in naturae ad eloquentiam impedimentis ſuperandis induſtria. 36. Pro Cteſiphonte oratio. 109.
Deſpauterius Joannes. 244.
Deſpuig Franciſcus. 388.
Dialecticae in principiis difficultas, in proceſſu jucunditas. 291.
Dibaphus. 272.
Diedus Hieronymus. 418.
Digamma aeolicum. 193.
Dignitates & canonicatus. 413. 416. Beneficium curatum acquirere num poſſint. 428. Fructuum diſtributio. 429.
Dimiſſiones beneficiorum. 459.
Dimiſſoriales litterae clericis ab abbatibus concedi num poſſint. 420.
Dinallius Vincentius Maria. 232. 237. 251. 265.
Diphilus. 389.
Diſpenſationum matrimonialium taxae. 401.
Diſtributiones in eccleſiis unde conficiendae. 336. 436. Quotidianae quibus horis aſſignandae. 421.
Dominicanorum romanum coenobium a ſeditioſis obſeſſum. 308.
Dominica palmarum. 101.
in Dominica, ſive Domnica, S. Mariae diaconia. 2. 98.
Donangeli Aſcanius & Hieronymus typographi. 203.
Donaromatae S. Mariae monaſterium. 366.
Dotis, monaſterio datae, reſtitutio. 386. Vocabulum non uſurpandum in poſterum. 442.
Ducaeus Fronto. 266.
Durantis caſtrum. 32.
Duſai Ferdinandus. 459.

E

E Pro *is* paſſivorum exitus, in ſecunda perſona praeſentis temporis indicativi modi, inuſitatus. 138. & ſeqq.
Ecadémus. 301.
Eduardus VI. anglorum rex. 89.
Educatio puellarum in ſacris gynaeceis. 337. 347. 361. 418. 438. 440. 445. 449. 474. 475. 479. 481. 483. 485. 492. 493. 494.
Egere litteratos homines turpe atque indignum eſt. 41.
Egitanenſis epiſcopus. 371.
Eleemoſynarum quaeſtores. 438. 443. 479.
de Eleemoſyna S. Franciſci monaſterium. 486.
Eliſabetha auſtriaca, Emmanuelis, Portugaliae regis, & Mariae caſtellanae filia, Carolo V. nupta, Toleti ex partu decedit. 106.
Eloquentium paucitas. 178. & ſeqq.

Emble-

Emblemata. 252.
Emmanuel, Portugaliae rex. 206.
Emporius rhetor. 278.
Empuſa, Aeſchinis mater. 283.
de Entrena oppidum. 478.
Ephecticorum opinio. 276.
Epicurus contra Ciceronem defenſus. 182.
Epidaurus urbs alia ab Raguſio. 177.
Epiſcopalis ſedis translatio. 345.
Epiſcoporum monſtra. 394.
Epiſtolarum genera. 37. 38. Eas neceſſitate, non ambitione ſcribendas. 326. Quam ſit difficile nulla temporis nota inſignitas in ordinem redigere. 328.
Equi ſpuma caſu efficta. 221.
Erythraeus Janus Nicius. 298.
Eſſe ad aliquem pro eſſe apud aliquem. 138.
Eſtius Hippolytus card. 13.
Euſtathii in Homerum commentarii, card. Marcelli Cervinii opera vulgati. 123.
Examen reſignatariorum. 346. Sacrandarum Deo virginum. 362. Parochorum. 389.
Exardeo pro exardeſco latinis non uſitatum. 58.
Excetra, ſive hydra, lernaea. 228.
Exercitationes corporis ſalubres. 47.
Exhodus & exhamologeſis rectius, quam exodus & exomologeſis, ſcribi. 265. & ſeqq.
Exſpectatio gravis adverſaria. 75.

F

F Littera alium ac littera P adſpirata ſonum apud latinos habuit. 193.
Faber Nicolaus. 78.
Fabius Antonius Franciſcus. 276.
Fabrianum peruſini ſeminarii translatio. 441.
Facciolatus Jacobus. 167. 270.
Facetiae. 159. 270.
Faernus Gabriel. 34. 60.
Fallacia & falſitas. 224.
Faloppius medicus. 206. 331.
Familiarum propria nomina quomodo latina efferenda. 248.
Fantutius Fridericus, geruotinenſium & cariatenſium apiſc. 283.
de Faria Gaſpar. 168.
Farneſia Conſtantia Paulli III. filia, Boſio Sfortiae, S. Florae comiti, nupta. 5.
Farneſianum palatium. 115. Templum. 25.
Farneſius Alexander ab avo Paullo III. cardinalis creatur. 106. Ad Carolum V. & Franciſcum I. legatus mittitur. 107. Aloyſius card. 112. Petrus Aloyſius validam arcem neceſſinae urbi imponit. 6. Paulli III. filius, Alexandri card. pater. 106.
Faſti dies. 75.
Faventinorum epiſcopus Jo. Baptiſta Sighicellus. 177.
Fauſtina auguſta Antonini Pii uxor. 49.
Fauſtinianae puellae. ib.
Feltrius Guidobaldus, urbinatium dux. 168.
Ferrarius Joannes. 491.
Ferrarienſis S. Bartholomaei abbatia. 261.
Ferratius M. Antonius. 156.
Ferrer Franciſcus juriſconſultus. 70.
Ferrerius Joannes. 150.
Feudalia bona. 420.
S. Fidentii archipresbyteratus. 410.
de Figo Franciſcus. 348. 352.
Fineſtreſius Joſephus. 68.
Firmanius Franciſcus. 102.
Fivizanus Auguſtinus. 121. 122. 138. 233.
Flaminius M. Antonius. 25.
Flavius Jo. Paullus, Paulli IV. in funere laudator. 310.
Fliſci Jo. Ludovici conjuratio. 83.
S. Florae cardinalis Guido Aſcanius. 9. 133. Comes Boſius Sfortia, & Sfortia Sfortia, Boſii filius, Guidonis Aſcanii card. frater, Franciſci card. pater. 5.
SS. Florae & Lucillae parochialis eccleſia. 411.
Florentini in pronunciando ſuaves. 219.
Folietae Uberti memorabilia. 81. & ſeqq. Ad eum Paulli Manutii epiſtola. 84. Ejus ad card. Robertum Nobilium de vitae & ſtudiorum ratione hominis ſacris initiati commentarius. ib. & ſeqq. De eligendo ſummo pontifice orationes duae. 103.
Follis luſorius. 231.
Fortaſſe aliud ac forte. 75. 122.
Forteſa Hieronymus. 380. Gregorius. 431.
Fortunatianus Curius. 171.
Foſius. 283.
de Fragiano S. Nicolai abbatia. 448.
Franciſcanorum ad Xabrégas coenobium. 254.
Frangipanius Philippus. 116.
Freygius Thomas. 156.
S. Fridiani monaſterium. 485.
Fructuum beneficiorum pars tertia. 429.
Fulmen pro rei acerbae atque inexſpectatae nuncio. 128.
Fulvius. 230. 252. 258. 259. 272. 273. 283. 289. 291. 292. 295. 302.
Fundanius. 293.
Fundi inſtrumenta. 285.
Funeralium quarta. 417. 489.
Furiettius Joſephus Alexander card. 335.
Furti agere quando heres poſſit. 67. & ſeqq.
Fuſcherius Jo. Antonius. 146. 171. 173. Vincentius. 158. 163. 166. Patria obitus. ib.

G

G Aleſinii Marii dictionarium. 25. Petri epiſtola de Gregorii Nazianzeni apologetico. 117.
S. Galgani parochialis eccleſia

Gallettus Bindus. 381.
Gallius Antonius. 33.
Gallutius Proſper. 416. 485.
Geltellinenſis canonicus. 348.
Gambacurta Jacobus. 388.
Gambara Laurentius. 87.
Gemalion menſis. 282.
Ganci veteris abbatia. 87.
Gandávum Caroli V. natale ſolum. 107.
Gatula Victoria. 416. 485.
S. Georgii congregatio. 477.
de Georgiis Polydorus. 412.
Georgius M. Antonius. 381.
Garuntinenſium epiſcopus Fridericus Fantuzius. 283.
Ghilinius Hieronymus. 25. notatus. 86.
S. Gildae abbas Joannes Bellajus. 39.
Glaucothea, Aeſchinis mater. 213.
Gonzaga Hercules card. 79. Luiſina. 449.
Gonzalae Bartholomaeus. 346.
Gordianus imper. 69.
Gotius Nicolaus. 177.
Graeca vocabula compoſita ſimplicium adſpirationes retinent. 266.
Graecorum nominum in latinum converſorum caſus. 190. & ſeq.
Graevius Georgius. 156.
Granius Q. 219.
de Gratia S. Mariae monaſterium. 474.
Gratiae & pecuniae debitio. 196.
in Gratiam cum Deo redire. 43. 64. 71.
Gratianus Antonius Maria notatus. 134. Pogiani amiciſſimus. 324. Ejus epiſtolas colligit. 327. Joannis Franciſci Commendoni itinerum comes. 330.
Gratulor cum ſexto caſu conjunctum 8. 81.
Gravedo quid ſit ex Celſo. 102.
Gregorii X. de comitiis pontificiis praeſcriptum. 99. Nazianzeni ad Procopium epiſtola 216. Apologeticus. 217.
Gregorius XV. 272.
Grimaldus Paullus. 362.
Grimanius Marinus card. 110.
Gruchii Nicolai de comitiis romanorum liber. 162.
Gualandius Odoardus caeſenatium epiſcopus. 309.
de Gualdo S. Donati prioratus. 480.
Gualterius Petrus Paulus. 123.
Gueſtavilanius Philippus. 180. 263.
Guidalotius. 33.
Guidarellius Guido. 34.
Guidiccionius Joannes foroſempronienſium epiſcopus. 34.
Guidius Antonius actorum interregni Paulli IV. auctor. 308. 310.
Guidottus. 295.
Gulſus M. 363.
Guttierez Joannes. 380.

H

HAdriani card. carmen. 6.
Heckenſtaler Sebaſtianus. 474.
Hegemon. 212.
Henricus VIII. anglorum rex. 89. 90.
de Herae Luiſius. 349.
Heraclides ponticus. 177.
Herculis certamina. 321.
Heres quando agere furti poſſit. 67. & ſeqq.
Hermachus. 180.
Hermogeniani Epitomae juris. 67.
Hervetus Gentianus S. Jo. Chryſoſtomi in pſalmos commentarium a graeco in latinum convertit. 323.
Hervaus Aurelianus. 207.
Hieracenſium epiſcopus Octavianus Paſqua. 12.
S. Hieronymi operum praeſtantia. 17. Ad Heliodorum epiſtola. 256.
Hieroſolymitani equites num ab Ordinariis viſitari debeant. 335.
Hippocratis ad Iſtanem epiſtola. 216.
Homerus de Achille & Calchante. 41. De Sirenum inſula. 280.
Hoſii Stanislai card. interpretatio loci ex epiſtola S. Gregorii nazianzeni. 217.
Hoſpitale reſurrectionis Chriſti oppidi Uterae. 415.
Hoſpitalium viſitatio. 372. 426. Num ea ſeminariis contribuere debeant. 382. 484. 488.

I

SS. JAcobi & Philippi Genuae monaſterium. 362.
de Jeva forrenſis dioeceſis villa. 351.
Janenſis latinae ſocietatis acta notata. 180.
Jauratio ſequioris latinitatis vocabulum. 147.
Jaracenſis epiſcopus. 395.
Jeſuitarum amicitiam card. Jo. Franc. Commendonus colit. 202. Eos in monaſterium Guilhelmus Pruſinoſchius, olomucenſium epiſcopus, inducit, & contra haereticos defendit. 206. Paulli III. Julii III. ac Pii IV. de iis judicia. 315. & ſeqq.
Jeſu Mariae monaſterium. 479.
S. Ignatii Loyolae cum Marcello II. de rep. chriſtiana recte adminiſtranda colloquium. 327. Ejus ad eumdem, nondum pontificem maximum, epiſtola. ib. Innocentii III. de arceſſendo ab aegrotantibus ſacerdote decretum, a Paullo III. inſtaurandum curat. ib. Divinum cultum ac pietatem quantum promoverit. 315.
Ignava ratio. 278.

Ignoſcere cum accuſativo. 47.
Ignavium Marcellus Cervinius card. dioeceſanam ſynodum acturus ſe confert. 86. 108.
Illegitimi quando a beneficiis arceantur. 345. 398. 426.
Imolenſium epiſcopus Anaſtaſius Ubertus poſt & ante Hieronymum Dandinium card. 249. Moritur. 278.
Impertiri verbum accepa. 131.
Incoronatae fratres Anconae. 484.
Incumbere pro *operam dare* alicui rei non admodum latine dici. 59. Dativo jungi quando coeptum. 190.
Inficiator. 22.
Inhibitiones in primis inſtantiis. 432.
S. Innocentiae parochialis eccleſia. 189.
Innocentii III. de arceſſendo ab aegrotantibus ſacerdote decretum. 187.
S. Inquiſitionis cardinalium collegio Marcellus Cervinius card. adſcribitur. 127.
Inſtantiae primae. 413. 432.
Inſtrumenta fundi. 185.
de Inſula S. Mariae parochia. 492.
Interdictu praetorum. 16.
Interdicti eccleſiaſtici ſuſpenſio. 479.
Intervertere. 155.
Invidere accuſativo junctum poëticum eſt atque audax. 190.
S. Joannis evangeliſtae fratrum congregatio. 419. 488.
Joci. 170.
Jonathae, Uziëlis filii, targum, ſive interpretatio. 28.
Jovii Paulli ad Simonem Portium epiſtola. 106.
Iſabella, Emmanuelis, Portugaliae regis, & Mariae caſtellanae filia, Carolo V. nupta, Toleti ex partu decedit. 106.
Iſidorus de arte rhetorica. 191.
Iſocrates eloquentiae pater. 168.
Iſtanes Helleſponti praetor. 216.
Judae proditoris flagitia atque ſupplicium. 322.
S. Juliani monaſterium. 472.
Julii II. iter bononienſe. 6. Contra ſimoniaca eligentes bulla. 123.
Julius Firmicus. 147.
Julius Romanus grammaticus. 51.
Julius III. Robertum Nobilium cardinalem creat. 2. Ejus ad eumdem litterae. *ib.* Soror Ludovica Montia, Vincentii Nobilii mater, Roberti card. avia. 8. Poſt ejus obitum orationem ad cardinales de ſucceſſore creando Ubertus Folieta habet. 11. Mors. 99. 101. Conclavis, quo pontifex max. creatus eſt, anonymi commentarius. 92. 112. & ſeqq.
Jamariorum D. Mariae abbatia. 87.
Juris civilis ſcientia cum latinis litteris conjungenda. 204. 208.
S. Juſtae epiſcopatus. 375. 376.
Juſtiniani inſtitutiones. 190. 193.

L

LAërtius Diogenes. 301.
Lagomarſinius Hieronymus notatus. 238. 249. 256. 262.
Lambinus Dionyſius. 156.
Lamius Joannes. 166.
Lampridius Benedictus. 179.
Laſcaris Conſtantini Marcellus Cervinius familiaris. 105.
Latina eloquentia praeſtantior, certe rarior, quam juris civilis ſcientia. 164.
Latine ſcribendi praecluſa ratio. 65. 325. Aſſiduitas. 57. 62. 65. 73. 74. Praeſtantia ac raritas. 178. & ſeqq. Cultores ſui cujuſque aetas ferme faſtidit. 180.
Latini duabus graecorum litteris caruerunt. 392. Non latine aliquando loquuti ſunt. 234. & ſeqq.
Latinius Latinus. 12. 16. 27. 28. 44. 82. 123. 178. 228. Senarum domicilio undecim annos uſus. 45. Pogiani orationis in funere Marcelli II. laudator. 103.
Laureae Tullii, Ciceronis liberti, epigramma. 301.
S. Laurentii baſilica. 6.
Laurum oppidum. 479.
Laynius Jacobus utilem Regii Lepidi operam navat. 108. Marcello II. a S. Ignatio Loyola theologus datus. 126.
Lazarus Petrus. 329. 332.
Leonelli S. Joannis eccleſia. 387.
Lentus petitor. 22.
Leo IV. vaticanam moenibus cingit. 24. Ab eo Leonina urbs appellata. 6.
Leo X. 113. Philoſophus. 69.
Lernaea hydra. 321.
Leucorea, ſive Vittemberga. 412.
Libertatis ſimulacrum. 153.
Ligorius Pyrrhus antiquitatis ſtudioſus. 49.
Ligurum clarorum elogia, ab Uberto Folieta ſcripta, deque iis Paulli Manutii praeclarum judicium. 13. 14.
Lippius Athanaſius. 256. Binae ejus litterae. 257.
Lippomanus Aloyſius acta Sanctorum hominum colligit. 123.
de Liſontio S. Petri parochia. 474.
Litteratos agere turpe atque indignum eſt. 42.
Litteris graecorum duabus latini caruerunt. 392.
Lodronius Albericus. 155.
Longolius Chriſtophorus. 179.
Longus Velius grammaticus. 51.
Lotharingiae epiſcoporum catholicae religionis ſtudium. 393.

Luc-

Digitized by Google

Lucceius hiſtoricus inuſitate loquutus 140.
S. Luciae Syracuſis monaſterium. 463.
Luculli partes contra academicos defenſae. 276.
Ludendi intemperantia reprehenſa. 38.
Ludorum commiſſio. 273.
Ludoviſia familia. 278.
Lupus Rutilius. 171.
Luſtrum anniverſarium. 273. 299.
Lycurgi filii. 214.

M

MAcerata. 34.
Madius Vincentius. 276.
Madruccius Chriſtophorus card. 217.
Maffejus Bernardinus card. 82. 84. 145. Petrus. 287.
Magiſtris maximam gratiam habendam eſſe. 81.
Magliabechiana bibliotheca. 256.
Maguzanum monaſterium. 90.
Majoranus Nicolaus. 183. Pogiani ad eum epiſtola. 147.
Mala nomina quae dicantur. 81.
Malaeoltius Hieronymus juris conſultus. 53.
Male audire. 315.
Melferit Matthaeus. 399.
Manſius Jo. Dominicus. 851.
Mantuanorum principes Bononiam veniunt. 262.
Manu conſertum ex jure vocare. 70.
Manutii Aldi junioris Ciceronis operum editio ſplendida, ſed mendoſa. 176. Orthographia. 866.
Manutii Paulli ad Ubertum Folietam epiſtola. 24. Ad Laurentium Gambaram. 87. Ad Claudium Strembonium. 51. Ad Marcellum Cervinium. 82. Ad Antonium Aelium. 84. Orationis Ciceronis pro Sextio commentarius. 145. Pro domo ſua. 156. De Ciceronis interpretibus judicium. 168. Notatus. 177. A M. Antonio Mureto laudatus. 179. Ciceronis epiſtolae ad P. Lentulum locum recte interpretatur. 831. Hieronymi Seripandi binae ad eum litterae 218. 219. Ejus Romam ad edendos ſacros libros adventus ib. 222. Incommoda valetudo. 329. 338.
Menzolius Benedictus. 261.
S. Marcelli aedes ſacra. 295. 296.
Marcelli II. creatio. 100. 115. Obitus. 11. 108. 189. Pogiani in ejus funere oratio. 103. & ſeqq. Quae, inito pontificatu, eccleſiae ſalutaria meditaretur. 186.
Maremontius M. Antonius. 457.
Maria, anglorum regina, Philippo II. nupta. 90.
S. Mariae *in Dominica*, ſive *Domnica*, diaconiae card. Robertus Nobilius praepoſitus. 2. *in Via* aedes atque coenobium. 87. *Majoris* baſilica. 60. *Novae* aedes. 255.
Mariae mons. 198.
Marmita Jacobus. 201.
Martialis. 231. 841.
Martinez Andreas. 456.
S. Martini collegiata. 414.
Martini V. bulla. 183.
Martiranus epiſcopus. 413.
Maſius Andreas. 26. 27. 28. 44. 81. 103.
Maſſa nlubrenſis. 364. 407.
Matharanenſis archiepiſcopus. 480. 481.
Matrimoniorum publicas denunciationes. 357. 361. Diſpenſationum taxae. 4 1. Conditiones. 416. Diſpenſatio in dubiis petenda. 451.
Matthaejus Aloyſius card. 23. Franciſcus. 171.
Mayell Sebaſtianus. 176.
Mayer Jo. Fridericus. 125.
de Mecolis Felix. 417. 479.
Medicea familia litterarum in Italia reſtitutrix. 179.
Mediceo-laurentiana bibliotheca. 189. 201.
Mediceus card. nalis Joannes Angelus pontifex maximus creatur, Pii IV. nomine. 34.
de Medina abbatis cum epiſcopo ſalamantino controverſia. 349.
Mahus Laurentius. 857.
de Mella Vasquez Bernardinus. 416.
Memoriter recitare num recte dicatur. 845.
Menalópus. 214.
Mendicantes fratres ad contribuendum ſeminariis num teneantur. 458.
Meniconiorum Peruſiae gens. 88.
Metaphraſtae hiſtoriae latine e graeco verſae. 121.
Metellus Joannes. 17.
Metenſe capitulum. 142.
Metonis athenienſis annus. 98.
Metropolitanae eccleſiae ab epiſcopis quotannis adeundae conſuetudo ſublata. 378.
Metropolitanorum contra provinciales epiſcopos non reſidentes agendi jus. 357. 359. 360.
S. Michaëlis collegiata. 383. Hoſpitale. 480.
Mieres Thomas. 70.
Miltiadis calamitas. 215.
Mirandula Dominicus. 453.
de Miſericordia S. Mariae ſocietas. 476.
Miſſae celebratio extra parochias. 355. In privatis oratoriis. 370. 412.
Mola triticea. 18.
de Molina caſale. 346. 350. Joannes Ferdinandus. 456.
de Monacor parochialis eccleſia. 399.
in Monaſteria monialium ingreſſus. 362. 367. In ea per vim incluſae puellae. 389. Infervientes, addiſcendi alicujus artificii gratia admiſſae. 390. Viduae, orphanae, matronae. 391. Examina. 459. Puellarum ſaecularium educatio. 337. 347. 361. 418. 438. 441. 445. 449.

449. 474. 475. 479. 481. 483. 485. 491. 493. 494.
Monaſterium, ordinis caput, & proxima membra ab ordinariis non viſitanda. 335.
Monetius Philibertus. 245.
Monfortis. 437.
Monialibus artificia quaedam non interdicta. 456. Earum clauſura. ib. Ex uno in aliud monaſterium tranſlatio. 366. Vita communis. 390. Juriſdictio ad quem pertineat. 395. Viſitatio. 429. Numerus, & pecuniae, alimentorum, non dotis, nomine contributio. 441. Profeſſionis faciendae recuſatio. 495.
Monitaria. 486.
Monſacutia Magdalena, Vincentii Nobilii uxor, Roberti cardinalis mater. 1.
de Monſalvo Joſephus. 68.
Montellius Bartholomaeus. 354. 359.
Montenigrius Hieronymus. 13.
de Montemajore Alphonſus. 353.
Montia Ludovica, Julii III. ſoror, Vincentii Nobilii mater, Roberti avia. 8.
Montis Fani oppidum. 86. 104.
Montius Balduinus, Julii III. frater. 116. Innocentius card. 31. Joannes Maria card. praeneſtinorum epiſcopus, concilii tridentini legatus, poſtea pontifex max. 111. 115.
de Montoya Didacus. 452.
Moretius notatus. 26. 106.
Moronus Joannes card. 56. 336.
Mortis ſodalitas. 443. 477.
Moſſa Nicolaus. 429.
Moyſis caritas. 311.
Multas pecuniariae piis locis attribuere. 483.
Muraſcum oppidum. 355.
Mureti M. Antonii de latine eleganterque ſcribentium paucitate querelae. 179. Reditus ex Gallia. 223.
Murgia Michaël. 367. 375.
Muſantius Dominicus. 51.

N

NArius Barnardinus notatus. 5. 6. 30. 85. 98.
Narnienſium epiſcopus Petrus Donatus Caeſius. 306.
Natalis dies. 181. & ſeqq.
Nazianzeni operum praeſtantia. 17.
Nefaſti dies. 75.
Neocaſtrenſis epiſcopatus Marcello Cervinio delatus. 20. 107. 108.
de Neoneli villa dioeceſis S. Juſtae. 375.
Népete Etruriae urbs. 5. 6.
Neſſus centaurus. 321.
de Neunanti parochialis eccleſia. 367.
Niceronus notatus. 11. 19.
Nobilia Julia, Roberti card. ſoror, Joanni Riccio, S. Poli comiti, nupta. 4. Catharina, Juliae ſoror, Sfortiae Sfortiae, S. Florae comiti, nupta. 5.
Nobilii Roberti card. memorabilia ex Ciacconio. 1. De eo monumenta mſſ. occultata. 7. Ad eum Uberti Folietae de hominis, ſacris initiati, vitae & ſtudiorum ratione commentarius. 14. & ſeqq. Ad Pogianum codicilli. 46. 71. 80. Incommoda valetudo. 48. Ad Petrum Jo. de Didaco Pyrrho epiſtola. ib. Ad Vincentium patrem latinae atque elegantes litterae. 72. Adverſaria. 96. 103. 125. Marcello Cervinio card. carus, & ab eodem, jam pontifice maximo, S. R. E. bibliothecarius deſignatus, a Paullo autem IV. renunciatus. ib. 103. Dicendae in ſenatu ſententiae facultatem quando adeptus, & annulo ac titulo S. Mariae in Dominica, ſive Domnica, inſignitus. 97. 98. Sententiae ab eo in ſenatu dictae exemplum. ib. Magiſtro uſus Dionyſio Lippio. 256.
Nobilius Vincentius Roberti pater. 1. Julii III. in anconitana civitate locum tenens generalis. 1. In Etruria aliquot menſes commoratur. 63. 72. Romam propediem venturus. 75. Romam venit. 76.
Noctes hibernae adjuvant ſtudia. 76.
Noctua. 54. 86.
Noguerol Petrus. 449.
Nomen in baptiſmate inditum Adrianus VI. & Marcellus II. in pontificatu maximo retinent. 125.
Nomina bona ac mala. 22. 23. Familiarum propria latine quomodo efferanda. 248.
Notarius in viſitatione aſſumendus. 454.
Nocellus. 437.
de Novoie S. Mariae parochia. 437.
Novus mons. 409.
Numerum verborum ſententiarum numero conſequi. 105.
Numiſmatum liber. 48. 59.

O

OBliqui verborum caſus. 190.
Obſignatis tabellis agere. 57.
Obſtupeſcere verbum non activum. 106. 311.
Oceani ingens tempeſtas. 254.
Ocelli Italiae. 187.
Odaſius David. 460.
Olavius Martinus Marcello II. theologus a S. Ignatio Loyola datus. 126.
Oldoinius notatus. 228.
Olivetani ſodales. 265. Monaſterium, caput ordinis, & proxima membra ab ordinario non viſitanda. 356. Monaſterium aedificandum in oppido S. Agathae. 376. In ſeminarium

naſium neapolitanum contributio. 419. Eorum monaſteriis unitae parochiae. 433. S. Mariae de Scholea monaſterium. 478.
Olomucenſium epiſcopus. 202.
Olomucum. 200.
Olyſippo. 254.
S. Omiboni moniales. 440. 443.
Ordinibus ſacris non initiatus num canonicatu privandus. 450.
Ordo, qui in veterum theologorum libris ferme deſideratur, a recentioribus theologis adhibitus. 18.
de Organis beneficium ſimplex dioeceſis arborenſis. 376.
Oris aperitio. 98.
Orlandinius Nicolaus. 129.
Ormanettus Nicolaus. 78.
Oſorius Franciſcus. 177.
Os pro *impudentia*. 209.
Oſtunenſis epiſcopus ad brunduſinam eccleſiam quotannis adeundam non tenetur. 378.
Otriculum. 85.
Ovidius. 75.
Oxonienſe Corporis Chriſti collegium. 89.

P

de PAna Paullus. 345.
Pacis templum. 255.
Pacius Pompejus. 34.
Pacuvius male latine loquutus. 136.
de Padula S. Laurentius. 414.
Palaemon. 86.
Palaeottus Camillus & Gabriel. 307.
Palamedes Franciſcus. 401.
Palladii hiſtoriae latine e graeco verſae. 121.
Pallavicinae familiae oppidum Buxatum. 110.
Pallavicinius Sfortia notatus. 207.
Palmarum dominica. 101.
Pancirolus Guidus juriſconſultus. 53.
Panhormum. 266.
Pentagathus Octavius Roberti card. Nobilii magiſter. 2. 23. 82. Paulli IV. conſtitutioni contra apoſtatas paret. 26. 27. Jo. Franciſco Commendono carus. 201.
Panvinius Onuphrius de Marcelli II. obitu. 202.
Paphius Camillus. 368.
Papirianus grammaticus. 58.
Pariſius card. 110.
Parochiae capitulis unitae. 342. 344. Singulae ſingulorum. 340. Unitae. 403. Plures una non retinendae. 404. 406. Canonicatibus perpetuo unitae, praebendae loco. 363. Disjectarum parochiani. 424. Frequentia non exigenda ſub anathemate. 358. In iis canonicorum reſidentia. 339. 348. 350. 352. 354. 367. 368. 370. 372. 374. 375. 378. 386. 387. 388. 399. 410. 412. 414. 421. 424. 426. 427. 431. 447. 450. 453. 456. 457. 478. Ab iis in vitae periculo receſſus. 409.
Par ſento caſui junctum. 203.
Paſqua Octavianus jeracenſium epiſcopus. 22. Simon, Octaviani patruus, cardinalis. 16.
Paſſiva verba in ſecunda perſona praeſentis, ſingularis numeri, indicativi modi, exitum in *re* uſitata non habent. 237. & ſeqq.
Pater & filius beneficium in una eademque eccleſia obtinentes. 340. 427.
Patriarchae veneti cum clugienſium epiſcopo controverſia. 341.
Patronus eccleſiaſticus. 421.
Paulli apoſtoli caritas. 322. Baſilica in via oſtienſi, ejuſque ſeptem arae. 60.
Paullus diaconus. 292.
Paulli III. ad Marcellum Cervinium in cardinalium collegium cooptatum litterae. 309. Buxetum, colloquii cum Carolo V. cauſa, ſe confert. 110. 127.
Paulli IV. contra apoſtatas conſtitutio. 26. Cum Pyrrho Ligorio colloquium. 49. Creationis celeritas. 331. Bellum hiſpanienſe. 298. Mors. 307. Urbis turbae eam conſequutae. 308. Laudatus in funere ab Jo. Paullo Flavio. 310.
Paulluccius Marinus. 33.
Pax inter chriſtianos principes ſub Paullo IV. conciliata. 303. 309.
Pedianus Aſconius. 145.
Pentecoſte. 71.
Pepigi a *pago*, non a *paciſcor* ductum. 190.
Pergere num conjungi cum accuſativo poſſit. 148. 159.
Peretius Alvarus. 446.
Peras Joannes. 436.
Peripatetici unde dicti. 252.
Permutationis nomine eccleſiae parochialis tranſlatio. 382.
Perſonatum incedere ſacris initiatum, turpiſſimum. 299.
Peroſchius Pompilius. 32.
Peruſini ſeminarii Fabrianum tranſlatio. 441.
Peruſinum gymnaſium *Sapientia* nova. 32.
Peruſinus cardinalis *della Cornia*. 133.
Petitus Samuel. 156.
Petraſani S. Mariae beneficium. 342.
Petrarcae Franciſci manu deſcripti Ciceronis ad Atticum & ad Q. fratrem epiſtolarum libri. 201.
S. Petri baſilica, ejuſque ſeptem arae. 60. de Roda oppidum. 483. Canonicorum codex ms. antiquiſſimus ac laudatiſſimus. 203.
Petruccius Hieronymus. 52.
Ph alium atque *F* ſonum olim habuit. 193.
Phaërnus Gabriel. 14. 60.
Philippus II. Mariae, anglorum reginae, maritus. 90.

Philiſtus. 175.
Piamentina Eliſabetha. 418.
Piſtoria felix temeritas. 221.
Pietatis hoſpitale. 484.
Pighii Alberti ad card. Marcellum Cervinium epiſtola. 118. De hierarchiae eccleſiaſticae principatu libri. 119.
Pii V. de ſacerdotibus adhibendis ab aegrotantibus conſtitutio. 128.
Pileus cardinalicius. 6.
de Pincerno Aloyſius. 444.
Pinellus Peria. 368.
Pinius Bernardinus. 33.
Piraeae. 834.
Piſanus cardinalis, diaconorum primus. 185. Laurentius. 358.
Piſcium imagines atque hiſtoria. 118.
Piſis philoſophiam Simon Portius docet. 206.
Piſo Lucius. 159.
Piſtachius Vincentius. 462.
Pithoeus Franciſcus. 171.
Pituita. 274.
Pius IV. leonianam urbem laxat. 84. Ejus comitiorum acta. 308. Rodulphus card. carpenſis. 187.
Plateae confraternitas. 486.
Plato Thraſymachi reprehenſor. 169.
Platina Bartholomaeus. 84.
Plautus graecae comoedias *barbare* pro *latine* verſas a ſe dixit. 191.
Plinius C. Caecilius Secundus. 834.
Poenitentiarii ſtipendium. 354.
Pogianus Julius Roberti card. Nobilii praeceptor. 2. Severior atque acrior, quam par eſſet, diſcipuli aliquando objurgator. 29.30. Eget. 41. Dulcia acribus in diſcipulo inſtituendo miſcet. 43. Ejus diſcipuli. 53. A Paullo Manutio laudatus. 56. Contumeliis ſe affectum queritur. 63. Io card. Nobilii inſtitutione adverſarios multos habet. 83. De ea inſtitutione abjicienda cogitat. 84. Notatus. 83. 106. 154. 155. 163. 178. 209. & ſeqq. Ejus in aſſervandis a ſe ſcriptis epiſtolis negligentia. 87. In Marcelli II. funere orationem habet. 103. S. Joannis Chryſoſtomi de virginitate librum e graeco in latinum convertit. 112. 148. Ad Nicolaum Majoranum familiaris epiſtola. 147. A card. Dandinii contubernio recedere cogitat. ib. Vigiliis laborat. 149. 174. 176. Antonii Bonae ad eum epiſtola. 257. Ab Jul. Caſtellanio laudatus. 276. In Paulli IV. interregno orationem de proximo pontifice deligendo habet. 310. Ab eo cardinalium concilii tridentini interpretum nomine ſcriptae epiſtolae. 335. & ſeqq. Mediolanum cum card. Borromaeo proficiſcitur, & inde revertitur. 372. Ejus fratres Jo. Antonius & Bartholomaeus. 50.
Polenſium epiſcopus Antonius Aelius. 145.
Politianum oppidum. 104.
Pollidorius Petrus notatus. 10. 106. 116. 117. 183.
Polus Reginaldus card. 56. Ejus memorabilia. 89. & ſeqq. Cardinalium de eo ad ſummum pontificatum evehendo mira conſpiratio. 92. & ſeqq. Ejuſdem ad Julium III. de regni anglici cum eccleſia rom. reconciliatione epiſtolae. 94. Ad card. Bembum litterae. 96. Obitus. 200. Pater Riccardus. 89.
Pontanus Hieronymus. 83.
Pontedera Julius. 38.
de Ponte S. Maria. 346. 358.
Pontius Hieronymus, Roberti card. Nobilii praeceptor. 2. Jacobus Ant. 458.
de Popſia S. Mariae abbatia. 476.
Porphyrii Iſagoge. 280. 293.
Portiones dimidiae beneficiorum. 333.
Portius Simon philoſophiam Piſis docet. 106.
Potentialis modus. 170.
Praebenda canonicatus parochialis perpetuo unita. 363.
Praebendarum & dignitatum fructuum pars tertia quomodo diſtributionibus attribuenda. 336.
Praenomina non ſemper una tantum littera notari ſolita. 157.
Praeſentandi jus. 421.
Praeſtinguo. 164.
Praetorum numerus. 158.
Prata Gaſpar. 452.
Praeceptores hieroſolymitani. 335.
Presbyterorum illegitimi filii item presbyteri. 345. 363.
Pretius Alexander. 307.
Primae inſtantiae. 413. 431.
Prioratus non parochiales. 480.
de Priore loco inter regulares controverſia. 385.
Priſcianus. 50. 171. 243.
Priulus Aloyſius. 89.
Proceſſiones publicae. 364. 365.
Procopius. 216.
Proficere pro *aſſequi*, & pro *prodeſſe*. 181.
Pronunciationis ſuavitas. 219.
Provincialiſſae. 423.
Provincialium conciliorum celebrationes. 216. 217.
Proximus quid differat a *ſuperior*. 179.
Pruſinoskius Guilhelmus. 200. Binae ad eum card. Franciſci Commendoni litterae. 202.
Pruſtius Jacobus. 70.
Pſalmi viginti hiſtoriam eccleſiaſticam complexi. 121.
Pſeudociſtercienſes. 483.
Puccius Robertus card. 105.

Pu-

Puteus Jacobus card. 29. 333. 218.
Putinianus Petrus Ant. 408.
Pyrrhus Didacos. 48.

Q

QUadrageſimalium concionum ſtipendium. 399. 446. 462.
Quaeſtores eleemoſynarum. 438. 443. 479.
Quam quantum ubi locum habeat. 150.
Quarta funeralium. 417. 489. Fructuum. 480.
Quia adverſativae particulae, quae reſpondeant. 82.
Quintiliani de nominum ac verborum caſibus, tum rectis tum obliquis ſententia. 130. Notatus. 290.

R

RAguſium. 176. Alia urbs ab Epidauro. 177.
Repicius Jovita. 179.
Recitare memoriter num latine dicatur. 145. & ſeqq. Senatum. 146.
Reformationis cardinalium acta. 117.
Regii Lepidi in Aemilia epiſcopatus Marcello Cervinio delatus. 108.
Reginae caeli monaſterium. 483.
Raguli Sebaſtiani memorabilia. 168. Anſelmum Dendinium inſtituendum ſuſcipit. 229. Ab Julio Caſtellanio laudatus. 276.
Recti verborum caſus. 100.
Re pro *ris* in ſecundis perſonis ſingularis numeri indicativi modi verborum, patiendi vim habentium, non eſt exitus uſitatus. 137. & ſeqq.
Reſidendi perſonaliter neceſſitas 355. Metropolitanorum contra provinciales epiſcopos non reſidentes agendi jus. 357. 359. 360. Ad tempus non reſidentes quid amittant. 446. In digniore reſidendum 449.
Reſidentia canonicorum in parochiis. 339. 348. 350. 351. 354. 369. 368. 370. 371. 374. 375. 378. 386. 387. 388. 399. 410. 411. 414. 421. 424. 426. 427. 431. 447. 450. 453. 456. 457. 478. Plures canonicatus obtinentium. 376. Cum vitae periculo. 409. 453. 458.
Reſignationes in favorem factae. 392. Cum reſervatione tituli. *ib.* Beneficii. 346. Parochiae. 379.
Rhegina ſynodus provincialis. 464. & ſeqq.
Rhemenſis ſynodi acta. 393. Provinciae imminutio. 394.
Rhetores antiqui latini. 171.
Rhodi exſulans Aeſchines. 209. 212.
Riccius Joannes, S. Poli comes, Juliae Nobiliae maritus. 4. Joannes card. *ib.*
Richa Joſephus, 253.
Ridicula. 270.
Ripolenſes. 476.
Roboreus Guido Ubaldus, urbinatium dux. 32.
Robortellius Franciſcus, ejuſque cum Carolo Sigonio controverſia. 128. Bononiae docet. 261. 275. 276.
S. Rochi Olyſſipponis collegium. 254.
de Roda Hieronymus. 251. S. Petrus. 453.
de Roias Ludovicus. 367.
Romanae urbis non niſi interior aedificiisque frequentior pars *Roma* appellata. 84.
Roſmus Franciſcus. 432.
Roſſius Jo. Victorius. 198.
Rotae ſacrae duodecimviri. 481.
de Rotazo S. Maria. 352.
ad Rotundam S. Maria. 382.
Rubea Portia. 486.
de Rubeis Franciſcus. 347.
Rufinianus Julius. 171.
Rufius Jo. Baptiſta Octavii Pantagathi vitae ſcriptor. 57.
Ruia Alphonſus. 374.
Ruralis libertas atque oblectatio. 198.
Ruri num etiam ſit ablativus caſus. 243. 244.
Rutilius Lupus. 171.

S

SAbellius Jacobus card. 23.
Sacerdotium. 274.
SS. Sacramenti ſodalitas. 443. 447.
Sacris initiati hominis vitae ac ſtudiorum praeclara ratio ab Uberto Folieta tradita. 294.
Sadoletus Jacobus. 10. 70. 79. Ejus ad Albertum Pighium epiſtola. 119. A M. Antonio Mureto laudatus. 179. Paullus, Julii III. pont. max. litterarum ſcriptor. 3. 25.
Salamantini epiſcopi cum abbate de Medina controverſia. 249.
Saleghas Anna. 289.
Salernus Julius juriſconſultus. 52.
S. Salvatoris fratres Venetiis. 341. 400.
Salvianus Hippolytus, aquatilium animalium hiſtoriae auctor. 118.
Salviatus Joannes card. 27. Joannes Baptiſta. 309.
Sanfrega Matthaeus. 294.
Sanctes Joannes. 476.
Sandius Santorius. 387.
Sanſeverina Delia. 366.
Sanſonius Franciſcus. 50. 51.
Sapientia nova perantinum gymnaſium. 33.
Sarecenus card. 455.
Sariſberienſis comitiſſa. 89. 90.
Serrovira Gavinus. 376.
Saturnana parochia. 382.

Saulius

Saulius Hieronymus, barienſium archiepiſcopus. 28.
Saxolli parochialis eccleſia. 368.
Sexonis Laura. 252. 272.
Scaurus Q. Terentius grammaticus. 51.
Sceſeti S. Petri archipresbyter. 441.
de Scholea S. Mariae monaſterium. 472. 477.
Schotti Andreae *Nodi ciceroniani*. 155.
Scipionis tiburtinum. 159.
Scirus Claudius. 32.
de Selavis Antonius. 46.
Scottus S. Officii commiſſarius. 308.
S. Sebaſtiani baſilica, ejuſque quinque arae. 60.
Sedere pro *ceſſare*. 213.
Sedile Nidi. 480.
Selarolius Baſilius. 430.
Seminariis epiſcopalibus, quae bona attribuenda. 348. 402. 404. 423. Primi epiſcopi debent contribuere. 395. 417. 430. 489. Num ex diſtributionibus quotidianis canonici contribuere debeant. 405. 487. Ad contribuendum fratres mendicantes non tenentur. 408. Dimidia decima a quibus contribuenda. 433. 439. 440. 441. 448. 450. 452. 462. 463. 475. 484. 489. 492. Cardinalium contributio. 435. Taxarum exactiones. 464. & ſeqq. De iis Pii V. decretum. 469.
Senarum domicilio Lerinus Latinius uſus. 45. Marcellus quoque Cervinius. 105.
Senecae locus a recentiore quodam critico depravatus. 195.
Senenſe bellum. 44.
Senſius Ludovicus. 33.
Septem urbis baſilicae. 53. 60.
Sequeſtra fructuum monaſteriorum. 433. Parochiarum. 492.
Seripandi Hieronymi card. ad Herennium Cervinium epiſtola. 120. Ad Guilhelmum Sirletum trinae litterae. 121. 122. Ad Paullum Manutium binae. 128. 129. Ad Sirletum item binae. 132.
Serſalis Camilla. 186.
Servorum beatae Mariae patronus card. Marcellus Cervinius, & card. Hieronymus Dandinius. 116. 117.
Severinius Joannes. 60.
Severiani Julii *Syntemata*. 171.
Sextinus. 229.
Sfortia Boſius, S. Florae comes. 5. Franciſcus card. *ib.* Fridericus card. *ib.* Guido Aſcanius card. *ib.* 133. 415. 451. Sfortia, Boſii filius. 5. 11.
Sicilienſe Octavii Pantagathi ſacerdotium. 87.
Sighicellus Jo. Baptiſta faventinorum epiſcopus. 277.
Sigonius Carolus. 14. Ejus cum Franciſco Robortellio controverſia. 228. Notatus. *ib.*
Silius Italicus. 145.
Siloe Joſephus. 117.
de Silva S. Crucis parochia. 471.
Silveſtrini monachi. 411. 441.
Sinalorium oppidum. 439.
de Sinen S. Joannis parochia. 450.
Sirenum inſula. 120.
Sirletus Guilhelmus. 25. 88. 74. 86. Card. Seripandi trinae ad eum litterae. 121. 332. Alexandri Cervinii epiſtola. 136. Pogiani altera. 150. Jo. Franciſco Commendono carus. 201.
Siſenna. 240.
In *So* exeuntia tertiae conjugationis verba quodnam praeteritum habeant. 50.
Solſtitium hiemale. 76.
Solvere ab aliquo. 197.
de Soncino Catharina. 486.
Sophiae hortus Baſilii Zanchii opus. 26. 283.
S. Sophiae monaſterium. 430.
Sotus Petrus. 122.
de Soteſca Paullus Antonius. 240.
Spinius Franciſcus. 206.
Spinula Hieronymus. 418. 420.
de Spiritibus Jo. Baptiſta caeſenatium epiſcopus. 319.
Spondanus notatus. 26.
Spuma equi, caſu effictа. 221.
Sputatilica crimina. 240.
Stayne Benedictus. 177.
Stella Fabius, Joannes Franciſcus, Vincentius. 85. 95. Dominicus. 387.
Strambonius Claudius. 52.
Stuarta Maria Franciſci Delphini uxor. 303.
de Suburio S. Mariа. 444.
Subgrandis porticus. 289.
Suffolciae dux. 89.
Sulpicius Victor. 171.
Superior quid differat a *proximus*. 279.
Synhodus non *Synodus* ſcribendum. 266.

T

TAbellae comitiorum. 154.
Tabellis obſignatis agere. 57.
Tabernaculum pretioſum in ſupplicationibus deferendum. 49.
Tanagraea meretrix. 153.
Tannrius Philippus. 173. 258. 289. 297.
Tanti quo & *Tanti ut*. 224.
Tantum quod idem ac *commodum*. 152.
Tarrazona Gaſpar. 478.
Targum, ſive interpretatio, Jonathae. 28.
Taſſi Bernardi poëma. 34.
Taxa antiqua quae dicatur. 448. 462.
Tempeſtiva convivia. 307.

Ter-

Tertia pars fructuum ex beneficiis eccleſiaſticis perceptа. 429.
Tertii ordinis moniales non profeſſae. 362. 387.
Tesaura Franciſcus. 447.
Thesauſius Joannes. 9.
Theate, ſive Teate. 56. Theatinus card. Jo. Petrus Caraffa. ib. 77. 233.
Thebaldutius. 409.
Theodoretus, Cyrenſium epiſcopus. 28. Hiſtoriae latine a graeco verſae. 128.
Theodoſius imperator. 217.
Theologiae praeſtantia, ejuſque ſtudium ſacerdotibus maxime neceſſarium. 17.
Theophraſtus ab anicula reprehenſus. 286.
Theſauri linguae latinae auctor notatus. 51.
Themiſtocles. 215.
S. Thomae Regii Lepidi ſacrarum virginum monaſterium a Jacobo Laynio utiliter excultum. 108.
Thommaſius Jacobus. 129.
Thraſymachus a Platone reprehenſus. 269.
Thucydides. 175.
Tiburtinum Scipionis. 159.
Timocrates Epicuri heres. 182.
Tinca Titus. 219.
Tirocinii dies apud S. Hieronymum. 256.
Tiſagoras Miltiadis frater. 215.
Titi imperatoris arcus. 155.
de Toën S. Maria. 146.
Toletus Ferdinandus, Albae dux. 149.
Tornabonia familia. 8
Tomi qui dicantur. 175.
Toralla Antonius. 450.
S. Torpeti praepoſitus. 409.
Torrenſis Franciſcus. 398.
Torres Ernardus. 309.
de Tortuera parochialis eccleſia. 279.
Trajani imper. numiſmata. 49.
Tranenſis cardinalis. 122.
Translatio parochialis eccleſiae permutationis nomine. 282.
Tranſtyberina regio. 14. 35.
Tridentini concilii ſub Paullo III. legati cardd. Joannes Maria Montius, Marcellus Cervinius, Reginaldus Polus. 112. Cardinalium interpretum congregatio. 335. Librorum vetitorum. 344. Illud non obſervantes poſſe ab epiſcopis excommunicari. 406.
Triens aſſis, itemque hereditatis, pars quarta. 70.
SS. Trinitatis monaſterium. 475. Redemtionis captivorum ordo. 498.
Tromes. 215.
Truchſeſius Otho card. 50. 228.
Truchus Leonardus. 404.
Tullenſe capitulum. 343.
Tum ad *modo* relatum. 277.
Turrius Franciſcus. 78.
Turſellini Horatii *de particulis latinae orationis* editores notati. 159.
Tuſculani academia. 303.
Tyberis eluvio ſub Paullo IV. 253.
Tyburi num etiam ablativus ſit caſus. 243. 244.
Tyburtina Hippolyti card. Eſtii villa. 63.

V

V*Acare* pro *operam dare* ciceronianum non eſt. 280. & ſeq.
Valerius Maximus. 225.
Vandar Jacobus. 414.
Varmienſis cardinalis. 222. 224.
de la Varqoera Vincentius. 380.
Varro M. Terentius de rectis verborum caſibus. 290.
Vaſques Dionyſius. 254. Bernardinus. 406. 426.
Vaſtavilanius Philippus. 280.
Vaticanum templum a Leone IV. moenibus cinctum. 24. Bibliothecae cuſtos Baſilius Zanchius. 26. Ex ea depromti Pogiani ad card. Robertum Nobilium aliquot codicilli. 29.
Vatrenus, ſive Vaterno, Aemiliae fluvius. 197.
Vbertus Anaſtaſius Imolenſium epiſcopus. 249. Ejus obitus. 278.
Vector nomen acceptum. 122.
Velius Longus grammaticus. 52.
Vellejus Cajus ſenator. 153.
Venetiae apoſtatarum ſub Paullo IV. perfugium. 26.
de Varaſtegui Antonius. 378.
Verbanus lacus. 243.
Vercellenſis cardinalis. 400.
Verdunenſe capitulum. 339.
Verres Cajus. 259.
Veſtinae, ſeu S. Vitalis, titulus 4.
Veſtrius Publius. 483.
Vghellius Ferdinandus notatus. 5.
Viatores. 79.
Vicarii in parochiis monaſteriorum. 432.
Victoriae Joannis concinnum commentaris. 283.
Victorii Petri ad card. Nobilium epiſtola. 2. 14. 130. ad Guilhelmum Sirletum. 78. ad card. Cervinium. 82. 117. 129. Romam ſe confert. 130. Notatus. 192. 193. Franciſcus, & Dionyſii Lippii ad eum epiſtola. 257.
Victorinus Marius. 271.
Victor Sulpicius. 171.
Vida Octonellus. 25.

Vige-

Vigelii Sexti monumentum. 118.
de Vigo prioratus. 446.
Villalonga Raphael. 348. 370.
Virda Angelus. 348.
Virgilius. 260.
Viſitandinae ſunt ab ordinariis equites hieroſolymitani. 335. Hoſpitalia. 378. Collegiatae. 408. Monachi. 371. 485. 490. Moniales. 409.
S. Vitalis, ſeu Veſtinae, titulus. 4.
Vittemberga. 412.
Vix & *vixdum*. 532.
Ulisponenſis clerus. 468.
Uncia aſſis, itemque hereditatis, pars duodecima. 70.
Uniones capitulorum parochiae. 342. 344.
Voſſius Gerardus Joannes. 31.
Urbanitatis color. 219. 235.
Urbinatium dux Guido Ubaldus Roboreus. 31.
Urbs non de una Roma dicitur. 250.
Urſinius Flavius card. 13.
Utere oppidum. 415.
Vulgus maſculini etiam generis. 249.
Wolfii Hieronymi latina Demoſthenis orationum interpretatio. 502.
Wurtzburg Franconiae urbs. 412.
Uxores, quae a maritis vitae periculum impendet, in monialium monaſteria receptae. 373. 391.

X

Xabregas. 86.
Xarquera oppidum. 378.
Xenocrates. 86.

Y

Y Litteram veteres latini caruerunt. 194.

Z

Z Litteram latini veteres non habuerunt. 192. 294.
Zacynthiorum epiſcopus Jo. Franciſcus Commendonus. 502.
Zanchius Baſilius, deque eo memorabilia. 25. & ſeqq. 84. 201.
Zannimellus Alexander. 473.
S. Zeni abbatia. 454.
S. Zenonis parochia. 473.
Zenus Petrus Franciſcus S. Joannis Damaſceni orationes latine e graeco convertit. 323.

Finis primi Voluminis.

ER-

Digitized by Google

ERRATA   *CORRIGE:*

VOL. I.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Corrige
24.	1.	12.	Arrentino	Arretino
32.	2.	1.	inſignora	inſigniora
52.	1.	9.	Affideo	Arrideo
63.	1.	5.	ſit	ſit
99.	1.	6ult.	ulio	Julio
100.	2.	7.	deſperatidne	deſperatione
104.	2.	2.	*ſyncerae*	*ſync...*
108.	2.	14.	bonarum	bonorum
179.	1.	22.	2582.	1582.
		ult.	Banamicus	Bonamic...
208.	2.	6.	ruos	tuo.
215.	1.	3.	ὑμᾶς	ὑμ..
222.	2.	3ult.	*aiiquanto*	*aiiquando*
238.	1.	23.	*defendere*	*defendat*
	2.	30.	dixiſſemus	duxiſſ...
248.	1.	11.	*Paz.zios*	*Pozzios*
256.		ult.	Caneo	Canio
270.		4.	opsra	opera
401.		13ult.	dabuerunt	debuer...

In reliquis voluminibus haec quoque corrigito:

VOL. II.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Corrige
L.	1.	4ult.	fratrem	patruum
LVI.	2.	15.	fingebom	fingebam
198.	1.		nterest	intereſt,
204.	2.		*ſupplicium*.	*ſupplicium*. Joannes Chryſoſtomus libro *de virginitate* cap.21.ex Pogiani Interpretatione: *Vae haudquaquam ſimplex verbum eſt, ſed eo maximae minae continentur. nam* [illegible] *poenam portendit, quae neque verbis* [illegible] *poſſit, neque unquam remittenda ſit*.
216.	2.	4.	expreſſi atque deſcripti	expreſſa atque deſcripta
260.	2.	7.	eodem, quem ſupra indicavimus loco.	*Hiſt. concil. trid.* lib.xv. cap.9.
264.	1.	ult.	τλῆμον.	τλῆμον. Verba ſunt M. Bruti morientis, apud Dionem lib.47. extremo: Ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ'. ἐγὼ δέ σε Ὡς ἔργον ἤσκουν. σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. *O miſera virtus, non niſi nomen inane eras: ego vero te* *Tamquam rem ſolidam exercebam. tu autem ſerva fortunae eras*.
293.	1.	2.	tamen ad	tamen anno 1561. ad
326.	1.	penult.	primisliensium	premisl...
329.	2.	20,	*dominicanoram*	*dominicanorum*

ER-

ERRATA CORRIGE.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Corrige
331.	2.	24.	*ſecundue*	*ſecundut*
410.	2.	25.	Guilhelmus.168. Ejus	Fridericus. Ejus
		27.	Collegium	Guilhelmus colleg...
612.	1.	4ult.	183.	283.
413.	1.	17.	138.	139.
	2.	12.	154.	194.
		13.	189. 190.	289. 290.

VOL. III.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Corrige
22.	2.	24.	*volor'*	*voler'*
122.	1.	5.	ſcribit	ſcripſit
187.	1.	14.	ad quam	ad quem
227.	2.	7ult.	ad	ab
234.	2.	9.	correxionem	correction...
299.	1.	3.	ſingulare	ſingulare.
321.	2.	13.	apinioni	opin...
446.	1.	16.	toloſanorom	toloſanorum
467.	1.	13ult.	204.	304.
471.	2.	16.	337. 399.	237. 400.

Pagina 475. voluminis hujus tertii inter errata corrigenda in ſecundi vol. pag.28. col.2. v.13. recenſetur *non heic*, pro quo reponendum *nunc heic* edicitur. [illegible] correctionis nulla ratio habenda eſt.

VOL. IV.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Corrige
14.	2.	25.	*venirene*	*venirent*
22.	[illegible]	18.	*Zecynthi*	*Zac...*
		21.	Sigiſmondus	Sigiſmund...
		penult.	*di*	*di*
79.	2.	8ult.	[illegible]	[illegible]nendum
80.	1.	10.	[illegible]ceatur.	[illegible]liceatur. Incid. [illegible] Ciceron[illegible] locum *Philipp.*VII. cap.8. *Ego* ITAQUE *pacis, ut ita dicam, alumnus &c.* Sed in antiquiſſimo Canonicorum S. Petri codice ms. miris a Faërno Muretoque laudibus celebrato, legitur non *itaque*, ſed *igitur*; certe rectius.
92.	1.	15.	*Alaxandri*	*Alex...*
175.	2.	22.	XXXX.	LXXX.
201.	2.	30.	*recuſaffe*	*recuſaſſe*
206.	1.	9.	*Vicemercato*	*Vicom...*
212.	2.	10.	prorege	gubernatore
217.	1.	9ult.	datis	datum
230.	1.	13ult.	concinatores	concionat...
		11ult.	concinatoribus	concionat...
	2.	10.	*ſe*	*ſe*
283.	2.	19.	Ferdinando	Maximiliano
284.	2.	23.	Ferdinando...1572.	Maximiliano...1570.
330.	1.	5ult.	frequentes, admodum	frequentes adm...

Digitized by Google

0056444 12

Digitized by Google

LABORATORIO
SANT AGOSTINO

Digitized by Google